**Ugonetta Potregre** Priorella di Bertando, quando passata al Talamo dello Sposo. CCXXVIII. 100.  
**Vicenza** Città d' Italia nello Stato Veneto padria di S. Gaetano. CCCXXXIX. 146.  
**Vincenzo Starace** Eletto del Popolo di Napoli fatto a brani. DCCCLIII. 380.  
**Vincenzo Lodoy** professore della Certosa di Porta Cæli, termina santamente i suoi giorni. GM. 404.  
**Vincenzo Borgia** illustre Religioso della Certosa di Paular nella Castiglia. CMXLIX. 432.  
**Vincenzo Rubi** Borgognone Professore di Venezia vien istituito Priore di Magliano. CMVIII. 408.  
**Valle di Misericordia** Certosa nella Lusitania quando fondata. CMIX. 409. CMXVI. 413. cambia di sito, e perchè. CMXXXIX. 427. *& seq.*  
**Vincenzo Mas,** professore della Certosa di Majorica, sua beata morte. CMLVII. 437.  
**Vicenna Capital** dell' Austria, indarno assediata da' Turchi. CXXVI. 56.  
**Villa dell' Abate Certosa** nella Diocesi d' Amiens sotto la Certosiana Provincia di Picardia. CCCXXVX. 143.  
**Vigilio Bulvigo** Natajo formò lo stromento della restituzione del Territorio di Niufo. CXXXI. 58.  
**S. Vincenzo Ferreri,** accompagna S. Bruno, nella visita che fece a Gio: Luigi Beltran liberato da una gravissima infermità. LXXII. 31. il simile fa altra volta quando adanimolo a passar a seconde nozze. LXXXIII. 31.  
**Vincenzo da Senisi** professore di Chiaromonte destinato a Priore in Trifulci. CCLXXIII. 120. suo Successore. CCLXXXIV. 125.  
**Vincenzio Manerio** da Terranova in Calabria sotto la Diocesi d' Oppido, assunto alla Prioria di Capri. XVII. 10. suo successore. CV. 47. Ved. CX. 83. fatto Prior di S. Stefano. CCXCIX. 131. ripristinato alla Prioria di Capri, dedica al P. Generale un Poema sopra la morte di Gesù Cristo. CCCXLVI. assoluto dall' Ufficio, fu destinato Vicario. CCCLV. 153. passa col' istesso Ufficio di Vicario nella Certosa di Napoli. CCCLXXXVIII. 170. dirige nello spirito un tal Felice Barretto, Romito nell' Isola di Capri di santa vita. CDLXIV. 205. sue belle qualità, e santo fine. CDLXXXVI. 217. *& seq.*  
**Vincenzo Marzani** Oriundo da Montelione Città di Calabria professore di S. Martino, fatto Prior della Padula. CV. 47. assoluto ritorna Priore nella sua Casa professa. CLIX. 69. destinato Prior in Trifulci. CCXXI. 98. amosso. CCLXXIII. 120. ripristinato. CCCX. 125. passa in S. Stefano colla stessa carica. CCCLVII. 153. mandato Prior in Magliano. CCCLXIX. 157. passa alla Prioria di Capri. CCCLXXXIII. 170. Di nuovo è fatto Priore di S. Stefano. CDLXXIIH. 209. passa nella Certosa di Chiaromonte colla carica di Convissatore della Provincia. CDLXXVI. 211. assoluto dal Priorato vien mandato Ospite nella Certosa di S. Stefano. DLIV. 247. sue belle qualità. DCXCVIII. 306. termina santamente la sua vita. *ibid.*  
**Vincenzo** professore di Firenze Exprior di varie Case, muore Vicario nella Casa di sua professione. CXXIII. 55.  
**Vincenzo Herch** Religioso della Certosa di Roremonda ucciso dagli Eretici. CCCLIV. 325.  
**Vincenzo Marino** Vescovo d' Albi consacra il nuovo Cimiterio della Certosa di Casole. DCCCXXX. 370.  
**Vincenzo Quaglia** istituito Priore di S. Maria di Casole. DCCCL. 378. assoluto da detto Priorato passa Priore alla Certosa di Milano. DCCCXCL. 398. passa Priore alla Certosa di Val di Pefio. CMVIII. 408. assoluto dal Priorato di Val di Pefio, passa Priore nella Certosa di Casole. CMXIII. 411. assoluto da detto Priorato. CMXXVII. 420.  
**Visitazione della B. Maria** presso Nonlinga nell' In-

- Inghilterra , nostra Certosa . CCXXV. 99. CCCXX. 139. CCCXXIV. 143.
- S. Vito Certosa presso Ratisbona sotto l' Alemagna Inferiore . CDXXXVII. 192.
- Vito a Dulchen Priore del Monte di S. Michele stampa la prima volta la Storia de' nostri Certosini Martiri di Londra , e la dedica al P. D. Teoderico Loer . CCCXXVI. 141.
- Vittoria Città di Cantabria . XV. 9.
- Ulacciali Corsaro sbarca nel lido di Chiaja nella Città di Napoli , per rapire la Marchesana del Vasto . DCXXXVII. 282. occupato Tunisi , si dispone Filippo II. a discacciarne lo ad istanza di Amida . DCCXXXII. 319. vien discacciato da Tunisi mediante l' armi di Giovanni d' Austria . DCCL. 334. Di nuovo ripiglia Tunisi . DCCLIX. 338. tenta di sbarcare in Puglia . DCCCLXXXVI. 344.
- Umiliati , Ordine di Frati così detto , abolito da S. Pio V. Pontefice ; DCCXX. 315.
- B. Unfrido Middelmøre Priori di Casa nella Certosa di Londra per non aver prestato il giuramento a Commissarij del Re d' Inghilterra Arrigo VIII. vien imprigionato dentro la Torre di Londra . CCXVIII. 97. giura colla formola del Clero , ed acquista la libertà . CCXIX. 97. passa a Vicario , e dopo ucciso il Priore , vien arrestato con due altri PP. CCXLIV. 108. aspro governo di detti servi di Dio . CCXLV. 108. loro nobiltà , e carattere . CCXLVI. 108. loro costituto , e condanna . CCXLVII. 109. loro crudel martirio CCXLVIII. 109. descritto ancora da un celebre Autore . CCL. 110.
- Urbano V. Sommo Pontefice concede a' Certosini gli Altari portatili nelle Grangie , ed altri luoghi decenti . CCCXCV. 175.
- Urbano VII. sua elezione al Pontificato . DCCCXCV. 401. sua immediata morte . *ibid.*
- Urbano Rondinelli istituito Priore nella Certosa di Pavia . CMLI. 433.
- Urbano professore di Pavia istituito a Prior di Firenze . CCCLVI. 153. chi gli successe . CDII. 178.
- Urbano Hispano , Priore della Certosa di Capri , quando questa fu assalita da' Turchi . DXI. 229.
- Urbano Spagnuolo Professo di S. Martino eletto a Priore da' suoi Comprofessi . CDXLIII. 195. Passa Priore in Capri . CDLXXIII. 209.
- Waltero Persan Laico arrestato da' Ministri di Arrigo VIII. CCLXXXVIII. 127.
- Wenceslao Re di Boemia , perseguitato dall'empio Ussita Gio: Zischa . LXXXII. 36.
- Wittamia , ossia Ovischan Certosa prima nella Provincia d' Inghilterra . CCCXXIX. 143.
- Wolfango Principe di Anhalt . CXXV. 55.

Z

- Zaccaria Benedetti Vicentino da Abate non si sa se Regolare , o Secolare , passa fra' Certosini di Venezia , e compone un Poema stampato in calce della Vita del nostro S. Patriarca Brunone . CCCXXXIX. 146. E non ostante , che adulto , seppe adattarsi esattamente alle nostre sante accustomedanze . CCCXL. 146. Onde riuscì un buon Religioso fin all' estremo di sua vita . CCCXLI. 147. L' erudito Trattato composto da lui su l'origine dell' Ordine Cartusiano uscito alla luce in Parigi nell'anno 1524. vien nello stesso luogo impresso di miglior edizione nell'anno 1551. CDXCIII. 221.
- Zagoro ( Tacito Nicolò ) , supposto nome di un ignoto Frate di S. Francesco , che trasportò in latino l' Opera del nostro P. D. Florenzo , restituita nel suo genuino senso dal P. Surio . CCCXC. 173.
- Zanotti ( Ercole Maria ) Canonico Bolognese Autore dell'ultima Storia del nostro Patriarca S. Brunone . CCCLXXXI. 169.
- Zisca ( Gio: ) Capo Eretico Ussita in rivolta con Wenceslao Re di Boemia , corona di santo martirio alcuni nostri Certosini di Praga . LXXXIII. 36.
- Zuinglio famoso Eretico , non concorda con Lutero sul punto della S. Eucaristia . CXX. 53. e GXXX. 57.





---

A P P E N D I X I  
A D T O M U M X.

HISTORIÆ CRITICO-CHRONOLOGICÆ DIPLOMATICÆ

ORDINIS CARTUSIENSIS.

In qua describuntur Bullæ Pontificum, Regum Diploma-  
mata, aliorumque Placita, necnon & Scriptorum  
Fragmenta, ac Monumenta varia sive jam edi-  
ta, sive adhuc inedita, quæ ad illustran-  
dam eandem Historiam plurimum  
deserviunt.

C U R A E T L A B O R E

*P. D. BENEDICTI TROMBY.*

---

INSTITUTIONAL REPORT  
M. P. U. N. C. I. A.

REPORT OF THE INSTITUTIONAL  
COMMISSION FOR THE YEAR  
1950-1951  
The Commission was organized in  
1950 to study the institutional  
structure of the United Nations  
and to make recommendations  
thereon.

THE SECRETARY GENERAL

# I N D E X

## I. APPENDICIS.

- I. **P**ro Domino Francisco de Puteo Cartusensium Generali. Ex Petro Surore. Ad ann. 1521.
- II. De eodem D. Francisco de Puteo ex Theodoro Petrejo.
- III. Idem Petrejus de eodem Priore D. Francisco XXXIII. Generali.
- IV. Ex MS. Catalogo Priorum Domus Majoris Cartusiae ad ann. MDIII.
- V. Priores, & Conventus Domus Sanctorum Stephani, & Brunonis de Nemore Epistola ad Capitulum Generale ejusdem Ordinis, in Gratianopolitana Cartusia sub D. Francisco de Puteo celebratum. Ad ann. 1523.
- VI. Bulla Adriani VI. qua ad petitionem R. D. Jacobi de Aragonia Prioris Domus S. Stephani, revocat illicitas distractiones bonorum ejusdem ante factas, sive per Superiores, sive per Abbates Commendatarios. Ad ann. 1523.
- VII. Epistola Jodoci Badii Ascensii Parisiensis Bibliopola ad Reverendissimum Dominum Laurentium Almandum Gratianopolitanum Episcopum, cui primam Operum S. P. Brunonis editionem nuncupat. Ad ann. 1524.
- VIII. Ordinatio Capituli Generalis Cartusien. an. 1524. celebrati. De Apostatis, hereticorumque fautoribus, vel recipiendis, si resipiscant, vel puniendis, si in obstinatione permaneant. Ad ann. 1524.
- IX. Ex Monumentis perantiquis Cartusiae Sanctorum Stephani, & Brunonis de Nemore in Ulteriori Calabria. Ad ann. 1524.
- X. Item de eodem Miraculo; Ex Georgii Suriani Belgae Adnotationibus in Vitam S. Brunonis. Ad ann. 1524.
- XI. Exemplum Provisionum, cum inserta forma aliarum precedentium ad instantiam Prioris, & Conventus S. Stephani per Regiam Cameram Summariae expeditarum. Ut Monasterium praedictum manuteneatur in possessione seu quasi fluminis Ancinatis, a qua per Casarem Ferronusca decur-  
batur. Ad ann. 1527.
- XII. Instrumentum Restitutionis cujusdam partis Territorii Nymphis, ann. 1529. facta ab Illustri Comite Castriveteris D. Joanne Baptista Caraffa, Monasterio S. Stephani de Nemore, ad quod pertinuisse constitit per concessionem Comitis Rogerii a PP. Visitationibus illi exhibitam. Ad ann. 1529.
- XIII. Instrumentum captae Possessionis Territoriorum Nymphis, Tijo cum adjacentibus Montibus, Nemoribus, aquis, & Pascuis, juxta novam resignationem, & donationem Excellentissimi Domini Joannis Baptista Caraffae Agropteriae Comitis, & Domini Castriveteris. Ad ann. 1530.
- XIV. Confirmatio Caroli V. Imperatoris Privilegiorum, concessionum, & libertatum Ecclesiae S. Mariae de Nemore, & S. Stephani Monasterio indultorum. Ad ann. 1530.
- XV. Caroli V. Imperatoris Regiae Litterae Proregi, & caeteris Officialibus Regni Neapolis directae, ad favorem Monasterii S. Stephani de Nemore, pro deputatione Commissarii, ad redintegrandum illud in bonis distractis, aut usurpatis a tempore, quo per Cistercienses, & Commendatarios Abbates detinebatur. Ad ann. 1530.
- XVI. Caroli V. Imperatoris Litterae, Proregi, & Consiliariis Collateralibus Neapolis directis pro Monasterio S. Stephani de Nemore, ut de plano, & summarie justitiam faciant super restitutione bonorum ejusdem injuste oblato-  
rum, & occupatorum. Ad ann. 1530.

XVII.

- 14
- XVII. Exemplum aliarum Litterarum per Praetorem, & Publicum Felicis Urbis Panormi ad Illust. & Excell. Siciliae Proregem, pro impetrando Placito contradendi Monasterium S. Mariae Angelorum, alias S. Joannis de Baida non procul a laudata Urbe Ordini Cartusensi. Ad ann. 1530.
- XVIII. Exemplum Litterarum Excellentissimi Praetoris, & Juratorum felicissima Civitatis Panormi in Regno Siciliae, qui se exhibent pro maxima devotione officiosissimos, ut Religionem Sanctam Cartusianam possint deducere ad Regiam ipsam Civitatem Panormi, cum multis promissionibus, ei donando Monasterio perpulchro nostrae professioni congruo, & ornatissimo.
- XIX. Litterae Commissionales Reverendissimi Cardinalis Pompeii Columnae Regni Siciliae Proregis, expeditae pro observantia Imperialis Diplomatis Caroli V. ut possit confici publicum, & solemne Inventarium in causa reintegrationis omnium bonorum SS. Stephani, & Brunonis de Nemore, deputatis U. J. D. Gariesto de Oliveriis, & Nicolao Angelo de Ametis. Ad ann. 1534.
- XX. Litterae Reverendissimi D. Cardinalis Pompeii Columnae Regni Siciliae Proregis. Ad Nicolaum Angelorum De Ametis Regium Commissarium in Causa reintegrationis omnium Bonorum SS. Stephani, & Brunonis de Nemore, ut possit in eadem procedere non obstante quod commissionales litterae videantur expeditae ultra terminos &c. Ad ann. 1534.
- XXI. Exemplum Procurationis RR. PP. Cartusiae Sanctorum Stephani, & Brunonis de Nemore, in personam R. P. D. Brunonis de Bergamo, pro assistentia eorum nomine praestanda Nicolao Angelo de Ametis in causa Reintegrationis bonorum ejusdem Domus Regio Commissario. Ad ann. 1532.
- XXII. Reverendi P. D. Theodorici Lober a Stratis Coloniensis Domus Praefecti, ac Vicarii ad Henricum Angliae Regem, cui enarrationes in Evangelia B. Dionysii dedicat. Ad ann. 1532.
- XXIII. Ex Epistola Reverendi P. D. Petri Leidensis cognomento Bloemenvenna ad quendam suum amicum, cui quae ipsemet scripserat, confidenter aperit. Ad ann. 1532.
- XXIV. R. P. Petri Blomenvenne Leydensis, Cartusiae Coloniensis Prioris, & Provinciae Rheni Visitatoris Dedicatoria. Ad Carolum V. Romanorum Imperatorem, cui se, suumque Ordinem commendat; Necnon Opusculorum Minorum D. Dionysii Cartustani Tom. II. Ad ann. 1532.
- XXV. Executoriales Litterae Regiae Audientiae Calabriae aliarum Regiarum, & Proregis Neapolis Litterarum super nova reintegratione bonorum pro Monasterio SS. Stephani, & Brunonis de Nemore. Ad ann. 1532.
- XXVI. Provisiones Regii Collateralis Consilii pro Monasterio S. Stephani de Nemore, super prorogatione termini ad reintegrationem bonorum ipsius Monasterii exequendi juxta formam Regiarum litterarum. Ad ann. 1532.
- XXVII. R. P. Petri Blomenvenna ad Reverendissimum Dominum Hermannum de Weda Coloniensem Archiepiscopum Dedicatoria Epistola. Se, suamque S. Barbarae Cartusiam illi commendans, Enarrationes in Epistolas, & Evangelia Dominicalia, a D. Dionysio Cartustiano conscripta ei nuncupat. Ad ann. 1533.
- XXVIII. Exemplum Provisionum Domini Proregis Petri de Toledo Neapoli expeditarum, quibus declarat, Terminum unius anni concessum in Causa Reintegrationis, & Inventarii Bonorum Cartusiae Sanctorum Stephani, & Brunonis de Nemore debere currere a die Date praesentium, prout inferius legitur. Ad ann. 1533.

XXIX.

- XXIX. Sententia lata per Regium Commissarium U. J. D. D. Nicolaum Angelum de Amectis, in Causa Reintegracionis, & Inventarii omnium bonorum Monasterii SS. Stephani, & Brunonis de Nemore; pro fide, & legalitate Inventarii, sive Placæ publicæ prædictorum bonorum ejusdem Monasterii. Ad ann. 1533.
- XXX. Ex Authentica Placæ, (sive Legali Inventario) omnium Bonorum Cartusie Sanctorum Stephani, & Brunonis de Nemore in Ulteriori Calabria jussu Imperatoris Caroli V. efformata. Ad ann. 1533.
- XXXI. Confinario Territorii Cartusie Sanctorum Stephani, & Brunonis de Nemore a Rogerio Comite in spatium unius leucæ concessi prout describitur in Authentica Placæ ejusdem Monasterii de ordine Caroli V. Imperatoris ann. 1533. incepta, & ann. 1534. completa per U. J. D. Nicolaum Angelum De Amectis Commissarium. Ad ann. 1533.
- XXXII. Epistola Reverendi P. D. Theodorici Loer a Stratis Colonienfis Cartusie Professi, ac Vicarii, ad R. Dominum Nicolaum Weste Elsensem in Anglia Episcopum. Enarrationem in Epistolas Canonicas, Acta Apostolorum, Apocalypsim, & Hymnos Ecclesiasticos D. Dionysii Cartusiani ei dedicat. Ad ann. 1533.
- XXXIII. R. P. D. Theodorici Loer a Stratis Cartusie S. Barbara in Colonia Vicarii Epistola ad R. D. Petrum Pass. Dom. Lucis S. Salvadræ prope Trajectum Prædrem, & Prov. Theutonia Visitatorem, cui Opuscula aliqua ad Theoriâ mysticâ spectantia Dionysii Cartusiani nuncupat. Ad ann. 1534.
- XXXIV. Ex Prologo Edelli, cui Titulus: Assertio septem Sacramentorum, Auctore Henrico VIII. Angliæ Rege adversus Lutherum De ipsius Henrici observantia erga Romanam Ecclesiâ. Ad ann. 1534.
- XXXV. Ordinatio Capituli Generalis Ord. Cartusien. Anni 1534. Ad Priores Prov. Tusciæ pro adjutorio Fabricæ Domus Paduæ jam inchoata. Ad ann. 1534.
- XXXVI. Theodorici Loer a Stratis Cartusie S. Barbara in Colonia Professi ac Vicarii Epistola, ad P. D. Georgium Sarens S. Trudonis Abbatem meritisimum, qua Summam Orthodoxæ fidei P. D. Dionysii Cartusiani vitandam, ipsi dedicat. Ad ann. 1535.
- XXXVII. Reverendi Parris D. Guilielmi Bibaucii Magnæ Cartusie Prioris, ac totius Ordinis Cartusienfis Generalis, octo Epigrammata, in laudem S. Joachim Patris B. Virginis. Ad ann. 1535.
- XXXVIII. De R. P. D. Guilielmo IV. cognomento Bibaucio XXXIV. Cartusianorum Generali. Ad ann. 1535.
- XXXIX. Ex eodem Petrejo de eodem P. Bibaucio.
- XL. Ex MS. Catalogo Priorum Magnæ Cartusie, & totius Ordinis Generalium ad an. 1521. De eodem Patre Bibaucio.
- XLI. R. P. D. Petri Blomenvennæ Leiden. Cartusie Colonienfis Prioris, & Rbeni Provinciae Visitatoris Epistola ad Senatam Coloniensem, cui enarrationes D. Dionysii Cartusiani in Moyse Pentateuchum nuncupat. Ad ann. 1535.
- XLII. R. P. D. Theodorici Loer a Stratis Colonienfis Domus Vicarii. Ad Reverendissimum D. Joannem Gailhard Magnæ Cartusie totiusque Ordinis Priorem Generalem Epistola, qua illi Librum Concionum D. Joa. Justii Lanspergii Cartusiani nuncupat. Ad ann. 1536.
- XLIII. De R. P. D. Petro Leidenfi cognomento Blomenvennæ Domus Colonienfis Priore. Ex Procuratore D. Theodoro Petrejo. Ad ann. 1536.
- XLIV. Exemplum Executorialium Conservatorii Caroli V. Imperatoris in Causa reintegracionis, & Inventarii omnium Bonorum Monasterii SS. Stephani,

- phani, & Brunonis de Nemore, Tropea expeditarum per D. Joannem de Velasco Regium in Calabria Generalem Gubernatorem. Ad an. 1536.
- XLV. Actus publicus Declarationis, Militeri facta per D. Marcum Salerno Apostolicum Commissarium, pro intimando Papali communitorio de revelandis Bonis, in quibus Domus Sancti Stephani de Nemore debebat reintegrari, cum espressionibus Nominum Casalium, testium, & Notariorum, qui denunciations receperunt. Ad ann. 1537.
- XLVI. Pauli Papae III. Bulla, Pro Cartusia S. Laurentii de Padula, Pro unione Monasterii S. Nicolai, facta eidem Domui. Ad ann. 1538.
- XLVII. Pauli Pp. III. Bulla, Pro Cartusia S. Laurentii de Padula. Declarat unionem factam Domui praedictae Monasterii S. Nicolai, validam fuisse, etiamsi summa proventuum illius annuum valore ducatorum 40. excedat. Ad ann. 1538.
- XLVIII. Ex Epistola R. P. D. Joannis Justi Lanspergii ad D. Theodoricum Laeberium Coloniensis Domus Professum, & Vicarium, qua suas in Jesu Christi vitam Meditationes ei dedicat. Ad ann. 1539.
- XLIX. R. P. D. Joannis Justi Lanspergii Cartusienensis ad Serenissimum Imperatorem Carolum V. Epistola, qua Libellum de vera Religione, & Manasteriis humiliter ei offert, & dedicat. Ad ann. 1539.
- L. De Venerabili P. D. Joanne Justo Lanspergio Cartusia Coloniensis Professo. Ex P. D. Theodoro Petrejo. Ad ann. 1539.
- LI. De P. D. Michaeli N. de Vexcelli Cartusia Bononiensis Professo, ac Vicario. Ex perantiquis ejusdem Domus Monumentis. Ad ann. 1541.
- LII. Ordinatio facta an. 1542. in Generali Cartusianorum Capitulo. De lingua Graeca a Cartusianis non frequentanda. Ad ann. 1542.
- LIII. R. P. D. Theodorici Lober a Stratis Hildosienensis Cartusiae Prioris Epistola ad Reverendissimum P. D. Petrum Leyden. Majoris Cartusiae Priorem, & totius Ordinis Generalem. Secundum Patrem Homiliarum Dionysii Cartusiani de Sanctis inscriptam illi dedicat. Ad ann. 1542.
- LIV. Sententia Diffinitiva Regiae Camerae Summariae, pro reintegratione meri, & mixti Imperii, & omnimoda Jurisdictionis in Casalibus Montauri, & Gasparina, pro Monasterio S. Stephani contra Principem Squillacii. XX. Octobris MDXLII.
- LV. Aliud Decretum Regiae Camerae in favorem S. Stephani de Nemore interpositum super nullitatibus contra praedictam laesam sententiam pro parte Principis Squillacii. XVIII. Novembris 1542.
- LVI. Litterae Commissionales Alphonsi Davolos Locumtenentis, & Praesidentium Regiae Camerae Summariae, nobili Viro Joanni Bernardino de Penna directa, pro immittendo Monasterio Sanctorum Stephani, & Brunonis de Nemore in realem, & corporalem possessionem seu quasi, meri, & mixti Imperii, ac omnimoda jurisdictionis Civilis, & Criminalis Terrarum Montauri, & Gasparinae, contra Illustr. Principem Civitatis Squillacii. Ad ann. 1542.
- LVII. Instrumentum publicum ad favorem Monasterii SS. Stephani, & Brunonis de Nemore, & super accepta possessione, & redintegratione meri, & mixti Imperii cum omnimoda jurisdictione Civilis, & Criminali Terrarum Montauri, & Gasparinae, vigore duorum Decretorum Regiae Camerae Summariae contra, & adversus Illustr. Principem Civitatis Squillacii. Ad ann. 1543.
- LVIII. Instrumentum publicum de primo accessu Domini Joannis Bernardini de Penna Regii Commissarii ad Terram Gasparinae pro reintegrando Monasterio S. Stephani de Nemore in possessionem, seu quasi jurisdictionis Civilis, & Criminalis suorum Casalium Montauri, & Gasparinae, de-

que protestatione Officialium Illustris Principis Squillacii. Ad ann. 1543.

- LIX. In Causa Parris D. Benedicti de Silice Cartusie Caprearum Prioris; ad instantiam Ordinis, sive PP. Visitatorum Romæ contra ipsum velut inobedientem intentata, coram Jacobo Puteo Serenissimi Domini Cappellano, & Auditore Delegato Requisitoria Parrium; & inhibicio, quod nullus se intromittat in Causa sub pœna nullitatis actus &c. Ad ann. 1543.
- LX. Bulla Pauli Papæ III. Pro Cartusensi Ordine. Confirmat Bullas Urbani V. Sixti IV. & Innocentii VIII. dans facultatem absolvendi etiam a Casibus Apostolica Sedis reservatis in die Nativitatis & Purificationis B. Mariae. Ad ann. 1543.
- LXI. Exemplum Decreti, per Regiam Camera Summaria ann. 1544. expediti, quo cautum fuit, Monasterium S. Stephani de Nemore non debere taxari pro Adois, & sua Casalìa esse immunia ab omni jurisdictione. Ad ann. 1544.
- LXII. Ordinatio Capituli Generalis Cartusianorum ex Charta anni 1544.
- LXIII. R. D. Petri Marnesi Leidenfis Majoris Cartusie, ac totius Ordinis Generalis Prioris ordine XXXVI. Epistola, ad S. Ignatium Societatis Jesu Propositorum, de participatione spiritualium bonorum inter ambos Ordines constabilienda. Ad ann. 1544.
- LXIV. Ordinationes Capituli Generalis Ordinis Cartusensis anni 1545.
- LXV. Relazione de Magnifici D. Gio: Bruno Razonale, e D. Anonio Chiaro Archivario della Camera della Sommaria intorno alla ricognizione fatta de' Diplomi della Real Certosa di S. Stefano del Bosco in Calabria, al Regio Consigliere Signor D. Onofrio Scaffa Spettabile Consulore del Regno di Sicilia, Presidente della Regia Camera, e Commessario.

Faint, illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page.



## I.

## Pro Domino Francisco de Puteo Cartusienſium Generali. Ex Petro Sutore (1).

Ad ann. 1521.

**F**uit (Franciscus nempe de Puteo) Juris utriusque Doctor præstantissimus, & tam divinis, quam humanis literis doctus, ingenio subtilis, promptus consilio, rebus agendis aptus, ac providus, & in practica juris omnino detritus, utpote qui duorum Episcoporum, Valentis scilicet, & Gratianopolitani annos multos Officialis extitit. Qui cum annum circiter quinquagesimum ætatis ageret, omnia quæ in mundo sunt, vana, fluxaque animadvertens, ea pro Christi amore prorsus destituit, sacrumque Religionis habitum in majori Cartusia (quam multis antea beneficiis affecerat), devote suscepit. Quem nihilominus Cartusianum effectum Gratianopolitanus Antistes (cujus Officialis, Vicariusque undecim annos fuerat), tanto amore profecutus est, ut quædam possessiones, & eas quidem amplas, ut scilicet earum fructus quotannis perciperet, eidem assignaverit. Cum autem horridum illum Cartusie locum paucos annos incoluisset, ejus Prior est effectus. Cui grandi sarcinæ diligentèr responderè atque Ordinem prorsus in sua integritate conservare satagens, se in omnibus sollicitum, Pastoremque pium studuit exhibere, suasque oviculas dulciter fovere: quas & paterno amore prosequutus, in pace ac tranquillate regere sollicitus fuit. Quapropter ab eis & amari, atque honorari etiam promeruit. At quoniam majoris Cartusie Prior, non tantum Domus illius, sed totius quoque Ordinis Generalis Moderator Ordinis negotia curare habet, hic omnium curam strenue gessit, ut mirum videri queat, quo pacto unus tanta moliri potuerit, quanta ab eo effectu conspiciuntur. Siquidem, ut aliqua tangamus, Domum illam SS. Stephani, & Brunonis, in qua noster Princeps D. Bruno felix migravit ad Christum, alienis manibus longissimo tempore occupatum (2) mira diligentia, atque industria recuperare, Cartusianoque Ordini aggregare, et conjungere, ipso juvante, ut par erat, Ordini studuit. Ipsius quoque diligentia B. Pater Bruno, cui multa devotione addictus erat, multis antea sæculis neglectus in Sanctorum numerum per Apostolicam Sedem repositus est. (3) Domus insuper majoris Cartusie fortuito incendio magna ex parte consumpta, longe melius quam antea fuerat, ejus industria ac impensis Ordinis instaurata est. Alia denique permulta partim pro majori Cartusia, partim pro toto Ordine decenter ab eo (opitulantibus Patribus, qui cum eo viderunt) effecit.

## II.

## De eodem D. Francisco de Puteo ex Theodoro Petrejo (4).

**F**ranciscus II. Hic est ille celebris J. U. Doctor a Puteo trahens nomen, de quo Sixtus Senensis Lib. IV. Biblioth. Sanct. ita scribit: „Franciscus Puteanus Cartusie Prior 33. Utriusque juris Doctor præstantissimus, & in sacris scripturis  
Tom. X. c. „pturis

(1) Lib. II. De Vit. Cartusiana Tract. III. Cap. VII. pag. 606. melius ad annos 320. nempe ab anno 1193. ad 1513.

(2) Inhabitarunt eam Cistercienses, ut in fine Vitæ Divi Brunonis apud Surium legitur, ad annos circiter quadringentos, inquit, Petrejus:

(3) A Leone X. Pontifice Maximo an. 1514  
(4) Elucidar. in Lib. IV. Chronic. Cartul. Petri Dorlandi fol. 100. n. XXXIII.

„pturis exercitatus, composuit ad imitationem D. Thomæ Aquinatis Auream Catenam super Psalmos. In qua explanationes Patrum Latinæ Ecclesiæ in Pfalterium, adjectis etiam eorum nominibus, maxima diligentia, miroque artificio congregavit. Prodiit hæc Catena Parisiis in folio an. 1529. Curavit etiam inprimi Basileæ apud Amorbachium antiqua Ordinis statuta an. Domini 1510. Quin & D. Brunonis Canonizationem, ut vocant an. 1514. studiose procuravit; Recuperavitque Ordini Domum SS. Stephani, & Brunonis in Calabria sitam. Fuit vero patria Lugdunensis, & duorum Episcoporum Valentis scilicet & Gratianopol. a multis annis Officialis. Verum cum ætate jam quinquagenarius esset, relictis rebus omnibus mundanis, divino se majori in Cartusia famulatu addixit. Neque longe post ad Domum ejusdem Prioratum est evehctus. Quam quidem octodecim annorum curriculo tanta cum prudentia gubernavit, ut posteris omnibus perpetuam sui memoriam reliquerit. Excessit vero rebus humanis anno vicesimoprimo post sexquimillesimum, mense Septembri. Qui quoniam Statuta suo tempore typis mandari præcepit, meruit numerale disticon.

*Cartusianus hic est, qui suppleat arte vetusa.  
Et sane excusiat sancta statuta Patrum.*

III.

Idem Petrejus (1) de eodem Priore D. Francisco XXXIII. Generali.

**F**ranciscus de Puteo totius Ordinis Generalis XXXIII. Vir fuit præstanti equidem doctrina ac eloquentia, summa eruditione, & rerum agendarum prudentia, ita ut ambigi merito queat, fuerit ne eruditior an eloquentior, doctior, an sapientior. . . . . Composuit namque ad imitationem D. Thomæ Aquinatis Auream Catenam super Psalmos. In qua explanationes Patrum Latinæ Ecclesiæ in Pfalterium maximam diligentiam mireque artificio concinnavit. In cujus Proœmio auctor hæc de seipso: „Cum stare, inquit, in foro tota die otiosus, placuit ei, qui quos vult vocat, cui vult miseretur, & quem vult indurat, me a maris hujus fluctibus, ad portum Monasterii evocare &c. Cumque deinde sederem in cella solus, volens quæ retro sunt oblivisci, & ad ea, quæ supra nos sunt, mentis oculos erigere, cœpi in Rachelis amplexibus delectari: & pro ejus connubio Domino servire, & ejus aures frequenti nunc lectione nunc oratione (sunt namque hæc præcipua boni Cellitæ exercitia) pulsare. Et quia huic rei utili, scilicet Lectioni, & devotæ Orationi, & ad captandam, & impetrandam Domini, pro tanto beneficio consequendo, benevolentiam, & gratiam, præ cæteris divinæ sapientiæ libris, mihi magis congruere visus est Davidicus Psalmorum liber: in quo totius sapientiæ, & scientiæ thesauri reconditi sunt, in quo quidquid boni alibi quæritur hic invenitur. Prodiit hæc Catena Parisiis in folio anno 1510. (2). Scripsit etiam vitam Divi Patris nostri Brunonis, quam deinde Surius paraphrasticis reddidit. Similiter & statuta Ordinis Cartusienis tempore regiminis sui an. 1510. Basileæ apud Joannem Amorbachium inprimi curavit. Denique innumeras pene Epistolas extemporaneas ad varios, Cartusianæ præsertim familiæ alumnos, misit: quarum majorem partem non dictando, sed propria manu exarando incredibili laboris studio conscripsit. . . . . Alia autem ejus scripta, si quæ sunt, ad manus nostras nequaquam pervenere. Tandem vero postquam majorem Cartusiam prudenter admodum, qua scriptis qua vitæ sanctimonia annos duodeviginti Prior rexisset, variisque ægritudinibus longo tempore ante vitæ finem exercitus fuisset, rebus humanis feliciter excessit, anno nimirum XXI. post mille quingentos mense decimo septimo Septembris.

Ex

(1) In sua Biblioth. Cartusian. Litt. F. pag. 91. Petrejus in Not. ad Chronic. Dorlandi supr. re.  
(2) Melius legend. 1529. prout recte idem lat. adnotavit.

## IV.

Ex MS. Catalogo Priorum Domus Majoris Cartusie  
ad ann. MDIII.

**F**RANCISCUS II. de Puteo Lugdunensis, alias Sanbonisius Segusianus, U. J. Doctor insignis, divinis etiam litteris eruditus, in rebus agendis providus, quippe qui in sæculo duorum Episcoporum, Valentie scilicet, & Gratianopolis Vicarius Generalis fuerat. Hic magno labore & industria ex diversis Capitulum Ordinationibus quibusdam sublatis, vel mutatis, & aliis adjectis tertiam Statutorum compilationem compegit XIII. Capitibus comprehensam, quam per tria Capitula confirmatam an. 1509. evulgavit. Sub hoc etiam an. 1514. restituta fuit Ordini Domus S. Stephani de Nemore in Calabria fundata a S. P. Brunone, in qua sacrum illius corpus requiescit, procurante, ac rem strenue promovente Domino Jacobo Aragonensi Priore, & Professo Cartusie Neapolis. Ex Vit. S. Brunonis in fine apud Surium nostrum Tom. V. Inter tot, & tantas occupationes, ac molestias, composuit catenam auream super Psalmos jam impressam, & innumeras pene Epistolas. Domum Cartusie ex præcedenti incendio fere absumptam magna ex parte instauravit. Tandem optime de Ordine meritis, quem annis 18. moderatus est, rebus humanis excessit 17. Septembris an. 1521.

## V.

Priores, & Conventus Domus Sanctorum Stephani, &  
Brunonis de Nemore Epistola ad Capitulum Ge-  
nerale ejusdem Ordinis, in Gratianopolitana  
Cartusia sub D. Francisco de Puteo  
celebratum (1).

*Ad ann. 1523.*

**P**RIORI, & Conventui Monasterii Sanctorum Stephani, & Brunonis Ordinis Cartusienfis in Calabria visum fuit honestum fore, notum facere Capitulo Generali ejusdem Ordinis Cartusienfis, ut deinde omnibus Cartusienfis innotescerent aliqua miracula, quæ divina Clementia voluit ostendere per merita S. Brunonis Patris nostri, & primi Fundatoris Religionis Cartusienfis.

Et primo S. Bruno fuit primus Prior, & fundator istius Monasterii sumptibus quondam Comitis, nomine Rogerii Theutonici, in quo Monasterio erant 35. Monachi, cum Priore, & Conversis. Et post dictum S. Brunonem, fuerunt duodecim Priores Cartusienfes, quorum ultimus nomine Guillelmus cum quatuor, aut quinque Monachis, & Conversis, qui tunc gubernabant, & manebant totum introitum & statum Monasterii, & pro majori tempore residebant in ista Domo Inferiori, ubi est nunc Monasterium S. Stephani; sed alii SS. PP. Cartusienfes, manebant in Sanctæ Mariæ de Eremo, non longe ab isto, Monasterio Superiori, quod S. Bruno in tribus annis ædificaverat totum de lignamentis, sine ulla petra præter Ecclesiam. Dicitur S. Guillelmus ambitionis causa, subornatis dictis quatuor vel

(1) Extat in Archivo laudatæ Cartusie San-  
ctorum Stephani, & Brunonis de Nemore in

vel quinque Monachis, & Conuersis, se, & Monasterium dederunt in commendam consistorio Romanæ Ecclesiæ, aliis Patribus nescientibus; & mutata cuculla alba in nigram, Ordinem Cisterciensem susceperunt; tamen alii PP. nunquam mutaverunt habitum, nec primum Propositum Cartusiensem, sed non ministrabantur eis necessaria in victu, & vestitu per aliquod tempus in dicto Monasterio Superiori. Et exinde per 314. annos vel circa Abbates Cistercienses usurpaverunt Monasterium istud, ex quo semper habebant Cartusienfes suspectos, ne iterum Monasterium reverteretur ad idem, sollicitè omnes memorias Cartusianorum ex eo maxime in Scripturis eradicare, & destruere curaverunt. Idcirco de miraculis, quæ divina Clementia voluit ostendere per merita S. Brunonis in sua vita, & post transitum ejus non possumus particulariter certificari. Unum pro certo reperimus, quod corpus S. Brunonis per 250. annos, vel circa occultum fuit hominibus, & quia miraculose fuit repertum isto modo. Miles quidam Antonius de Sabinis, qui pro parte Commendatarii Cardinalis per an. 40 gubernavit imo possedit istud Monasterium, qui aliquando in somnis putabat, quod infra Altare Ecclesiæ S. Mariæ de Eremo, quæ Ecclesia erat primi Monasterii S. Brunonis in Calabria foret magnus Thesaurus. Quod experiri volens & curiose circumdans dictum Altare, quod in medio Ecclesiæ est, in latere videbatur esse parva fenestra, sollicitè fabricata, qua aperta invenerunt domunculam infra Altare, in qua erat petra marmorea cavata sicut arca intra quam erant ossa; & in una parte ossium Scriptura sic dicebat. *Ista sunt ossa Magistri Brunonis*. Et in alia parte Scriptura dicebat; *Ista sunt ossa Magistri Lanuini*. Et licet dictus miles fraudatus esset a spe sua non invento auro desiderato; tamen fecit honorem ossibus Sanctorum, transportatis illis ad ipsum Monasterium, fabricavit ea infra Ecclesiam tempore congruo, ut honorifice haberentur. Et licet non reperiantur in scriptis miracula de Sancto Brunone usque ad illud tempus, tamen in generalitè, oculis, & auribus vidimus, & audivimus in isto Monasterio, ex ore Magnatum Dominorum, etiam Comitum, & Baronum dicentiam similia verba: Nos Domini in istis partibus Calabriae magnam confidentiam habemus Deo, & meritis S. Brunonis, & pluries experti sumus habuisse subsidium a Deo, per invocationem, & merita Sancti Brunonis. Sed inter alia unum mirabile apparet, quia in spelunca, sive in rupe molli, in qua S. Bruno primo habitabat, sine coopertorio manufacto, antequam Monasterium faceret in partibus istis, ubi nunc est Capella fabricata, in qua crebra miracula divina Clementia operatur per merita S. Brunonis; nam petra illa mollis in pulverem reducta, & sumpta sanat multas infirmitates hominum, sicut audivimus, & vidimus istis diebus nostris: sed unum miraculum pro pluribus, pro nostris sufficiat scribere. In istis octavis Nativitatis Domini ultimo celebratis, quidam Vir de Oppido Zimbario nomine Garetto Scopacasa cum uxore sua Isabella adduxerunt ad portam istius Monasterii unicam filiam suam habentem Spiritum immundum, & cum ad portam Ecclesiæ delatae fuissent reliquiae Sancti Stephani, & aliorum Sanctorum, ut Spiritus immundus fugaretur, sicut alias factum fuerat, & nulla spes sanitatis appareret, Vicarius consuluit parentibus puellæ, ut ad rupem jam dictam S. Brunonis duceretur. Et cum venissent ad locum Parentes, & puella, trina vice circumierunt illam Capellam cum orationibus ambulando semper genibus flexis; deinde puella postquam osculata fuit pedes imaginis S. Brunonis hausit parum de pulvere illius rupis, & Spiritus, qui intra latebat, coepit discurrere per ventrem, & membra Puellæ, & veniens per brachium ad manum in fine in summitate unius digiti Spiritus fecit plagam cum sanguine, & tunc continuo recessit. Unde parentes videntes filiam esse sanata[m] omnes reversi sunt ad portam istius Monasterii immensas gratias agentes Deo, & S. Brunoni. Item istis diebus nostris nobilis Alphonsus Toraldo germanus Magnifici & excellentis Baronis de Badulato, qui multum erat & est devotus S. Brunonis cum esset in Tropea causa solarii, ambulans prope quoddam præcipitium altitudinis centum cubitorum, vel circa, casu accidit, ut caderet in illud præcipitium; & sentiens se cadentem, manibus nitentibus firmare se ad fabricam quamdam, quæ fabrica ad dorsum ejus cecidit, & ambo in præcipitium cadunt. Sed ipse devotus videns se ad janam mortis, caput deorsum, & pedes sursum, clamavit: O Deus & S. Bruno non permittas me mori sic miserabiliter. Et tunc vidit Monachum vestibus albis sustinentem eum usque ad finem præcipitii. Sed homines qui viderunt eum cadentem ex adverso, cucurrerunt putantes invenire non solum mortuum, sed etiam totum corpus dissipatum, tamen per gratiam Dei, & merita S. Brunonis, tunc nullam fractionem corporis sustinuit, imo pedibus suis reversus est ad domum suam, non indigens vehiculo, & adhuc præsens devotus supradictus gratias, agens Deo,

Deo, vivit. Item in diebus nostris in oppido Pizzoni Sacerdos quidam secularis nomine D. Supranus Miriano habens apostema in pectore supra cor, votum fecit S. Brunoni; unde sanatus miraculose, sicut ipsemet scripsit, misit unam facem ceream huc ad altare S. Brunonis, in qua erat scripta causa suæ sanitatis, gratias agens Deo, & Sancto Brunoni. D. Laura Caraffa Comitissa Arenarum cum prægnans esset cecidit in aliam gravem infirmitatem, quæ cum laboraret in extremis, vir ejus D. Joannes Franciscus Comes Arenarum, qui semper habuit, & habet magnam devotionem ad S. Brunonem, fecit votum dare unum calicem in hoc Monasterio pro altari S. Brunonis. Et tunc miraculose, sicut Comes & Comitissa testantur, & prædicant, sanata est ab illa infirmitate gravi, & post multos menses tempore congruo peperit filium, & nomen Brunonis illi imposuerunt in baptismo. Sed non pro parvo signo ducimus, quia cum ista præfens Charta scriberetur, ad lucem venit istud miraculum. Alia nobis mulier Neapolitana laborans graviter infirmitate pleuritidis seu puncturæ, admonita fuit ab eodem Comite Arenarum, ut S. Brunoni se commendaret. Quæ cum votum fecisset, ut ipsa testatur, apparuit ei in somnis sanctus Bruno in vestibus albis conforans eam, quæ evigilans, & sanatam se sentiens fecit votum se induere vestibus albis, sicut erat ille qui sibi apparuerat. -- Sunt & alia multa, de quibus nunc non est dicendum per singula, ne tantæ res pariant fastidium. Unum est quod supplicamus omnes Congregationes Cartusianorum, ut velint officium devote celebrare benefactorum istius Monasterii S. Stephani, de quo fit mentio II. die Natalis Domini post Primam in Capitulo, lecta lectione S. Sauli Apostoli. Et in testimonium præmissorum Prior, & Conventus subscripserunt se cum sigillo Domus. Prima die Februarii 1523. Frater Jacobus Aragonensis Prior. Frater Benedictus de Corduba Vicarius. Frater Joannes Borgonius. Frater Vincentius de Mesiano Procurator. Frater Stephanus Carrozza de Suriano. Frater Bernardus . . . de Curiano. Frater Sebastianus Venetianus. Frater Angelus de Cremona. Frater Guillelmus de Pastition. Frater Bruno de Livarco. Frater Julianus Genuensis. Frater Bruno de Francica. Frater Ludovicus de Francica. D. Stephanus de Brognature Sacerdos secularis, Oblatus hujus Monasterii.

## VI.

Bulla Adriani VI. qua ad petitionem R. D. Jacobi de Aragonia Prioris Domus S. Stephani, revocat illicitas distractiones bonorum ejusdem ante factas, five per Superiores, five per Abates Commendatarios (1).

*Ad ann. 1523.*

Adrianus Episcopus, Servus servorum Dei, Venerabilibus Fratribus Squillacen. (2), & Neocastren. Episcopis (3), & dilecto filio Vicario Venerabilis Fratris nostri (4) Episcopi Militen. in Spiritualibus Generali, salutem, & Apostolicam Benedictionem.

**A**D audientiam nostram pervenit, quod nonnulli dilecti Filii moderni Prioris S. Stephani de Bosco Ordinis Cartusienis Squillacen. Diocesis, Priores, seu  
Tom. X. d Abba-

(1) Extat Origin. in Archivo laudatæ Cartusie SS. Stephani, & Brunonis de Nemore in Ulteriori Calabria.

(2) Simeon de Galeotis Neapolitanus is erat, qui an. 1520. die V. Decembris a Leone X. eidem Ecclesie præpositus, eam tenuit ad ann. usque 1539. quo Romæ excessit. Vid. Ughell. Tom. IX. Ital. Saer. De Episcopis Squillacen. col. 623.

(3) Antonius de Papla, qui Neocast. Eccle-

siam ex Abate S. Marie de Curatio Ord. Cisterciens. sub Leone X. die 18. Maij 1518. gubernandam suscepit, ad an. 1523. quo 24. Julij ad Catacensem suæ patriæ translatus fuit. Id. Ib. col. 564.

(4) Ecclesie Militen. præerat Andreas de Valle Roman. Præbyter Cardinalis a Leone X. an. 1517. creatus; ideo super. nostro Episcopi, sed Vicarii nomen appositum. Id. Ughell. Tom. I. fol. 1040.

Abbatē dictæ Domus, qui fuerunt pro tempore, cujus prædecesores, decimas, primitias, census, fructus, proventus, terras, domos, vineas, possessiones, casalia, feuda, hortos, campos, prata, pascua, nemora, sylvas, molendina, lacus, stagna, piscarias, aquas, aquarum decursus, calices, cruces, ornamenta Ecclesiæ, jocalia, vasa, jura, jurisdictiones, pecuniarum summas, & nonnulla alia mobilia, & immobilia bona ad dictam Domum spectantia, datis super hoc literis, confectis exinde publicis instrumentis, interpositis juramentis, factis renunciationibus, & pœnis adjectis, in gravem ejusdem Domus læsionem, nonnullis Clericis, & Laicis, aliquibus eorum ad vitam, quibusdam vero ad non modicum tempus, & aliis perpetuo ad firmam, vel sub censu annuo concesserunt; Quorum aliqui dicuntur confirmationum litteras super his in forma communi a Sede Apostolica impetrasse. Quia vero nostra interest super hoc de opportuno remedio providere, Discretionem vestram per Apostolica scripta mandamus, quatenus ea, quæ de bonis dictæ Domus per concessionem hujusmodi alienata inveneritis illicitè, vel distracta, non obstantibus litteris, instrumentis, renunciationibus, juramentis, pœnis, & confirmationibus prædictis, ad jus, & proprietatem dictæ Domus legitime revocetis: Contradictores per Censuram Ecclesiasticam omni appellatione postposita compescendo, Quod si non omnes iis exequendis potueritis interesse, duo, aut unus vestrum ea nihilominus exequantur. Datum Romæ apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicæ MDXXIII. IV. Id. Aprilis Pontific. nostri an. I.  
Adest sigillum in plumbo,

## VII.

Epistola Jodoci Badii Ascensii Parisiensis Bibliopolæ ad Reverendissimum Dominum Laurentium Almandum Gratianopolitanum Episcopum, cui primam Operum S. P. Brunonis editionem nuncupat.

*Ad ann. 1524.*

Inter optimates summopere observando D. Laurentio Almandi Gratianopolitanorum Episcopo circumspiciatissimo, & Principi clarissimo, Divique Saturnini apud Tholosanos Antistiti dignissimo, & Magnæ Cartusie Conservatori, ac tutelari præsidio præstantissimo, Jodocus Badius Ascensius observantiam, & salutem.

**R**eventuntur ad tuam Celsitudinem, magnificamque tutelam, Præses amplissime, plane divina, & augustissimæ frugis opera illius stupendæ prudentiæ, ac mirificæ sanctitatis Brunonis, qui Deo quondam, & auspice, & duce ad patentissima majorum tuorum confugit hospitia, petuntque, ut qua fronte sanctissimus ille Hugo, istius tunc Sedis Antistes, patrem suum, cum sex venerandis comitibus suscepit, se se obviis etiam ulnis, & paterno sinu suscipias: nec immerito; digna siquidem sunt, quæ ad heroica admittantur penetralia, sanctisque non segnius atterantur manibus, ac olim Alexandri cognomento Magni Homericæ Poemata, quæ illi vel pulvinaris præstiterunt obsequia, E quibus tamen præcipuum emolumentum belligerandi, & hominum stragis faciendæ peritiam haurire poterat. Ex istis autem optimus quisque Christianus pacis cum Deo, pacis secum, & pacis cum proximo, & jucundæ, & conservandæ facile condiscat viam; sunt enim cælestis luminis facibus illustrata, ut facile agnoscas ab Principe illius Septenarii edita, qui Stellis septem præviis, & ducibus istuc sunt profecti, non sine divino, stupendoque

(.) Legitur præfixa Tom. I. Oper. Divi Brunonis Parisiis an. 1524. edit. per eundem Jodocum Badium Ascensium publicam ibid. Bibliopolam.

que futuri instituti prælagio. Scimus enim hebdomatos perfectionem, etiam Brunonis buccina miris laudibus ornatam. Verum quod ad institutum attinet, Horæ Canonice septem sunt, lampades in Templo, & planetæ in Cælo totidem; inter quos tamen duo magna dicuntur luminaria; inter has autem Stellæ nulla major, licet una lucidior prædicatur cæteris: hoc (ut opinor) indicio, quod in hoc Ordine, cæterorum Antistes, plus quidem oneris, atque laboris, sed terreni, non plus percipit emolumentum juxta dominicum consilium; Qui major est in vobis, fiat sicut minor, & qui præcessor, sicut ministrator. Sed de operibus disquiramus, quæ tria hac lucubratione emittenda, & tuo, Præsul ornatissime, faustissimo nomini dicanda, Reverendissimus, & tuæ dignitatis observantissimus D. Guillelmus Bibaucius Cartusæ tuæ Pater Catholicus, ad nos usque transmisit. Primum in omnes Psalmos Davidicos luculentam, & artificiosam expositionem plus in recessu exhibentem, quam in fronte pollicentem, complectens: a fronte enim ad calcem, & a titulo usque ad finem eundem servat tenorem, nusquam divaricans, sed omnia inscriptioni quadrare demonstrans. Secundum Divi Pauli Epistolarum, in quibus secundum Evangelium Theologiæ sunt nervi, explicationem, Brunone I. Summo Parisiensis scholæ Theologo dignam continens. Tertium admirabiles nobis exhibens conciones: De laudibus, & ornatu Ecclesiæ. De novis. De Festis Domini, B. Mariæ, BB. Martyrum, Confessorum, Virginum, & Angelorum: quibus nescio an emunctiores, & sæcundiores legerim: quo circa (ut est mortalitas ad diffensionem propensa) nonnulli aliis potius addicant: quorum argumenta omnia convincunt venerandæ vetustatis Codices, quorum unus ad nos missus hunc habet in fronte eadem manu ac litera, qua reliqua exaratum titulum: Incipit liber Magistri Brunonis, qui Carthusiam instituit. Quem librum, & titulum hic multis ostensum, ut ipse quoque videas, istuc integrum remitto. Alter est in Cartusia Magna, habens omnia ista opera Brunoni nostro adscripta, nec dubito alibi extare alios. Verum refellamus istorum avias. Est alius, inquit, stylus. Est quoque Horatio alius in Odis, quam in Sermonibus, & Epistolis, quia diversum decorum exigit. Nec una convenit phrasis expositioni in speluncis, & cellis a minus literatis plerisque legendæ, & concioni, ad quam literati conveniunt, habendæ. Præscribitur, inquit, Episcopo Signiensi, Sed falso, quia in Dedicatione Cartusæ (ut opinor) suæ se Episcopum negat. Sed Benedictum, inquit, Patrem vocat, eum quem immodice laudat. Vocat & Abraham Patrem, quia eum imitandum hortatur, & Benedictum præcipue sibi proposuit imitandum, prius Eremicolam, deinde Cœnobitam Monachum. At scripsit in Exodon, & Apocalypsin? Nihil prohibet Brunonem hunc in easdem scripsisse, licet forte non extent. Boni itaque consule, Præsul optime, & Brunonis opera, ac instituta, ut facis, protege, Domumque, & Patrem feliciter conserva. Vale. Apud Parrhisios sub Parrhisa MDXXIV.

## VIII.

Ordinatio Capituli Generalis Cartusien. ann. 1524. celebrati. De Apostatis, hæreticorumque fautoribus, vel recipiendis, si resipiscant, vel puniendis, si in obstinatione permaneant.

*Ad ann. 1524.*

Quamvis multis, & arduis sub hoc Generalis Capituli confesso negotiis prægravamur, & curis pene innumeris distringimur, operosiori tamen mentis sollicitudine, ac majori labore incumbimus circa eos, quos per inopiam spiritus, aut infirmitatem carnis a suæ salutis tramite aberrare cognoscimus. Hinc est quod relatione plusquam veraci didicimus, & evidentia factorum in dies colligimus, quosdam nostræ Cartusianæ vocationis Professos, aut damnatâ cujusdam Lutheri doctrina corruptos, aut sua concupiscentia abstractos, & illectos a nostra Religione apostatasse, & velut canes ad suum vomitum revertsos, in gravissimam di-

vina

vinæ bonitatis offensam, animarum suarum iacturam, multorum scandalum, & nostræ Religionis ignominiam. Quæ licet ita se habeant, Christiana commiseratione commoti, nolimus paternæ justitiæ flagella, sed indulgentissimæ matris ubera errantibus oviculis nostris porrigere. Hortamur itaque eos, qui istiusmodi sunt, & in visceribus Jesu Christi obsecramus, ut ab erroribus, quibus se inferuerunt, ad agnitionem veritatis redeant, & ad Cartusianam Religionem suæ salutis ovile revertantur, qui Deo permittente, ad horam discesserunt, in æternum Deo, & Ordini adhæreant. Quod si fecerint, omnes Priores, Rectores, atque alias quascumque nostræ Religionis personas monemus, ut pientissimi Jesu Christi vestigia imitantes, omnes, & singulos de via perditionis ad suarum Professionum Domos revertentes, sinceræ charitatis affectu excipiant, stola suæ professionis, licet temere per eos abjecta, rursus eos induant, & fraterni amoris obsequia eis impendant. Si vero hac tanta lenitate, & gratia sponte sibi per nos oblata ad cor redire, & a Diaboli laqueis se explicare noluerint, sed pertinaci furore exæceati amplius adhuc in peccatorum sordibus fordescere, & curam carnis in desideriis agere velint, ne circa salutem eorum dormitasse videamur, quæ juris, & Statutorum nostrorum sunt insequentes, per viam justitiæ procedere decrevimus. Quapropter monemus, & in virtute S. Obedientiæ præcipimus omnibus nostri Ordinis Visitatoribus, Convisitatoribus, Prioribus, ac cæteris Officialibus, ut juxta formam juris, & nostrorum Statutorum tenorem, cum omni diligentia, zelo, atque labore, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, brachio sæculari, omnes a nostra Religione Apostatantes, auctoritatem Ecclesiæ Romanæ contemnentes, & Constitutiones ejusdem verbo, & opere detestantes, capiant, vel capi faciant, captos firmis carceribus intrudant, & custodiant, donec Capitulum Generale, vel R. Pater de eorum contritione, & emendationis proposito informatus, de ipsorum statu ordinaverit, vel dispensaverit. Et eandem pœnam sustineant ejusdem Lutheranz doctrinæ fautores, & Defensores. Qui vero ad Dei, & Ordinis obedientiam sponte redierunt, erunt sine voce in tractatibus, & ubique in Conventu ultimum locum tenebunt ad Ordinis voluntatem. Hanc autem duplicem misericordiæ scilicet, & justitiæ viam illis impendimus, ne, quod absit, cum ipsi perversa sua voluntate perierint, sanguinem ipsorum de manu nostra requirat Dominus. Et quia in hujusmodi, & aliis animarum periculis, & adversitatibus constituti, solemus pro remedio ad Deum preces nostras effundere; ideo pro errantium Fratrum nostrorum salute, & Regum & Principum Christianorum pace, & concordia, singuli devote Deum orent, & in omnibus Missis privatis de vivis, dicatur Collecta, *Deus, qui corda*, vel *Præsende* in plurali famulorum tuorum usque ad sequens Capitulum Generale.

## IX.

Ex Monumentis perantiquis Cartusiæ Sanctorum  
Stephani, & Brunonis de Nemore in Ulte-  
riori Calabria.

*Ad ann. 1524.*

De Comite Joanne Baptista Caraffa, qui morti proximus, restituens prædictæ Domui Sanctorum Territorium de Ninfo dictum, a suis occupatum, coepit convalescere, & pristinam sanitatem S. P. Brunonis meritis recuperavit (1).

Sub regimine hujus Prioris (nempe D. Davidis Mediolanensis) in anno 1524. Excellens Dominus D. Joannes Baptista Caraffa Comes Agropteriz, ac Dominus

(1) Prout latius narratur in Instrumento super quod inferius assertur. restitutione Territorii prædicti Neapoli facta,



nus Castri Veteris, & Roccellæ, valde infirmatus est usque ad mortem, omnique Medicorum auxilio destitutus, cum ageret in extremis, nocte quadam apparuit per visum ei Sanctissimus Pater noster Bruno dicens: Joannes Baptista, si distuleris territorium per tuos injuste occupatum Domui meæ S. Stephani restituere, certe non vives, sed morieris. At ille stupens, & tremefactus, simili voce respondit: Quod Territorium Pater? Territorium (respondit S. Pater.), quod vos de Nympho dicitis, concessum mihi, & Successoribus meis a Comite Rogerio Normanno. Et his adjectis evanuit ab oculis ejus, qui continuo statuit in corde suo certius aliquid de hoc cognoscere velle, ac omnia in integrum reddere. Mirum dictu! Vix hoc in animo suo statuerat, quod melius se habere cœpit, & febris prorsus, omnique vitæ discrimine exemptus est. Deinde accersitis Notario, & Testibus, visionem retulit, ac Territorium multis jam annis occupatum restituit. Quin etiam quamplurima alia beneficia a S. Patre nostro obtinuit, quæ latius in instrumento dictæ restitutionis continentur, confecto in Civitate Neapolis per Notarium Virgilium de Bulvito 18. Novembris 1527. (Verius 1529. ut ex eodem.)

## X.

## Item de eodem Miraculo; Ex Georgii Suriani Belgæ Adnotationibus in Vitam S. Brunonis.

Ad ann. 1524.

**A**Nno Domini 1524. cum esset Prior hujus Domus (nimirum S. Stephani) V. P. David de Charcaſcolis, Mediolanensis, Professus Cartusæ Papiensis, Excellens Dominus Joannes Baptista Carafa, de Neapoli Comes tunc Agrottariæ, ac Dominus Castri-Veteris, necnon & Roccellæ, infirmatus est usque ad mortem, omnique Medicorum auxilio destitutus, cum ageret in extremis, nocte quadam per visum objectus est ipsi S. Bruno dicens: Joannes Baptista si restituere distuleris territorium per tuos injuste occupatum Domui meæ S. Stephani de Nemore, morieris, & non vives. At ille simili voce respondens ait: Quod territorium Pater? Territorium, intulit, quod vos de Nympho dicitis, concessum mihi, & successoribus meis a Comite Rogerio Normanno. Et his dictis evanuit. Statuit præfatus Comes intra se de hoc certius aliquid cognoscere, ac omnia reddere. Mirum dictu! Vix hoc apud animum suum constituerat, cum melius habere cœpit, & febris prorsus, omnique vitæ discrimine exemptus est. Dein accersitis Notario, & testibus, visionem retulit, ac territorium multis jam annis occupatum restituit, ac quamplurima alia beneficia a S. P. Brunone obtinuit, quæ latius in instrumento restitutionis continentur. Hoc confectum est Neapoli 18. Novembris (1519. corrig. 1529.) per Notarium Virgilium de Bulvito de Neapoli, inter V. P. D. Octavianum de Mantua Priorem tunc Domus S. Stephani, ac Visitatorem Provinciæ, & præfatum Comitem, qui (ut in eo scribitur) bonam fidem cognoscens, & attendens devotionem maximam, quam se gerere dixit erga Monasterium S. Stephani, & propter reverentiam quam habet S. Brunoni, cujus sanctæ Reliquiæ in Monasterio prædicto venerabiliter sunt repositæ, cujus merito, & intercessionibus continuo exitit adjutus, & præsertim in obtinenda a Domino prole, atque pro animæ suæ, & prædecessorum suorum salute: certioratus prius, & plene informatus de jurisdictione Monasterii &c. sponte, & bona, pura, & libera voluntate relaxavit prædictum territorium de Nympho, ac per se ipsum resignavit V. P. Priori &c. Cujus capta fuit corporalis possessio 29. Januarii an. 1530. a præfato Octaviano Priore præsentem cum aliis Monachis D. Stephano de Suriano Professo ejusdem Domus.

## XI.

Exemplum Provisionum, cum inserta forma aliarum  
 præcedentium ad instantiam Prioris, & Conventus  
 S. Stephani per Regiam Cameram Summarie  
 expeditarum. Ut Monasterium prædictum  
 manuteneatur in possessione seu  
 quasi fluminis Ancinalis, a qua  
 per Cæsarem Ferramofca  
 deturbabatur (1).

*Ad ann. 1527.*

Magnifice Vir fidelis Regiæ amiceque noster carissime salutem.

**R**ecordamove in li di passati per questa Regia Camera essereno state expedite lettere dirette ad Vuy Magnifico Lionardo Tomachello Mastro Portolano de Calabria del tenor seguente. Magnifice Vir fidelis Regiæ, amiceque noster carissime salutem. Per parti di li Venerabili Priore, & Monachi del Monastero di S. Stefano del Bosco Ordinis Cartusienfis ni è stato esposto, che tenendo, & possedendo dicto Monasterio pacifice & quietamenti da tanto tempo, che non è a memoria di huomo in contrario per virtù de soi Privilegi, & altri scripturi tra li altri beni del detto Monasterio uno fiume nominato *Ancinale* esistenti fra le Casali di Spatula, & lo Casali di la Serra, de lo quale antiquitus si soleva servire de una ferra, & de uno Molino per uso di dicto Monasterio. E stando in la possessione passata, li misi passati affittaro l'uso del dicto fiume al Magnifico Cesare Ferramofca, e per ipso al Magnifico Ioan Francisco Arozj suo factori, in tempo cha tenea la Ferrera di Spatula, seu de Castello Veteri per uso di dicta Ferrera per prezzo di ducati cento lo anno como dicino apparere per contratto. E che dicta Ferrera essendo pervenuta in poteri nostro per nomi, e parti di la dicta Regia Corte, non haviti voluto attendiri lo dicto affitto, ne continuari ad dicti seponenti lo pagamento de dicto extaglio del fiume predicto, del che sentendosi ipsi deponenti gravati, ne hanno facto fare instantia, providamo ad loro indempnità, che non siano levati da loro possessioni de dicto fiume, & de lo affitto prefato. Et visti per questa Regia Camera, & altri Scripturi producti per parti del dicto Monasterio, & le lettere vostre che haviti scripto ad questa Camera havimo provisto, & cussi per la presenti, & offitii Regia auctoritate qua fungimur ve dicimo, & comendamo, che debiati manotenere, & fare conservare lo dicto Monasterio in la dicta sua possessione del detto fiume, & uso de quello, e di lo affitto predetto si como era al tempo, che fu facto dicto affitto, & li ferriti responderi, & continuari lo staglio predicto, e la forma de lo contracto seu istrumento ne so facto, & contra dicta sua possessione non li innovariti, nè fariti innovari cosa alcuna. Et non feriti il contrario per quanto haviti cara la gratia de la Cesarea Majeità. La presenti poi per vui lecta restitueriti ad dicto Monasterio. Datum Neapoli in eadem Regia Camera Summarie XII. Aprilis MDXXVII. Hierolimus de Francisco Locumtenens. Vincentius Cioffus Magister actorum. Al presenti per parti de li dicti Priori, & Frati del dicto Monasterio de S. Stefano ni si fa intenderi come tenendo ipsi exponenti per virtù di loro Privilegii, & de dicti preinserti letteri ad vui presentati la possessioni del fiume predetto, & uso de quello,

(1) Extat in Chartulario Domus Sanctorum Calabriae. Stephani, & Brunonis de Nemore in Ulteriori

lo, li huomini, & facturi del predetto Cesare Ferronusca intendeno intromester-  
 se, & donare impatio ad ipsi exponenti in la dicta loro possessione in pregiuditio  
 dilloro Privilegii, & de dicti preinserte lettere. Perlocchè ne hanno supplicato d'  
 opportuna provisione, sopra la conservatione, & manutentione de la dicta loro  
 possessione. Et visti per questa Camera li Privilegii del dicto Monastero del fiume  
 predetto, & recanusciuti li dicte preinserte lettere, & anche inteso in plena  
 banca lo Magnifico Advocato del prefato Magnifico Cesare, è stato provisto, sì  
 comq. per la presenti se providi, & ve dicemo, & officii Regia auctoritate qua  
 fungimur ordinamo, & comandamo, che debiati manoteneri, & conservari lo di-  
 cto Monasterio in possessioni del fiume predicto, & uso de quello, & in pregiu-  
 ditio de ipsa non li innovariti, nè permicteriti li sia innovato cosa alcuna secondo  
 lo tenore de li dicti preinserti lettere. Comandamo per la presente a li Magnifi-  
 ci Governatori, & Auditori de queste Provincia de Calabria, & altri qualsivoglia  
 Officiali tanto Regii, como de Baroni presenti, & successive futuri ad chi la pre-  
 sente specta, & ferrà presentata sotto pena di doc. mille applicandi ad Regio Fi-  
 sco in caso contraventionis, che dibiano eseguire, & osservari ad unquem quan-  
 to de supra se contene. Et in quello modo aliquo contravenire, & ad eo Magn.  
 Anibati Carazolo asserto Commissario supra la reintegratione de la Ferrera pre-  
 dicta, che non se debbia intromesteri in modo alcuno a li casi predicti, nè ad  
 alcuno acto procederi, acteso la cognitione de quelle specta solo ad questa Regia  
 Camera, & cussi esegueriti, & eseguiranno, & non altrimenti per haveri cussi  
 questa Regia Camera, de justitia provisto per quanto haviti, & hanno cara la  
 gratia de la Cesaria Majestà, & dicta pena desiderati, & desideranno evitari. La  
 presenti retendovi copia autentica adpresso de Vuy la restituariti presentanti pro-  
 cautela: Datum Neapoli in eadem Regia Camera Summariz die V. Decembris  
 MDXXVII. Post datum. Pretendendo lo prefato Magnifico Cesare ragioni alcuna  
 in lo uto del fiume predicto compara in questa Regia Camera, che se le sommi-  
 nistrarà justitia &c. Datum, ut supra. Hyerolimus de Francisco Locumtenens.  
 Joannes Baptista Coronatus Magister Actorum. A tergo.

Magnifico Viro Leonardo Tumacello Regio Secreto, & Magistro Portulano  
 Provinciarum Calabriae Fideli Regio amico nostro carissimo Regni Siciliae Magn.  
 Carolus &c.

Die V. mensis Decembris 1529. praesens copia supradictarum litterarum ex-  
 peditarum per dictam Regiam Cameram ad instantiam Prioris S. Stephani del Bo-  
 sco. extracta est per me Joan. Franciscum Raparium dictae Regiae Camerae Offi-  
 cialem ab originalibus litteris, cum quibus facta collatione concordat, meliori  
 semper salva, & in fidem. Magn. Joannes Baptista Coronatus Actorum Magister  
 dictae Camerae se subscripsit, & sigillum ipsius Camerae apponi solitum, & consue-  
 tum apposuit.

Joannes Baptista Coronatus Magister Actorum.

Instru.

## XII.

Instrumentum (1) Restitutionis cujusdam Partis Territorii (2) Nymphi, ann. 1529. factæ ab Illustri Comite Castriveteris D. Joanne Baptista Caraffa, Monasterio S. Stephani de Nemore ; ad quod pertinuisse constitit per concessionem Comitis Rogerii a PP. Visitatoribus illi exhibitam .

*Ad ann. 1529.*

**I**N nomine Domini nostri Jesu Christi Amen. Anno a Nativitate ipsius millesimo quingentesimo vigesimo nono: Regnantibus Catholicis, & Serenissimis Dominis nostris Dominis D. Joanna de Aragonia, & D. Carolo de Austria, ejus filio Romanorum Imperatore semper Augusto; Dei gratia Regibus Castellæ, Aragonum, utriusque Siciliæ Hierusalem &c. Hujus vero Regni Siciliæ citra Farum, anno quartodecimo feliciter. Amen. Die vero decimo octavo mensis Novembris III. Indictionis Neap. Nos Angelus Marcianus de Neap. ad contractus judex: Virgilius Debulbito de eadem Civit. Neapolis publicus ubilibet per totum præd. Regnum Siciliæ citra farum Reg. auctoritate Notarius & testes subscripti, ad hoc specialiter vocati, & rogati: præsentis scripto publico declaramus, notum facimus, & testamur, quod prædicta die in nostri præsentia personaliter constitutis Excl. Domino Joanne Baptista Carraffa de Neapoli Comite Grotteriarum, & utili Domino Castriveteris, & Roccellæ &c. agente ad infra-scripta omnia, & eorum singula coram nobis, pro se, & suis hæredibus, & successoribus, universalibus & particularibus ex parte una; & RR. PP., D. Octaviano Priore Venerabilis Monasterii, & Ecclesiæ S. Stephani Protomartyris del Bosco; & D. Joanne Baptista de Neapoli Priore Venerabilis Monasterii S. Martini Ordinis PP, & Monachorum Cartusien-sium, ac Visitatoribus dicti Ordinis in hoc Regno Neapolis: agentibus ad infra-scripta omnia, & eorum singula, una cum me Notario publico tanquam persona publica, & potestate mei officii, nomine, & pro parte dicti Monasterii, & Ecclesiæ S. Stephani, & pro ipso Monasterio, & Ecclesia, & ejus successoribus, ex parte altera. Præfatus vero Excell. Dominus Comes, asseruit coram nobis, & dictis RR. PP. Prioribus, ac me præfato Notario quo supra nomine ibidem præsentibus, audientibus, & intelligentibus, quod cum retroactis temporibus dictum Monasterium, & Ecclesia S. Stephani tenuisset, & possedisset, & in præsentiarum teneat, & possideat infra-scriptum Territorium infra-scriptis finibus designatum situm, & positum in Provincia Calabriæ: juxta a parte Orientis Castellum, qui locus est in catumine Montis de Stilo, inde vadit per terram ejus montis, ad Malareposta scilicet ad superiorem, collem montis; Et inde per magnam cavam, quæ versa est ad Occidentem usque ad pedem montis descendit, in qua aqua decurrit; & inde transit duos riuuletos, & vallonem; indirecte, usque ad jugum montis, quod est apud occidentem, sicut prædicta cava respicit; & inde per jugum ejusdem montis, utque Brondismenon; & inde transit vallonem recte ad viam, quæ venit de Arena, & vadit ad locum, qui vocatur Sancta Crux; & inde indirecto usque, & supra cacumen

(1) Asservatur Originaliter in Archivo ejusdem Monasterii S. Stephani, de Nemore, e quo ex-scripsimus.

(2) Occupatum primo fuerat, & restitutum ab Antonio Centiglia Corronis Marchione, ac

utili Domino Castriveteris an. 1495. ut in Append. ejusd. anni. Accedunt denuo a Dcm Fabricio Carafa, Dcm Hieronymi Filio, ac supra. Dom. Joa: Baptistæ Nepote an. 1586.

cumen montis embacat; & inde descendit per cavam, sicut aqua decurrit per spatulam, usque ad flumen Enchinar, & inde ascendit ad illud flumen, usque ad aliud flumen, quod vocatur Albat; & inde ascendit illud flumen, usque ad magnam cavam, quam græci vocant Vachirachi; & sic ascendit per eandem cavam usque ad Castellum prædictum. Et quia superioribus annis quædam pars prædicti Territorii nominata Nymfo, & Yoyo, cum ejus nemoribus, & montibus adjacentibus certo modo pervenit in posse Excellentissimi quondam Domini Joannis Baptistæ Comitis, & nunc reperitur in posse ipsius Domini Comitis. Et cum fiat instantia per Reverendum Priorem dicti Monasterii S. Stephani, & Monachos ipsius Monasterii apud dictum Dominum Comitem, instareturque pro parte dicti Monasterii, pro illius recuperatione; Idcirco ipse Dominus Comes, agnoscens bonam fidem, & attendens devotionem maximam, quam se gerere dixit erga dictum Monasterium Sancti Stephani, ac propter reverentiam, quam habet B. Brunoni, cujus Sanctæ Reliquiæ in Monasterio prædicto venerabiliter sunt repositæ, cujus meritis, & intercessionibus continuo extitit adjutus, & præsertim in obtinenda a Domino prole; atque pro suæ animæ & prædecessorum suorum salute; certioratus prius, & ante omnia, & plenarie informatus de jure dicti Monasterii, & de suis privilegiis, & cautelis, & contentis in eis; cujus quidem Privilegii tenor in omnibus, & per omnia inferius describetur: Sponte, ac non vi, dolo, vel metu coactus, commotus suasionibus; inductus, vel aliter quomodolibet circumventus, sed ejus bona, pura, mera, libera, gratuita, & spontanea voluntate, suoque proprio motu, ac ex certa scientia, dictam partem dicti Territorii, quod dicitur Nimfo, & Yoyo de dicto Territorio dicti Monasterii, cum ejus nemoribus, & montibus adjacentibus, ac juribus, rationibus, & pertinentiis suis omnibus; ex nunc libere relaxavit Monasterio prædicto S. Stephani; ac per susem resignavit eidem RR. Patribus Prioribus, & mihi præfato Notario, quo supra nomine ibidem præsentibus, recipientibus, & stipulantibus pro eodem Monasterio S. Stephani, & successoribus in eo. Ita quidem, quod a præfata die in antea ac in perpetuum prædictum Territorium, præmissis loco, & finibus designatum, ut supra, relaxatum, & resignatum, & causa relaxationis, & resignationis prædictarum, & causis prædictis, & vigore prædicti Privilegii, sit in dominio, proprietate, actione, possessione, & potestate dicti Monasterii, & Ecclesiæ S. Stephani, & successorum in eo, ut in dicto Privilegio continetur. Ad habendum ex nunc in antea, & in perpetuum per dictum Monasterium & Ecclesiam S. Stephani, & ejus successores dictum Territorium, ut supra relaxatum, & resignatum, cum juribus, rationibus, & pertinentiis suis omnibus superscriptis. Necnon ex dictæ relaxationis, & resignationis causa, tenendum, possidendum, locandum, dislocandum, dominandum, utifruendum, fructus, redditus, & introitus ex eo percipiendum; vendendum, alienandum, permutandum, in solutum dandum, & de eo faciendum, & disponendum omno totum, & quidquid eidem Monasterio, & Ecclesiæ S. Stephani, & successoribus placuerit, ac melius visum fuerit pro suæ voluntatis arbitrio, tanquam de re sua propria. Ponens exinde, & inducens ipse Dominus Comes coram nobis eisdem M. Prioribus, ac me præfatum Notarium quo supra nomine, ibidem præsentibus, recipientibus, & stipulantibus ut supra, in locum, vicem, dominium, & privilegium suum; & constituens eos, quo supra nomine procuratores, & Dominos, velut in rem propriam dicti Monasterii, & Ecclesiæ. Et amplius præfatus Excellentissimus Dominus Comes sponte coram nobis constituit se, ejusque hæredes, & successores prædictum Territorium ex nunc in antea per simplex constitutum, tenere, & possidere, donec, & quousque præfati Prioribus, quo supra nomine, per seipsos quo supra nomine, vel alium, seu alios eorum nomine eorporalem possessionem, & tenutam dicti Territorii ceperint, ut expedit, & fuerint realiter assecuti, quam accipiendi, capiendi, ingrediendi, retinendi deinceps, & in illius possessionem, & tenutam realiter intrandi, & alia de eo faciendi, & disponendi, prout superius particulariter continetur, & est expressum: auctoritate propria, absque jussu, vel licentia Judicis, Magistratus, seu Prætoris, & sine Decreto Curiæ, vel mandato; manu etiam armata, & militari si expedierit, solum præfati Instrumenti vigore: ex nunc præfatus Excellentissimus Dominus Comes coram nobis, eidem Monasterio & Ecclesiæ S. Stephani, & successoribus in eo, plenam dedit potestatem, & facultatem. Nolens, & mandans expresse præfatus Dominus Comes coram nobis per dictum constitutum, & investituram per susem, vim, robur, locum, & effectum habeant, & obtineant, veræ, realis, & corporalis, traditionis, & assignationis, possessionis tam civilis, quam criminalis dicti Territorii,

torii, ut supra relaxati, & resignati; & quod valeat absque alia investitura, & corporali apprehensione, quacunque lege, jure, usu, constitutione, & consuetudine qualibet non obstante; quoniam præfatus Dominus Comes nullum jus super dicto Territorio, ut supra relaxato, & resignato, sibi, hæredibus, & successoribus suis, aut alteri cuicumque Personæ competere recognovit, aut quomodolibet retinuit, nec reservavit. Et promisit, & convenit præfatus quidem Excellentissimus Dominus Comes sponte coram nobis, solemnī stipulatione legitime interveniente, eisdem RR. PP. Prioribus, & mihi præfato Notario, quo supra nomine, ibidem præsentibus, recipientibus, & stipulantibus ut supra, relaxationem, & resignationem prædictas modo præmissis factas, ac omnia prædicta, subscripta, alia, & eorum singula, semper & omni futuro tempore, ratas, gratas, & firmas, ac rata, grata, & firma habere, & tenere, eaque attendere, adimplere, ac efficaciter, & inviolabiliter observare, & contra ea, vel ipsorum aliquid non facere, dicere, opponere, allegare; vel venire, divertere, vel pervertere, interrompere vel violare, aut aliter in contrarium prætere; vel impedire per se vel alium, seu alios ejus nomine, de jure, vel de facto, directe, vel indirecte, palam, publice, vel occulte, agendo, vel excipiendo, in judicio, nec extra judicium. Nec non dictum Territorium ut supra relaxatum, & resignatum, & possessionem ipsius in judicio, & extra, eidem Monasterio S. Stephani, & successoribus suis, defendere, antestare, autorizare, disbrigare, & excalumniare, ac de evictione teneri; a se ipso Excellentissimo Domino Comite, & prædecessoribus suis, & a quolibet ipsorum & habentibus causam ab eis, & quolibet ipsorum tantum: & non aliter, nec alio modo: omnemque litem causam, molestiam, quæstionem, vel controversiam, quæ eidem Monasterio S. Stephani, & successoribus suis, moveretur, vel fieret per aliquos homines, & personas, jus, titulum, sive causam, aut actionem habentes, seu habere prætendentes, & allegantes, ut supra, teneantur, & debeant dictus Dominus Comes, & ejus hæredes, et successores in seipsum assumere, et subire, ac prosequi, eorum, et cujuslibet ipsorum propriis sumptibus, laboribus, et expensis; tam in causa principali, quam appellationis, et tam ante, quam post litis contestationem, et in quacunque parte judicii a principio usque ad finem, in foro, & judicio quocumque, . . . , et coram quocumque iudice ordinario, vel extraordinario, Delegato, vel subdelegato, Ecclesiastico, vel seculari: Ipsumque Monasterium S. Stephani, et ejus successores in causa præmissa victores, et potiores facere, et indemnes, et illæsos, et penitus absque damno extrahere, et servare, ad omnem ipsius Monasterii, vel ejus successorum requisitionem, et voluntatem, simplicem, vel solemnem; quia sic inter easdem partes, quo supra nomine coram nobis actum extitit et conventum expresse per pactum, et stipulationem solemnem. Pro quibus omnibus, et eorum singulis observandis, firmiter adimplendis, ac efficaciter, et inviolabiliter attendendis, et in nullo contraveniendo, dicendo, opponendo, seu allegando per dictum Dominum Comitem, et ejus hæredes, et successores præfatus quidem Dominus Comes, coram nobis, sponte, legitime, et expresse obligavit seipsum, ejusque hæredes, et successores, et bona eorum, et cujuslibet ipsorum omnia, mobilia, et stabilia, burgensatica, et feudalia, seseque moventia, licita, et illicita, ubicumque sita, et posita, et in quibuscumque consistentia, præsentia, et futura; jura, actiones, successiones, merces, mercantias, mercimonia, debita, recolligentias, legata, debitorum quoque, et nomina debitorum, et alia cujuscumque vocabuli appellatione distincta; & illa etiam, quæ sine speciali pacto obligari non possunt, usque ad legem, et præter legem. Reservato Regio beneplacito, et assensu, quatenus bona feudalia obligantur, eisdem RR. PP. Prioribus, & mihi præfato Notario quo supra nomine, ibidem præsentibus, recipientibus, & stipulantibus, ut supra, sub pœna, & ad pœnam ducatorum decemmillium, pro reali observatione omnium, & singulorum prædictorum, medietate videlicet ipsius pœnæ, si eam committi contigerit, Regiæ Curiæ applicanda, aut alteri cuicumque Curiæ, Ecclesiæ, vel Seculari, ubi fuerit exinde facta reclamatio, seu querela; & reliqua ejusdem pœnæ medietate dicto Monasterio S. Stephani, et successoribus in eo integre persolvenda, me præfato Notario publico tanquam persona publica pro parte dictæ Curiæ, et dictis Prioribus, ac me præfato Notario pro dicto Monasterio, et ejus hæredibus, successoribus ab eodem Domino Comite, et ejus hæredibus, successoribus ibidem præsentibus pœnam stipulantibus antedictam. Acto etiam inter easdem partes, quibus supra nominibus coram nobis, & expresse convento, quod pœna

na ipsa, totiens committatur, petatur, & exigatur cum effectu a dicto Domino Comite, et ejus hæredibus, & successoribus, quotiens fuerit exinde quomodolibet contraventum; dictaque pœna commissa, vel non commissa, exacta, vel non exacta, aut gratiose remissa, præsens nihilominus instrumentum, cum omnibus, quæ in se continet, in suo semper robore, & efficacia perseveret, rato manente pacto, cum refectione, & integra restitutione omnium & singulorum damnorum, interesse, & expensarum litis, & extra litem, quæ fierent propterea quoquò modo. De quibus damnis, interesse, & expensis stari, & credi debeat assertioni cum juramento, tantum dictorum Priorum, quo supra nomine, & eorum successoribus in Monasterio S. Stephani prædicti, nulla alia probatione quæsitâ. Ita quod reduci non possit ad arbitrium boni viri, nec quomodolibet appellari, vel aliter exinde reclamari, aut quomodolibet supplicari præter in casu contraventionis præmissorum, vel alicujus ex eis, aut ubi evictio forte fiet Territorii prædicti ut supra relaxati, & resignati, ac pro medietate pœnæ prædictæ, damnis, expensis, & interesse, aut pro integra satisfactione, omnium, & singulorum supradictorum, libere liceat, & licitum sit eisdem PP. Prioribus quo supra nomine, & eorum successoribus in Monasterio prædicto S. Stephani per seipsos, quo supra nomine, vel alium, seu alios eorum nomine, auctoritate propria, absque jussu, vel licentia Judicis, Magistratus seu Prætoris, & sine decreto Curia, vel mandato; manu etiam armata, & militari si expedierit, solum præsentis Instrumenti vigore, capere, & apprehendere tantum de bonis quibuscumque dicti Domini Comitis, & ejus hæredum, & successorum, mobilibus, & stabilibus, burgenfaticis, & feudalibus, sese moventibus, licitis, & illicitis, præsentibus, & futuris; juribus, actionibus, mercibus, mercantiis, mercimoniis, debitis, debitoribus, & debitorum nominibus, & aliis superius obligatis ubicumque sitis, & positis, & in quibuscumque consistentibus, prout elegerit; & in eis, realiter manus injectionem habere, & incontinenti si voluerint vendere, alienare, vel in solutum, & pro soluto, aut loco pignoris sibi tenere, vel alteri dare, prout maluerit, liquidato negotio, sive non, quod satisfiat sibi integre de præmissis, nulla denunciatione, citatione, seu requisitione præmissa, nulloque intervallo temporis expectato, nec aliqua juris, vel facti solemnitate, servataque in talibus de jure requiritur. Non obstante, quod bona ipsa per alienas manus forsitan ambulaverint, & ad primum, secundum, tertium, & deinceps ad quemcumque alium possessorem ulteriorem pervenerint. Et interim præfatus Excellentissimus Dominus Comes, coram nobis constituit se, ejusque hæredes, & successores, omnia dicta bona mobilia, & stabilia, burgenfatica, & feudalialia, præsentia, et futura, et alia supradicta, per eum, ut supra, generaliter obligata, ex nunc in antea precario nomine, et pro parte dicti Monasterii S. Stephani, et ejus successorum, tenere, ac possidere. Quodque libere licet, et licitum sit eisdem Patribus Prioribus, quo supra nomine, et eorum successoribus in Monasterio prædicto per seipsos, quo supra nomine dictum precarium quocumque de cætero voluerint, auctoritate propria, et sine solemnitate qualibet revocare, et ad se advocare, lege, jure, usu, constitutione, et consuetudine qualibet non obstante. Et renunciavit præfatus quidem Excellentissimus Dominus Comes coram nobis ex certa ejus scientia expresse super præmissis, & quolibet præmissorum, eisdem Reverendis Prioribus præsentibus, & mihi præfato Notario nomine quo supra, ibidem præsentibus recipientibus, & stipulantibus; ut supra; Exceptioni, & actioni doli mali, vis, metus, & infactioni presentis non sic celebrati contractus, & rei prædicto, & subscripto modo non gestæ, seu aliter habitæ, quam ut superius, & inferius particulariter continetur, & est expressum; Exceptioni dictarum relaxationis, retrocessionis, promissionis, & obligationis non factarum, non habitarum, et non executarum; ac non factarum, non habitarum, & non exequutarum, realiter, & mudo præmissis; Exceptioni . . . . dilatoriæ, moratoriæ præscriptioni, privilegio fori scripto, & non scripto, competenti, & competituro, impetrato, & impetrando; beneficio restitutionis in integrum, conditioni indebiti ob causam, & sine causa, nulla turpi, & ex injusta causa; legi dicenti probationis modum non esse angustandum, & bona capta incontinenti vendi non posse, sed certum tempus expectari debere, ad illa vendenda; legi prohibenti pœnas in contractibus in fraudem usurarum apponi, committi, exigi, et exposci . . . . quibusvis-litteris, privilegiis, cedulis, rescriptis, moratoriis, dilatoriis, superfessoriiis, guidaticis, salvisconductibus, aut de bonis insolutum dandis, et cessionis eorum in contrarium impetratis, et impetrandis, aut proprio motu, cujuscumque Principis, aut alterius Domini concessis, vel concedendis, editis, vel edendis, sub quocumque verbo, serie, quantum.

tumvis favorabilibus, etiam si de præsentibus expressam facerent mentionem; quas, et quæ dictus Excellentissimus Dominus Comes, promisit non impetrare, nec obtinere, ipsisque obtentis, et impetratis non uti, nec uti facere in iudicio, neque extra; quibuscumque usibus, consuetudinibus, constitutionibus, ritibus, moribus, pragmaticis, observantiis, et Capitulis Regni hujus præmissis, vel ipsorum alicui in contrarium adversantibus quoquo modo, ac omnibus aliis juribus, legibus, exceptionibus, quæstionibus, compensationibus, allegationibus, et defensionibus juris, et facti, quibus, et propter quæ dictus Dominus Comes, vel ejus hæredes, et successores, contra præmissa, vel ipsorum aliquod venire possent quoquo modo; vel ob ipsorum observantiam se defendere vel tueri, de jure, vel de facto in iudicio, vel extra; juriq; dicenti, generalem renunciationem non valere, et juri, per quod cavetur, quod prædicto juri renunciari non possit. Certioratus prius ipse Dominus Comes, ut dixit, per Jurisperitum de juribus ipsis, ac effectibus, et beneficiis eorundem, ac de effectibus renunciationum prædictarum, antequam renunciaret eisdem: Et juravit præfatus quidem Excellentissimus Dominus Comes coram nobis ad Sancta Dei Evangelia per eum corporaliter tacta eisdem Reverendis PP. Prioribus, et mihi præfato Notario, quo supra nomine, ibidem præsentibus, recipientibus, et stipulantibus ut supra, prædicta omnia, et eorum singula vera esse; eaque attendere, ac adimplere, ac efficaciter, et inviolabiliter observare. Volens, et statuens, ac se astringens expresse præfatus Dominus Comes coram nobis, quod pœna ipsa perjurii, per prædictam pœnam pecuniariam; et e converso, una per aliam non tollatur, impediatur, seu suspendatur alterius petitio, sed de utraque agi, et accusatio fieri possit simul, vel separatim, in uno iudicio, vel diversis, in foro, et iudicio quocumque, & coram quocumque iudice ordinario, vel extraordinario, Delegato, vel subdelegato; quibusvis prærogativis, privilegiis, gratiis, et exemptionibus non obstantibus quoquo modo, Tenor vero dicti Privilegii de verbo ad verbum per omnia sequitur, et taliter:

In nomine Sanctæ, et individue Trinitatis, Rogerius divina favente Clementia Comes Calabriae, ac Siciliae. Notum sit omnibus Christi, nostrique fidelibus tam futuris, quam præsentibus, quoniam miseratio divina Sanctæ Religionis viros Brunonem videlicet, ac Lanuinum cum sociis suis ad nos usque transmisit, sancto suo proposito aptum solitudinis locum quærentes. Quorum nos desiderio congaudentes, meritisque talium, ac precibus apud Dominum adjuvari confidentes, multis eos exhortati sumus precibus, ut in terra nostra locum sibi habitabilem eligerent, in quo ad serviendum Deo, qualia vellent, habitacula præpararent. Elegerunt itaque quemdam solitudinis locum, situm inter locum, qui dicitur Arena, & oppidum, quod appellatur Stilum. Hunc ergo locum, & omnia undique in circuitu adjacentia, in spatium unius leugæ, Deo, & B. Mariæ, ac ipsis, eorumque successoribus in proprietatem, sicut nostra fuerunt, sub omni immunitate, atque libertate donavimus cum omnibus rebus infra sitis, terris, sylvis, aquis, pascuis, ac cæteris omnibus, cultis, vel incultis, mobilibus, vel immobilibus. Rogavimus insuper Venerabilem virum Militensem Episcopum Gofridum super hac donatione nostræ confirmationis chartam eum scribere, quam etiam sigillavimus, Sed cum postea gratia commendandi nos ipsorum orationibus supradictos visitassemus Fratres, eorumque societatem gratias Deo suscepissemus, prædictæ spatium leugæ, his in circuitu terminis distinctæ per nosmetipsos designavimus, ac terminorum nomina in memoriam futuris conscribere iussimus, „ De parte Orientis Castellum, qui locus est in cacumine montis de Stilo: inde vadit per ferram ejusdem montis, usque ad Malarepotta, scilicet ad superiorem collem montis; & inde per magnam cavam, quæ versa est ad occidentem, usque ad pedem montis descendit, in qua aqua decurrit: & inde transit duos ruseletos, ac vallonem in directo, usque ad jugum montis, quod est apud occidentem; sicut prædicta cava respicit; & inde per jugum ejusdem montis, usque Brondismonon: Et inde transit vallonem recte ad viam, quæ venit de Arena, & vadit ad locum, qui vocatur Sancta Crux; Et inde in directo usque super cacumen Embacat: Et inde descendit per cavam, sicut aqua decurrit per spatulam, usque ad flumen Enchinar: Et inde ascendit illud flumen usque ad aliud flumen, quod vocatur Alba: Et inde ascendit eundem flumen usque ad magnam cavam, quam Græci vocant Bacchinache: Et sic ascendit per eandem cavam usque ab castellum, unde incepimus, Hanc autem Donationem nostram tam Dominus noster Apostolicus, quam Squillacinus Episcopus Theodorus, in cujus Episcopatu ipse locus scriptus est, laudaverunt, privilegiis confirmaverunt, atque



atque terribili anathemate munierunt. Qua propter præcipiendo rogamus, rogandoque præcipimus ex parte Dei omnipotentis, & Beatæ Mariæ, quibus ipsum concessimus locum, & nostra, ut nullus aliquando cujuscumque dignitatis sit, vel potestatis, noster, aut extraneus in toto prædicto spatio quidquam magnum, vel parvum sibi vendicet, nec nos ipsi: Nullus aliqua unquam occasione, vel causa fratribus ibidem Deo servituris injuriam, ac molestiam irroget, vel ullam inquietudinem faciat, & illi, neque homines eorum angariam, aut servitium omnino faciant: nulli; nec nobis ipsis aliquam ibi culturam facere, ullum animal pascere, ligna incidere, venari, vel piscari, aut quicquam omnino sine fratrum licentia liceat; sed in eorum potestate sint, quæcumque intra prædictum continentur spatium, juxta voluntatem suam possidere, disponere, ordinare, & erogare tanquam Dei possessionem, & suam immunem, atque liberam. Quod si quis aliquando hanc nostram constitutionem in aliquo violare præsumserit; fratribus ibidem digne degentibus satisfaciat; quod si contempserit, Principi Terræ qui fuerit, centum libras auri persolvat. Ut ergo constitutio hæc inviolabiliter, & omnino firma permaneat, concedente uxore nostra Adelays Comitissa, & filio nostro Goffrido in præsentia bonorum hominum, donationem istam fecimus, & sigillo proprio signavimus. Insuper donavi Mule cum filiis suis ad custodiendam Sylvam. Data in Præsentis Squillacii, ubi tunc collecto morabamur Exercitu, Anno ad Incarnatione Domini millesimo nonagesimo tertio, Indictione I. Nonis Maij. ✱ Rogerius Comes. ✱ Adelays Comitissa. ✱ Goffredus filius Comitissæ Rogerii. ✱ Guillelmus de Altavilla. ✱ Guillelmus Chulchrebet. ✱ Rogerius Culchrebet Bastardus, ✱ Josbertus de Luciaco. ✱ Rogerius Presbyter de Stilo. -- unde ad futuram rei memoriam & ad ipsius Monasterii, & Ecclesiæ S. Stephani, & ejus successorum certitudinem, & cautelam, ac plenam fidem factum est exinde hoc præfens publicum instrumentum factum per manus mei Notarii superscripti, signo meo solito signatum; subscriptum subscriptione mei qui supra judicis, & nostrum, & subscriptorum testium subscriptionibus roboratum; quod scripsi ego præfatus Virgilius publicus ut supra Notarius, qui præmissis omnibus rogatus interfui, ipsumque meo solito, & consueto signo signavi &c. Locus signi ✱.

Præsentibus -- Judice Angelo Martiano de Neapoli ad Contractus -- Magnifico Domino Joanne Francisco Toraldo de Neapoli. -- Magnifico U. J. D. Domino Galeacio Santo Severino de Neap. -- Magnifico Angelo Ungaro de Neapoli -- Magnifico Joanne Jacobo Antonio Cale Secretario dicti Domini Comitissæ -- Domino Orlando Ripalda Hispano -- Domino Francesco Mozzi -- Domino Benedicto Perez Hispano -- Melacluffio de Balsamone de Terra Arenæ -- Federico Samocio de Neapoli -- Gioellerio, & Jannuzzio Degutiis de Campo claro -- Domino Joanne Gaspare de Toraldo de Neapoli -- Domino Joanne Alfonso de Toraldo de Neapoli.

Ego Angelus Martianus de Neapoli, qui supra ad contractus judex subscripsi.  
 Ego Galeatius Sanseverinus de Neapoli U. J. D. testor manu propria.  
 Ego Joannes Franciscus de Toraldo interfui, testor.  
 Ego Joannes Caspar de Toraldo interfui, testor.  
 Ego Joannes Alfontius de Toraldo interfui testor.  
 Ego Joannes Franciscus Mozzi fui presente allo superscripto Istrumento.  
 Ego Jacobus Antonius Caleæ testis interfui, testor.  
 Ego Melacluffius de Balsamo de Terra Arenarum præmissis interfui pro teste.  
 Ego Ferdinandus de Toraldo testor.  
 Ego Jannutius de Gutiis de Campo Claro testor.

## XIII.

Instrumentum captæ Possessionis Territoriorum Nymphi, Yó-jó cum adjacentibus Montibus, Nemoribus, aquis, & Pascuis, juxta novam resignationem, & donationem Excellentissimi Domini Joannis Baptistæ Caraffæ Agropterix Comitis, & Domini Castriveteris (1).

*Ad ann. 1530.*

**I**N nomine Domini nostri Jesu Christi . Amen. Anno a Nativitate ipsius MDXXX. die vero XXIX. mensis Januarii anni præsentis, III. Indictionis. In loco dicto Yiyo, & in loco dicto Nympho, juxta territorium Terræ Castriveteris, mediante via publica, qua itur ad prædium, cui dominatur Excellentissimus Dominus Joannes Baptista Caraffa, Comes Terræ Grocterix a parte Occidentis; A parte Orientis juxta Castellum, qui locus est in cacumine Montis de Stilo, & per ferratam cujus Moris usque ad Malareposta stat ad superiorem collem Montis, & inde per magnam cavam, quæ versa est ad Occidentem, & juxta alios fines, contentos, & descriptos in quodam instrumento resignationis, & donationis factæ per præfatum Excellentissimum Dominum Comitem Monasterio S. Stephani de Bosco, & Monachos dicti Monasterii, & successoribus dicti Monasterii . Regnantibus serenissimis, & invictissimis Dominis nostris, Domina Joanna de Aragonia Regina, & Domino Carolo Imperatore, Dei gratia Aragonum, Hispaniarum utriusque Siciliæ, Hierusalem &c. hujus vero Regni Siciliæ citra farum anno sexto decimo feliciter . Amen! Nos Petrus Nicolaus Donadeus de Casali ferræ districtus præfati Monasterii S. Stephani del Bosco annalis Judex ipsius Casalis, in præsentis anno tertie Indictionis . Petrus Licastrus Surianensis publicus ubilibet per totum præfatum Regnum Siciliæ citra Farum Regia auctoritate Notarius, & Testes subscripti ad hoc vocati specialiter, & rogati, præsentis scripto publico declaramus, notum facimus, & testamur, quod eodem prætitulato die ejusdem, ibidem, coram nobis Judice, Notario, & subscriptis Testibus in nostri præsentia personaliter constituti R. P. Dominus Octavianus de Mantua Prior præfati Monasterii, Venerabiles D. Bernardus Genuensis, D. Joannes Baptista de Maria Sacrista, D. Stephanus de Suriano Monachi dicti Monasterii: Frater Andreas de Tricate, Frater Joannes de l' Auria, Frater Bruno de Francica, Frater Augustinus Pedemontanus, Frater Antonius de Avigliano, Frater Benedictus de Briatico, Frater Donatus de Seminaria, Frater Angelus de Camini Conversi præfati Monasterii, ac D. Lucas Mineas de Suriano Procurator, & Advocatus præfati Monasterii, tam nomine ipsorum, quam nomine, & pro parte aliorum Monachorum existentium in dicto Monasterio, & aliorum Procuratorum præsentium, & futurorum, ac pro ipso Monasterio, & Ecclesia prædicti Monasterii S. Stephani de lo Bosco. Ipsi quidem præfatus R. Prior, Venerabiles Monachi, & Conversi, præfatusque Procurator publice, palam, & bona fide, quiete, libere, & exempte, nemine contradicente, neque in aliquo perturbante, vigore cujusdam publici instrumenti, scripti manu Notarii Virgillii de Bublito publici Notarii de Neapoli, sub anno Domini nostri Jesu Christi MDXXIX. die vero XVIII. mensis Novembris III. Indictionis Neapoli, resignationis, & donationis factæ per præfatum Excellentissimum Dominum Joannem Baptistam Caraffam Comitem Terræ Grocterix, et utilem Dominum Terræ Castriveteris

(1) Ex prop. Originali in pergamena, in Archivio laudatæ Domus Sanctorum Stephani, & Brunonis de Nemore asservatur.

striveteris ipsi Rever. Domino Priori dicti Sacri Monasterii, atque Visitatori Generali Monasteriorum Sacræ Cartusæ, ut dixit, necnon R. D. Joanni Baptistæ Priori S. Martini supra Neapolim, et Visitatori ut dixerunt, et præfato Monasterio S. Stephani, et Ecclesiæ, et aliis Venerabilibus Patribus Monachis Cartusiensibus existentibus in dicto Monasterio, et Successoribus dicti Monasterii successive futuris, prout ex serie dicti instrumenti latissime demonstratur, et apparet. Quod instrumentum publicum in forma probante dictæ resignationis, et donationis, cum subscriptione Angeli Martiani Judicis ad contractus, & quamplurium Magnificorum Virorum testium subscriptorum vidimus in Carta pergamenæ; Et in loco prænominato Yó jó in præsentia subscriptorum legimus, & diligenter inspeximus non abolitum, non abrasum, nec aliquali modo cancellatum, sed omni prorsus vitio, et suspicione carens, personaliter corporalem possessionem dicti Territorii Yó jó, et deinde Territorii Nimfi ceperunt, et tenutam, non divertendo tamen ad alios extraneos actus, sed continuando eorum possessionem, et tenutam de uno loco in alium nunc ambulando, quandoque stando, quandoque morando, ramos arborum in dictis locis arborum existentium manibus propriis capiendo, et frangendo, cruces in arboribus faciendo, in limitibus existentibus, glebas terræ manibus capiendo, et deinde projiciendo, herbas extirpando, stando, ambulando, aquas fluminum manibus capiendo, publice, palam, et bona fide, et nemine contradicente, prohibente, neque perturbante ut supra dictam corporalem possessionem, et realem tenutam dictorum locorum, et territoriorum Yó jó, et Nimfo ut supra fuerunt adepti, et ceperunt tanquam veri Domini, et patroni vigore supradicti instrumenti resignationis, et donationis, ipsis quibus supra factæ, una cum aliis nemoribus arborum, abietum, et aliarum arborum existentium in dictis nemoribus, et Montibus, et vallibus adjacentibus dicto territorio Nimphi, et Yó jó, animo, et proposito, pura, et mera eorum voluntate continuandi, perseverandi, et perpetuandi eorum possessionem dictorum Territoriorum Nymphi, et Yó jó, una cum nemoribus, montibus, et vallibus cum arboribus, ut supra, in ipsis existentibus, tam nomine ipsorum, quam nomine, et pro parte præfati Monasterii, et Ecclesiæ S. Stephani, necnon eorum Reverendorum Priorum, Venerabilium Monachorum, et Conversorum, atque Procuratorum successive futurorum. Taliter coram nobis Judice, Notario, et subscriptis Testibus eorum voluntatem, propositum, et firmum intentum dixerunt esse. atque declaraverunt. Quibus omnibus sic peractis, taliter gestis, ac factis, statim R. Pater Prior, Venetabiles Monachi, Conversi, et Prior, qui supra summa cum instantia ex Regia parte requisierunt, et eorum actente rogaverunt nos præfatos Judicem, Notarium, et Testes, nostrum super his officium implorando, quod de præmissis omnibus, et eorum singulis conficere deberemus, unum, duo, et plura publica instrumenta eadem continentia in effectu, et substantia veritatis ad cautelam, et pro cautela ipsorum Rev. Patris Prioris, Monachorum, Conversorum, Prioris, ac ipsius Monasterii, S. Stephani de lo Bosco. Et quia officium nostrum publicum est, illudque nemini denegare possumus, neque debemus, eo maxime quia præfatus R. Prior, et Viri prænominati iusta petierunt: & quia iusta petentibus non est denegandus assensus, præsertim in his, quæ honestatem sapiunt, et requirunt; Idcirco nos præfati Judex, Notarius, et subscripti Testes ad ipsorum Prioris, et Monachorum, Conversorum Procuratoris, ac præfati Monasterii, et Ecclesiæ S. Stephani prædicti, de præmissis omnibus, & eorum singulis certitudinem, & cautelam, ac plenam fidem, duximus exinde conficiendum hoc præfens publicum instrumentum, prout confectum est per manus meas Notarii supradicti. Unde ad futuram rei memoriam certitudinem, et cautelam præfatorum Reverendorum P. Prioris, Monachorum, Conversorum, Procuratoris, & Monasterii, & Ecclesiæ præfati S. Stephani, ac plenam fidem, factum est exinde de præmissis, hoc præfens publicum instrumentum per manus meas Notarii supradicti, signo meo solito signatum, subscriptumque subscriptione mei, qui supra Judicis, & nostrum subscriptorum Testium subscriptionibus roboratum. Quod scripsi ego præfatus Petrus Licastrus publicus, ut supra Notarius, qui præmissis omnibus rogatus, & requisitus interfui, ipsumque meo solito, & consueto signo signavi.

\* Ego Petrus Nicolaus Donadeus, qui supra Annalis judex manu propria me subscripsi testor. \* Ego Diaconus Pompeus Cosmano præmissis interfui pro teste. \* Ego D. Minicus Caputus Cappellanus de Suriano sui Testimoni. \* Ego Diaconus Leonardus de Suriano interfui pro teste. \* Ego Diaconus Franciscus Ciconti sui testis. \* Signum Crucis propria manus Yani Carrocia de Suriano scribere testis

ftis nescientis , me Notario Petro Licastro pro eo scribente . \* Ego Pandulphus Crispo interfui pro teste . \* Ego Dominus Antonellus de pace interfui testor . \* Ego Diaconus Jacobus Antonius Donadio interfui testor . \* Ego Franciscus Fiumara , pramissis adfui , & ideo me testor . \* Ego Jo: Maria Donadeus interfui testor . \* Ego D. Stephanus Britius de Suriano interfui testor . \* Signum Crucis propria manus Nardi de Cafali Serræ scribere testis nescientis , & me D. Antonello de pace pro eo scribente . \* Signum Crucis propriæ manus Joannis Minichini Cafalis Serræ scribere nescientis , me Diacono Antonio Donadeo pro eo scribente . \* Signum Crucis propria manus Blasii de Lagamba de Cafali Serræ scribere testis nescientis me Diacono Antonio Donadeo pro eo scribente . \* Signum Crucis proprie manus Gabrielis Pilayi de Cafali Serræ scribere testis nescientis me Pandolfo Crispo pro eo scribente . \* Signum Crucis propriæ manus Theodori Pilayi de Cafali Serræ scribere testis nescientis me Pandolfo Crispo pro eo scribente . \* Signum Crucis propriæ manus Joannelli Pilayi de Cafali Serræ scribere testis nescientis me Pandolfo Crispo pro eo scribente . \* Signum Crucis propriæ manus Joanne Maria Donadeo pro eo scribente . \* Signum Crucis propriæ manus Matthæi Paschini de Cafali Serræ scribere testis nescientis , me Joanne Maria Donadeo pro eo scribente . \* Signum Crucis propriæ manus Jacobi Cosentin. de Cafali Serræ scribere testis nescientis , me Joanne Maria Donadeo pro eo scribente . \* Signum Crucis propriæ manus Alfonsi Pisani de Cafali Serræ scribere testis nescientis me Joanne Maria Donadeo pro eo scribente . \* Signum Crucis propriæ manus Amelii Pancera de Pulicastro scribere testis nescientis me Master Franciscus Galeanus pro eo scribente . \* Jo Joppo de Petro Pascucucio fui presente , e mano propria fui scritto .

## Presentibus

Judice Petro Nicolao Donadeo .  
 Donno Stefano Brinzi .  
 Donno Minico Caputo .  
 Levita Pompeo Cosmano .  
 Levita Francisko Litonti .  
 Diacono Damiano Litonardo :  
 Yano Cartona .  
 Donno Antonello de Paci .  
 Diacono Jacobo Antonio Donadeo :  
 N. Pandolfo Crispo .  
 N. Francisko Fiumara .  
 N. Gio: Maria Donadeo .  
 Joanne Minichino .  
 Blasi de la Gamba .  
 Nardo de la Gamba .  
 Giove Pilaya .  
 Joppo Paschino .  
 Evangelista Barillaro :  
 Jacobo Cosentino .  
 Matteo Paschino .  
 Giovanni Pisano .  
 Alfonso Pisano .  
 Gabriele Pilaya .  
 Theodoro Pilaya .  
 Amelio Pancera de Pulicastro :

## XIV.

Confirmatio Caroli V. Imperatoris Privilegiorum, concessionum, & libertatum Ecclesiæ S. Mariæ de Nemore, & S. Stephani Monasterio indultorum.

*Ad ann. 1530.*

**C**AROLUS divina favente Clementia Romanorum Imperator Augustus, Rex Germaniæ &c. Et Joanna, & Mater, & idem Carolus Dei gratia Reges Castellæ, Aragonum, Legionis, utriusque Siciliæ, Hierusalem, Ungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Navarræ, Granatæ, Toleti, Valentis, Galetis, Majoricarum, Hispalis, Sardinis, Cordubæ, Corsicæ, Muris, Gienis, Algarbis, Algezire Citraltaris, Insularium, & Terræ firmæ Maris Oceani, Archiduces Austriæ, Duces Burgundis, & Brabantis, Comites Barchinonæ, Flandriæ, & Tirolis, Domini Viscajæ, & Malinæ, Duces Athenarum & Neupatriæ, Comites Rosellionis, & Ceritanis, Marchionis Orisani, & Gotiani.

Notum facimus tenore præsentium Universis, quod cum nuper pro parte Prioris, Monachorum, & Conventus S. Stephani de Bosco Ordinis Cartusienis in Provincia Calabriæ dicti nostri Citerioris Siciliæ Regni nobis fuerit supplicatum, ut omnia, & singula Privilegia, & gratias dicto Monasterio, a Comite Rogerio primum, & deinde ab Imperatore Friderico, & quam multis aliis utriusque Siciliæ Regibus prædecessoribus nostris concessa, & concessas, & præsertim Privilegium dicti Imperatoris Friderici, cujus tenor sequitur &c. in hæc verba. Fridericus Dei gratia Romanorum Imperator semper Augustus, & Rex Siciliæ. Impensis a Domino beneficiis respondemus, & gratiarum offerimus holocaustum, dum sacrosanctas Ecclesias, & loca venerabilia, nostræ Clementiæ intuentes, earumque paci, & quieti misericorditer providemus, & quæ ibi ab aliis collata sunt, nostra Imperialis Serenitas ratihabitione confirmat, & ea muneribus suæ liberalitatis augmentat. Attendentes itaque devotionem, & fidelitatem Petri Venerabilis Abbatis & Conventus Monasterii Gloriosæ Virginis Mariæ Heremitarum, & S. Stephani de Nemore; necnon, & quantæ devotionis studio in eodem Venerabili Monasterio Creatori omnium famuletur, & quanta vigilantia in timore Domini sui ibidem colatur religio: Monasterium ipsum cum universis obedientiis, hominibus, & pertinentiis suis sub Clypeo nostræ protectionis recepimus, & tenemus; Confirmantes ei universa Privilegia, concessiones, & libertates, quæ ibi tam a Rege Rogerio, quam ab aliis Regibus Guglielmo primo, secundo piæ memoriæ, et Divis Augustis Imperatore Domino Henrico, & Domina Imperatrice Constantia parentibus nostris, eidem Monasterio sunt indulta, & eis sine aliquo temporali servitio pacifice sicut eorum temporibus consuevit, utatur; Quæ Privilegia juxta generale Edictum factum a Nobis in Curia Capuana de Privilegiis resignandis, dictus Abbas, & Conventus nobis humiliter resignarunt. Ipsorum itaque Privilegiorum inspecto tenore, & humili supplicatione eorundem Abbatis, & Conventus, æternæ retributionis intuitu, innata pietatis nostræ gratia, & eadem eis restituimus, & omnia, quæ continentur in eis, eidem Monasterio speciali duximus confirmanda. Concedimus itaque &c.

Confirmare, ratificare, & approbare, atque omnia, & singula in eo, & in eis contenta de novo concedere dignaremur. Nos tanquam hi, qui religiosas, resque pias, & sacras singulari favore prosequamur, concupientes dictum Monasterium singularibus afficere beneficiis, tenore præsentium, ex certa nostra scientia, deliberatione, & consulto ad nostri Sacri Regii penes nos assistentis concilii matura deliberatione præhabita, & Regia autoritate nostra præsertim Privilegium Cæsaris Friderici, atque alia omnia, & singula Privilegia, tam per Comites, quam per majores nostros utriusque Siciliæ Reges concessa, in omnibus suis articulis,

Tom. X.

h

culis,

culis, punctis, & clausulis confirmamus, ratificamus, & approbamus, eaque omnia quemadmodum his in præfenti utuntur, fruuntur, & gaudent, de novo concedimus & elargimur, hisque vim, robur, & auctoritatem nostram impartimur. Decernentes, ac volentes, ut præinsertum Privilegium, atque alia omnia, & singula Privilegia eidem Monasterio concessa, de quibus in præfentia utitur, & quemadmodum fuit, & est in possessione, ubique exequatur, & observetur, ac si a nobis ipsis Privilegium, & Privilegia ipsa concessa forent, quæ ut debita executioni, ut patet, demandentur, Illustrissimo Philippo Principi Austriacarum, & Gerunde &c Filio Primogenito, & Nepoti nostro Cannimo, et post sælices, & longævos dies nostros in omnibus Regnis, & Dominiis nostris Deo propitio immediato hæredi, & successori intentum aperientes nostrum, sub paternæ benedictionis obtentu dicimus, eumque rogamus: Illustrissimis vero Spectabilibus, magnificis, consignatariis, & fidelibus nostris Viceregi, Locumtenenti, & Capitaneo nostro Generali, Magno nostro Camerario, ejusque Locumtenenti, Præsidentibus, & Rationalibus Camere nostræ Summarie, Scribæ portionis, Thesaurario nostro generali, necnon Regenti & iudicibus Magnæ Curie Vicariæ, cæterisque aliis Officialibus, & subditis nostris tam majoribus, quam minoribus, quovis nomine nuncupentur, ac officio, titulo, potestate, auctoritate, præeminentia, & jurisdictione, seu prærogativa fungentibus in eodem Regno constitutis, & constituendis, dictorumque Officialium Locumtenentibus sive officia ipsa regentibus, ad quem, seu ad quos spectet, præfentesque pervenerint, seu fuerint quolibet modo præfentatæ, sub nostræ gratiæ, & amoris obtentu, pœnaque unciarum auri duorum mille monetæ dicti Regni, a contravenientis bonis exigendarum, nostroque inferendarum Ærario districte præcipiendo mandamus, utpote omnia Privilegia, & præsertim præinsertum Privilegium Cæsaris Frederici, & omnia & singula in eo contenta eidem Monasterio ad unguem teneant, & inviolabiliter observent, tenerique & per quos deceat observari faciant, suppletentes de nostræ Regiæ potestatis plenitudine omnes, & quoscumque defectus, tam juris, quam facti, & solemnium tantum omissionis, si qui, vel quæ in his intervenissent, aut quovis modo allegari possent. In cujus rei testimonium præfens Privilegium fieri jussimus, nostro magno negotiorum prædicti nostri Citerioris Siciliae Regni Sigillo pendenti munitum. Datum in Yspruch. die quinta mensis Junii, anno a Nativitate Domini Millesimo quingentesimo. Imperii nostri anno decimo. Regnorum autem nostrorum, videlicet Regni Castellæ, Legionis, Granatæ &c. anno vigesimo septimo. Navarræ sexto decimo, Aragonum utriusque Siciliae, Hierusalem, & aliorum quintodecimo, Regis vero omnium quintodecimo -- Yo El Rey -- Vidit Perrenotus -- Pro Prothonotario, & Magnifico Camerario -- Vidit Franciscus Verrachina -- Pro generali Thesaurario. Nihil solvit quia exempti Cavallaria pro Taxatore Sacra Cæsarea, & Catholica Majestas mandavit mihi Alphontio Valdetio. In Privilegiorum &c. XVIII. 18.

## XV.

Caroli V. Imperatoris Regiæ Litteræ Proregi, & cæteris Officialibus Regni Neapolis directæ, ad favorem Monasterii S. Stephani de Nemore, pro deputatione Commissarii, ad redintegrandum illud in bonis distractis, aut usurpatis a tempore, quo per Cistercienses, & Commendatarios Abbates detinebatur (1).

*Ad ann. 1530.*

Carolus divina favente Clementia Romanorum Imperator semper Augustus: Joana eius Mater, & idem Carolus Dei gratia Reges Castellæ, Aragonum, utriusque Siciliæ, Hierusalem, Legionis, Navarræ, Granatæ, Toleti, Valentia, Galiciæ, Majoricarum, Hispalis, Sardinia, Cordubæ, Corsicæ, Murcia, Giennis, Algarbii, Algezira, Gibraltaris, & Insularum Canaria; necnon Insularum Indiarum, & Terræ firmæ maris Oceani; Archiduces Austria, Duces Burgundiæ, & Brabantis &c. Comites Barchinonæ, Flandriæ, & Tirolis &c. Domini Vizcayæ, & Molinæ &c. Duces Athenarum, & Neopatriæ; Comites Rossilionis, & Cæritania, Marchiones Oristanni, & Gotiani,

**I**llustribus Magnificis Dilectis Consiliariis, & fidelibus nostris, Proregi, & Capitaneo Generali nostro in prædicto Ulterioris Siciliæ Regno Magistro Justitiario, ejusque in officio Locumtenenti, Judicibus nostræ Magnæ Regiæ Curia, Magistris Rationalibus Thesaurario, & Conservatori nostri Regii Patrimonii; Advocato quoque, & Procuratoribus Fiscalibus, cæterisque demum universis, & singulis Officialibus, & subditis nostris in eodem Regno constitutis, & constituendis, ad quos spectat, & præsentibus pervenerint, seu fuerint quomodolibet præsentata salutem, & dilectionem. Nuper pro parte Venerabilis, & devotorum Prioris, & Monachorum Domus S. Stephani de Bosco Ordinis Cartusienensis Provinciæ Ulterioris Calabria Regni nostri Neapolitani fuit nobis reverenter expositum, quod cum prædictæ Domui intuitu Religionis Cartusienensis, & B. Brunonis ipsius Ordinis Institutoris, multa bona, tam burgenfatica, quam feudalia, jura, ac redditus per ampla Privilegia Serenissimorum utriusque Siciliæ Regum prædecessorum nostrorum, & aliorum Principum, & Personarum concessa, & donata fuissent, ac ipsi vigore Privilegiorum suorum in possessione dictorum bonorum per longum temporis spatium permansissent, tam dictus B. Bruno, quam ejus successores in Ordine, & Domo prædicta succedentes. Postea vero variis ipsorum turbationibus subsecutis, Monachi prædicti Ordinis a Domo eadem bonorumque suorum recesserunt, intrudentibus se in eadem Monachis Cisterciensibus, & aliis multis Commendatariis, qui Domum prædictam tenuerunt, & pos-

(1) Asservantur originaliter in Grammatophylaceo ejusdem Domus Sanctorum Stephani, & Brunonis de Nemore, e quibus hic describere curavimus. Vid. Joan. Dom. Taffone super Pragn, De Antefat. vers. 4. observ. 5. fol. 334. n. 65.

& possederunt. Eodemque tempore, tam per dictos Monachos Cistercienses, quam per Commendatarios præfatos, multa bona dictæ Domus illicite alienata, & distracta fuerunt, ac illorum culpa, seu negligentia, vel impotentia, diminuta, & occupata præsertim per potentes, & terrarum universitates, & alias personas, ad quas bona, & jura prædictæ Domus pervenerunt. Deinde vero favore, & munere Serenissimi quondam Catholici Regis parentis, & avi nostri præclaræ memoriæ, post tricentos annos, ex quo a dictæ Domus possessione ceciderant, anno abhinc sexto decimo per Sedem Apostolicam repositos, ac in Domo prædicta cum omnibus suis juribus restitutos fuisse asseritur. Et cum multa ex ea illicite, atque indebite distracta, & alienata invenirent; cupiantque eandem reintegrari, & in pristinum suum statum reponi, nobis humiliter supplicari fecerunt, ut omnia, & quæcumque bona Domus prædicta tam burgenfatica, quam feudalia, ac alia jura quæcumque, illicite alienata, distracta, occupata, aut quomodolibet diminuta, reintegrare ad jusque, & possessionem Domus, seu Monasterii prædicti reduci mandare dignaremur. Nos autem supplicatione ipsa, tanquam justa, & rationi consona benigne suscepta, cupientes ejusdem Religionis Monachorum indemnitati, ut par est, debite providere, tenore præsentium de certa scientia, regiaque auctoritate nostra, & consulto, Consiliique penes nos assistentis matura deliberatione præhabita, vobis, & unicuique vestrum ad quem spectet, dicimus, præcipimus, & jubemus ad incursum nostræ indignationis, & iræ, pœnæque unciarum mille nostris inferendarum ærariis: Quatenus visis præsentibus, ad omnem ejusdem Monasterii, seu Monachorum dictæ Religionis, vel alterius requisitionem, prout opportunum fuerit, destinetis unum, vel duos Commissarios, fideles quidem, legales, ac in similibus expertos, qui adhibitis cum eis Actorum publico Notario, & iudice ad contractus, ac testibus idoneis in numero opportuno per eos eligendis, diligenter inquirent, faciant per banni publicationem, in locis solitis, & consuetis, ipsisque bene visis voce præconia publice proclamari, quod omnes tenentes, & possidentes bona, tam burgenfatica, quam feudalia, & alia jura quæcumque a Domo prædicta sic alienata, intra certi temporis spacium, per ipsos eis præfigendum, sub pœna privationis bonorum, & jurium ipsorum, comparere debeant coram ipsis ostensuri, & declaraturi eorum nomina, & cognomina, ac scripturas, & cautelas, quarum vigore dicta bona possideant, ac omnia, & quæcumque jura, quæ per inquisitionem hujusmodi invenerint occupata, alienata, & illicite distracta a Domo ipsa, ad ipsius dominium, & proprietatem studeant legitime revocare, & reintegrare, vocatis eorum possessoribus, occupatoribus, usurpatoribus, fraudatoribus, & illicite detentoribus, vel pacta non servantibus, seu prætendentibus jus habere, tam super petitorio, quam super possessorio actionum, bonorum, et jurium ipsorum, ac aliisque fuerunt propterea vocandi conjunctim, et divisim, semel, bis, et pluries, ac quotiens opus fuerit super præmissis, non obstante quod jura, et bona ipsa cum eorum finibus, ac detentorum, et occupatorum nominibus, et cognominibus non exprimentur. Quæ quidem omnia de nostra Regiæ potestatis plenitudine hic haberi volumus pro expressis, ac si essent particulariter annotata, simpliciter, summarie, et de plano, sine strepitu, forma, et figura judicii, sola facti veritate, et negotii qualitate inspectis, juxta formam in similibus observari solitam justitia mediante, cognoscere, decidere, terminare, sententiamque, et sententias proferre, illasque debitæ executioni mandari facere valeant. Constitutionibus, Capitulis, Pragmaticis, et ritu Mag. Reg. Curia, ac aliis de jure servandis semper servatis. Volumus tamen, ut Commissarii prædicti jubeant fieri per publicum Notarium, et iudicem præfatum cum testibus in numero opportuno publicum Inventarium bonorum, reddituum, et jurium prædictorum, quæ per inquisitionem, ad Domum, et Religionem ipsam pertinere reperierint, cum eorum particulari annotatione, ac ipsorum possessorum nominibus cognominibus, aliisque solemnitatibus debitæ, solitis, et consuetis roboratum, eisdem supplicantibus, seu eorum legitimo Procuratore pro eorum cautela, justo salario mediante assignandi. Et ut præmissa debitæ executioni facilius demandentur, tenore præsentium mandamus omnibus, et quibuscumque Officialibus, et subditis nostris, majoribus, et minoribus, quocumque nomine nuncupantur, officio, titulo, auctoritate, et potestate fungentibus, ad quos spectet, præsentibus, & futuris; quatenus Commissariis ipsis ad præmissa per vos deputandis, & ordinandis, in supradictis, & quolibet ipsorum, cum eorum dependentibus, emergentibus, annexis, & connexis, quotiens opus fuerit, & ab eis requirentur, assistant, & faveant, omni ope, auxilio, consilio, & favore necessariis, & opportunis. Dantes, & concedentes, vobis, & Commissariis ipsis,

per



per vos ut præmittitur deputandis, in præmissis, annexis, dependentibus, & emergentibus ex eis, vices, & voces nostras Regias, omnimodamque potestatem plenarie per præsentem. Volumus tamen quod præsentem nostræ litteræ intra biennii spatium a die earumdem Datæ in antea computandi præsentari debeant, ipsarumque vigore a die earumdem præsentationis ultra bienni spatium ad præmissa nullatenus procedatis, quo elapso nullius effectus, aut vigoris existant, quodque Commissariorum præfatorum potestas non comprehendat ea bona, quæ triginta annorum spatium a Domo, & Monasterio prædicto alienata sunt, super his agatur via ordinaria coram iudicibus competentibus Contrarium nullatenus tenturi, si præter iram, & indignationem nostram poenam unciarum mille prædictam cupiunt evitare. Datum in Hisbruch die V. mensis junii Anno a Nativitate Domini MDXXX. Tertiz Indictionis.

Vid. Franciscus Varrachina pro  
Generali Thesaur. & Insp. Siciliæ.  
Reintegratio in forma pro Monasterio S. Stephani  
de Bosco Prov. Calabriae pro Regno Siciliæ.

Yo el Rey.  
Cæsarea, & Catholica Majestas  
mandavit mihi Ugoni d' Urries.

## XVI.

Caroli V. Imperatoris Litteræ, Proregi, & Consiliariis  
Collateralibus Neapolis directis pro Monasterio S.  
Stephani de Nemore, ut de plano, & sum-  
marie iustitiam faciant super restitutione  
bonorum ejusdem injuste ablatorum,  
& occupatorum (1).

*Ad ann. 1530.*

Carolus divina favente Clementia Romanorum Imperator semper Augustus Rex  
Germaniæ, & Joanna ejus mater, & idem Carolus Dei gratia Reges Castellæ  
Aragonum, Legionis, Utriusque Siciliæ, Hierusalem, Ungariæ, Dalma-  
tiæ, Croatiae, Navarræ, Granatæ, Toleti, Valentia, Galletiæ,  
Majoricarum, Hispalis, Sardinia, Cordubæ, Corsicæ, Murcia,  
Giennis, Algarbii, Algezire, Gibraltaris, Insularum Cana-  
riæ, necnon Insularum Indiarum, & Terræ firmæ ma-  
ris Oceani, Archiduces Austriæ, Duces Burgun-  
diæ, & Brabantia, Comites Barchinonæ,  
Flandriæ, Tirolis, & Domini Biscayæ, &  
Molinæ, Duces Athenarum, & Neo-  
patriæ, Comites Rossilonis,  
& Ceritaniæ, Oristani; &  
Gotiani.

*Illustri Philiberto de Chalon Principi Orangiæ Consanguineo nostro Charissimo &  
in dicto nostro Citerioris Siciliae Regno Vice-Regi Locumtenenti, & Capita-  
neo nostro Generali, & eo absente Reverendo in Christo Patri D. Pompeo  
Columnæ Tit. S. Laurentii in Damaso Sac. Rom. Eccles. Cardi-  
nali, & Vice-Cancellario, amico nostro charissimo: Illustribus  
quoque, & Magnificis viris Consiliariis nostri Regii Colla-  
teralis Consilii Neapoli residentis fidelibus nostris dile-  
ctis, salutem.*

**E**Xpositum nobis fuit nuper pro parte Monachorum Monasterii S. Stephani de  
Bosco Ordinis Cartusienfis, retroactis temporibus a triginta annis, supra di-  
Tom. X. i versa

(1) Extat autographum in Archivo Dom. Ulteriori Calabria.  
Sanctorum Stephani & Brunonis de Nemore in

versa bona stabilia, feudalia, & burgenſatica dicti Monasterii, fuissent, & essent injuste alienata, distracta, & de facto occupata per diversos homines, & personas in grave præjudicium, & damnum dicti Monasterii; Nobis propterea humiliter supplicando, ut super dictorum bonorum, sic injuste ablatorum, occupatorum, & detentorum recuperatione eidem Monasterio de opportuno juris remedio providere dignaremur; Nosque hujusmodi supplicatione tanquam justa, & rationi consentanea benigne suscepta; volentes unicuique quod suum est, tribui, tenore præsentium nostra ex certa scientia, deliberate, & consulto, & sacri nostri Regii penes nos assistentis Consilii matura deliberatione præhabita, Regiaque auctoritate nostra, Vobis dicimus, committimus, & mandamus, quatenus de, & super prænarratis, vocatis vocandis, & servatis de jure servandis, vos informetis; Et si Monasterium ipsum in prædictorum bonorum possessione de jure restituendum veniat, ipsum restituatis, & restitui faciatis, amoto quocumque illicito occupatore; Et alias visis omnibus videndis, summariam, brevem, atque expeditam justitiam, super omnibus, & singulis antedictis Partibus ministris, Capitulis, constitutionibus, & Pragmaticis dicti Regni, & aliis de jure servandis, semper servatis. Procedendo in præmissis, & circa præmissa, cum eorum dependentibus, & emergentibus ex eis summarie, simpliciter, & de plano, sine strepitu, forma, & figura judicii, sola facti veritate, & negotii qualitate attenda, maliciis, diffugiis, cavillationibus, & aliis frivolis exceptionibus semotis, & penitus rejectis; Itaut nullus Supplicantibus justæ querelæ locus reliquatur. Ad ea enim omnia, ut præmittitur, agenda, & exequenda amplam vobis auctoritatem & facultatem, locumque, voces, & vires nostras Regias per præsentem damus, & transferimus. Datum in Ispruch die VI. mensis Junii Anno Nativitatis Domini Millesimo Quingentesimo Trigesimo -- Yo el Rey --

Vidit Perrenotus pro Prothonotario, & Magno Camerario.

Nihil solvit quia exempti.

Cavallaria pro Taxatore.

Sacra Cæs. & Cath. Majestas,  
mandavit mihi Alfonso Valdesio.

Die 1. mensis Junii 1531. Neap. præsens Provisio Cæsar. & Cathol. Majestat. præsentata fuit Illustrissimo, & Reverendissimo Domino Locumtenenti Generali, quæ per eum recepta fuit, omni quæ decuit Reverentia, & obtulit se paratum obedire mandatis &c.

V. Antonius Romanus &c.

---

XVII.

Exemplum aliarum Litterarum per Prætozem, & Publicum Felicis Urbis Panormi ad Illust. & Excell. Siciliæ Proregem, pro impetrando Placito contradendi Monasterium S. Mariæ Angelorum, alias S. Joannis de Baida non procul a laudata Urbe Ordini Cartusienſi (1).

Ad ann. 1530.

Illustrissimi & Excellentissimi Signori.

**N**on dubitando, che tutti li beni, & sancti operationi procedono, & suno excitati da la divina Providentia, da la quali procedi ogni beni, e senza la sua gra-

---

(1) Extant authographæ in Chartulario laudat. more, in Ulteriori Calabria. & Brannonis de Ne-

gratia , non si può beni operari : Novamenti per lo servizio de Dio nui avimu pensatu , & etiam da personi timorati de Dio , li quali sun intenti alli cosi spiritua- li ni fu proposto , che farria lo servizio de Dio , et salati de li animi , decoru , e laudi di questa felice Cità , che lo Monastero , et Ecclesia de S. Joanni de Bayda non si lassassi veniri ad ultima ruina , et defolazioni , como la ha incomenzato ruinarsi , perchè lo edifizio è grandi , e non che sono fructi , e renditi , cu le quali si poza reparare . Et per la santità de la vita di quilli Patri Religiosi , che stassero in tali Monasterio , facilmente si trovaria adjutorio de potirisi reparari , et conser- vari . Dove per continuo se lauderà el divino nome , salverannose multe animi , et ancora in sta Cità ni consequiteria non poco adjutorio appresso la divina Maestà ; et haveriande decoramente , et laudi ; perchè dove suno citati insigni , che sonno Monasterij de simili Ordini . Per la quale cosa supplicamo ad vostra Illustrissima S. confidandochi de la sua bona religiosissima voglia , et menti , che teni verso li lochi Religiosi , et pii , et augumento dela Religioni Cristiana , che quella se degnasse scriverli alo Reverendo P. Priori delo Monastero de Santo Stephano del Bosco partium Calabriae Ordinis Cartusienis , che vulissi fari opera de haviri tale Monastero , et V. S. Illustrissima se degnerà offeriri il suo favori , et auxilio oppor- tuno , et necessario , la quali cum sua solita prudentia potirà dirigiri tal negotio , che abbia da preveriri allo effecto suo , azoche quilla perpetuamenti abbia de haviri intercessori in quillo loco per la saluti de la anima , e per suo felichi stato , perchè ipso seria autori , et principio de tanta opera pia . Altro non occorrendo , pregamo Dio immortali , conservi sua Illustrissima S. cum longi et felicissimi anni , cum augumento del suo stato secundo per quella si desidera . Ex Urbe felici Panormo , Die XII. mensis Augusti III. Indict. 1530. Prætor , et Jurati Felicis Urbis Panormi .

## XVIII.

Exemplum Litterarum Excellentissimi Prætoris , & Ju-  
ratorum felicissimæ Civitatis Panormi in Regno Si-  
cilix , qui se exhibent pro maxima devotione  
officiosissimos , ut Religionem Sanctam Car-  
tusianam possint deducere ad Regiam  
ipsam Civitatem Panormi , cum  
multis promissionibus , ei do-  
nando Monasterio perpul-  
chro nostræ professioni  
congruo , & ornatissimo .

*Ad ann. 1530.*

*A tergo :* Reverendo in Christo Patri , et Domino Domino Octaviano de Trano  
Ordinis Cartusien Priori Divi Stephani de Bosco , ac Visitatori Ordinis præ-  
dicti in Prov. Calabriae quam plurimum colendo . (1)

*Intus vero :* Reverendo in Christo Patre , et da noi observando prospera , e felici saluti .

**C**onsiderando ala devozione di questa vostra sancta Religione , ne ha parso farne  
intender perchè discosto tre miglia de questa Cetà è uno Monastero doman-  
dano

(1) Ex Originali in Archivo Dom. Sancto- bria existen.  
rum Stephani , & Brunonis in Ulteriori Cala-

dano S. Joanni de bayda , oy vero Sancta Maria deli Angeli , dove è uno bello & magnifico tempo, & ancho ballo inchostro cum sei officini, & grande commedità de acque scaturiente, & belli fonti cum una singularissima prospettiva, tanto di terra, come di mare, che più dir non se porria, tenendo la plana & tutta la Città de supra. Lo quale per la nobiltà de sito, & magnifico edifizio, lo quonnam Rev. Jean de Paterno de questa felici Città Archiepiscopo lo obtinni dal Catholico Rè Ferdinando de felicissima memoria, e per salute de sua anima, & anche per quiete, & solatio decoraoalo di belli ediftii. Ma non lo precti quilli se haveffero de conservare perchè lo Monastero era povero, & come pensamo la morti lo previnni, che non ha potto providere. Al presente noi come Patri, e regitor de questa felici Città, che simo, elevamo la mente a considerare como questo Monastero si potesse conservare, & che in quello haveffe da florir qualche Religione de vita sancta: aczioche le persone pii, & bene ci porgissero lo adjuto loro. Consideramo che serria ab preposito che la Religione vestra obtinissi simili Monastero; per la qual cosa nui avemo scripto al J. S. Vicere de questo Regno, che in questa sancta opera voglia prestar il suo consiglio, & favore, & adjuto, & che scrivesse ad vestra Reverenda Paternità de simili cosa, Et cossì ancora nui la pregamo, che quella si degnasse voler dare opera con tutte soe forze spirituale & temporale di voler obtiner simili loco cum tutte vie, & mezi le quali ad ipsa meglio pariranno; perchè noi dal canto nostro femo parati prestarli auxilio & favor per augmentare questa S. Religione, perchè non dubitamo, che la divina Maestà cum tutta la Corte celeste spirata la mente deli Superiori, e tal negozio se deduca al suo desiderato effetto. Offerendoni prontissimi per lo honore, & comodo di V. Reverenda P. & de questo reale sacro Monastero. Altro non occorrendo pregamo Dio immortale conservi vostra Reverenda Paternità secundo per quella se desidera. Ex Urbe Felici Panhormo Die XIII. Augusti. III. Indiction. MDXXX. - Prætor, & Jurati Felicis Urbis Panhormi-- Petrus Antonius Farfaglios Magister noster.

## XIX.

Litteræ Commissionales Reverendissimi Cardinalis Pompeji Columnæ Regni Siciliæ Proregis, expeditæ pro observantia Imperialis Diplomatis Caroli V. ut possit confici publicum, & solemne Inventarium in causa reintegrationis omnium bonorum SS. Stephani, & Brunonis de Nemore, deputatis U. J. DD. Gariesto de Oliveriis, & Nicolao Angelo de Amectis (1).

*Ad ann. 1532.*

Carolus V. Divina favente Clementia Romanorum Imperator semper Augustus Rex Germaniæ: Joanna mater, idemque Carolus ejus Filius Reges Castellæ, Aragonum, Utriusque Siciliæ, Jerusalem, Ungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ &c. -- Pompejus Cardinalis Columna S. R. E. Vice - Cancellarius, & in præfenti Regno Locumtenens Generalis &c. Magnificis Viris U. J. DD. Gariesto de Oliveriis, & Nicolao Angelo de Amectis in solidum Regiis Fidelibus dilectis gratiam Regiam, & bonam voluntatem.

**N**uper pro parte Venerabilium Prioris, & Monachorum S. Stephani de Bosco Ordinis Cartusien. fuerunt nobis præsentatæ patentes literæ præfatar. Cæsar. & Catholicar. Majestatum: omni qua decet solemnitate vallatæ, tenoris sequentis videlicet.

Carolus divina favente clementia Romanorum Imperatorum semper Augustus Rex Germaniæ, Joanna mater, & idem Carolus &c. Illustri Philiberto de Chalon Principi Orangiæ... Viceregi.. Et eo absente, Reverendo in Christo Patri Domino Pompejo Columnæ Tituli S. Laurentii in Damaso S. R. E. Cardinali &c. Nuper pro parte Venerabilium Devotorum nostrorum Prioris, & Monachorum Domus S. Stephani de Boscho Ordinis Cartusien. &c. Datum in Yspruch die V. mensis Junii, anno a Nativitate Domini 1530.--

Ea propter volentes præfatarum Majestatum obedire mandatis, ut tenemur, confisi admodum de vestri fide, prudentia, sollicitudine, & integritate, Vobis prædictis Gariesto, et Nicolao Angelo ut supra in solidum committimus, et mandamus, quatenus servata forma præinsertarum Provisionum præfatarum Majestatum, illam in omnibus et per omnia ad unguem inviolabiliter observetis, et exequamini juxta ipsarum continentium, et tenorem. Mandantes insuper Illustribus, Spectalibus, et Magnificis Viris, quibuscumque Baronibus, Titulatis, et non Titulatis, Gubernatoribus, Auditoribus, Capitaneis, et Assessoribus, et aliis quibuscumque Officialibus, et subditis Regiis Majoribus, et minoribus quocumque titulo, auctoritate jurisdictione, et potestate fungentibus, præsentibus, et futuris, vel eorum Locumtenentibus, et substitutis, tam demanialibus quam Baronum totius hujus præfati Regni, ubi dicta jura, introitus, et reditus existunt, quatenus pro executione præsentium vobis assistant præsentque omne auxilium, et favorem necessarium, et opportunum juxta formam, et tenorem dictarum præinsertarum literarum Patentium.

Tom. X.

k

tium

(1) Asservantur in Archivo ejusdem Domus Sanctorum, e quibus transcriptum.

tium prædictarum Majestatum, prout a vobis fuerint requisiti. Et contrarium non faciant pro quanto gratiam præfatarum Cæs. et Cath. Majest. caram habent, et penam in præinsertis literis Patentibus contentam cupiunt evitare. Præsentibus Regio solito sigillo a tergo impressis præsentanti singulis vicibus remansuris. Datum in Civitate Neapolis die XII. mensis Junii 1531. Post Datum. Si aliquis vestrum Commissariorum inceperit, et ei supervenerit aliquod impedimentum, propter quod non posset proseguere, volumus, quod alter vestrum possit proseguere et finire. Datum, ut supra. Pompejus Vice-Cancellarius Locumtenens Generalis -- Vidit de colle R. -- Vidit Loffredus R. -- Dominus Locumtenens Generalis mandavit mihi Bernardino Martorano -- Nihil solvit, quia Exempti, Salerno pro Taxatore in partium Loc. Reg. f. 35.

## XX.

Litteræ Reverendissimi D. Cardinalis Pompeji Columnæ  
Regni Siciliae Proregis (1). Ad Nicolaum Ange-  
lum de Amectis Regium Commissarium in  
causa reintegrationis omnium Bonorum  
SS. Stephani, & Brunonis de Ne-  
more, ut possit in eadem pro-  
cedere non obstante quod  
commissionales litteræ  
videantur expeditæ  
ultra terminos &c.

Ad ann. 1532.

*A tergo: Magnificis Viris U. J. DD. Nicolao Angelo de Amectis, et Matthæo de Civitate Regii et cuilibet ipsorum in solidum Regiis fidelibus, et dilectis.*

*Intus vero Carolus V. Romanorum Imperator semper Augustus Rex Germania, & Joanna Mater & idem Carolus ejus filius Reges Castellæ Aragonum, utriusque Sicilia, Jerusalem, Ungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ &c.*

**M**agnifice vir Regie fidelis dilecte. Per quanto alli mesi proximi passati sendo presentate Provisioni de la Cesarea Maestà ad instantia del Venerabile Monasterio de S. Stefano del Boscho Ordinis Cartusien. supra la reintegrazione de le cose de dicto Monasterio, et quelle ad voi commesse, ne hanno exposto, che si per li impedimenti vostri, como perchè ve ha parso dicta Expeditione commissa a voi essere fatta poi de lo termino prefixo alla presentatione de quella, e per questo non essere stato per voi proceso alla reintegrazione prefata secondo lo dicto Ordeno a voi dato, et in dicta commissione contento: Et perchè per informatione piglata per ordeno nostro ne costa, che dicta Provisione de la Cesarea Maestà fo presentata fra lo termine contento in dicta Provisione, et fo tardata per alconi dii, che occusero alla expeditione di vostra commissione, et che ne fo adhibita la diligentia: Per tanto ve decimo, et ordinamo che non obstante che le Provisioni prefate apparono esserò expedite ultra lo termino in quelle contento, debeat procedere alla dicta reintegrazione seconda la forma, e tenore de dicte vostre commissioni, perchè tale è nostra voluntà, non fando altramente, si amati  
la

(1) Extat in Chartulario ejusdem Domus Satorum Stephani, & Brunonis de Nemore in

Ulteriori Calabria.

la gratia de la Cesarea Maestà. La presente reste al presentante. Dat. Napoli die XXIV. Novembris 1531. Pompejus Vice-Cancellarius et Locumtenens Generalis. Viit de Colle R. Vidit Loffredus R. -- Bernardinus Martoranus Secretarius etc.

## XXI.

Exemplum Procurationis RR. PP. Cartusiæ Sanctorum  
Stephani, & Brunonis de Nemore, in personam  
R. P. D. Brunonis de Bergamo, pro assistentia  
eorum nomine præstanda Nicolao Ange-  
lo de Amectis in causa Reintegra-  
tionis honorum ejusdem Domus  
Regio Commissario (1).

*Ad ann. 1532.*

In nomine Domini nostri Jesu Christi Amen.

**A**Nno a Nativitate ipsius millesimo quingentesimo trigesimo secundo, die vero vigesimo mensis Januarii anni præsentis V. Indictionis. In Sacro Monasterio S. Stephani de lo Bosco Ordinis Cartusienfis, Regnantibus Serenissimis, & Invictissimis Dominis, Domina Joanna de Aragonia Regina, et D. Carlo Imperatore Dei gratia Aragonum, Hispaniarum, Utriusque Siciliæ, Hierusalem &c. Hujus vero Regni Siciliæ citra farum anno XVII. feliciter: Amen. Nos Petrus Cola Donadeus de Casali Serræ ad contractus Judex; Petrus Ceraustus Surianen. publicus ubilibet per totum præfatum Regnum Siciliæ citra farum Regia auctoritate Notarius, & Testes subscripti, ad hoc vocati specialiter, & rogati, præsentis scripto publico declaramus, notum facimus, & testamur, quod eodem prætitulato die . . . coram nobis iudice Notario, & subscriptis Testibus, in nostri præsentia personaliter constituti R. D. Franciscus Asselta de la Padula Prior dicti Monasterii, D. Joannes dictus Burgum, D. Marcus, D. Antonius de Mediolano, D. Joannes Baptista de Maria, D. Stephanus de Suriano, D. Antonius de Briatico, D. Hieronymus de Yerocar, Monachi prædicti S. Monasterii, capitulariter ad infra-scripta peragendum in Capitulo dicti Monasterii ad sonum campanæ, ut juris, & moris est. Et inter cætera fuit per eos, pro beneficio, & commoditate dicti Monasterii, & ipsius Venerabilium Prioris, & Monachorum unanimiter, & pari voto nemine discrepante conclusum, quod ex quo idem Reverendus Prior, & prædicti Monachi impetraverunt a Serenissimo, & Catholico Imperatore nostro Carolo Privilegium reintegrandi, & ad usum, proprietatem, & commoditatem dicti Monasterii convertendum omnia, & singula bona ad ipsum Monasterium spectantia quoque jure a quavis persona occupata, seu injuste detenta, & alias prout in privilegio dicti Serenissimi Imperatoris latius asseruerunt apparere. Et ob id fuit destinatus Commissarius ab Illustrissimo Domino Vicerege Regni Magnificus Dominus Nicolaus Angelus de Amectis de Civitate Mileti, prout latius dixerunt apparere in litteris commissionalibus dicti Illustrissimi Domini Viceregis. Et in præsentiarum intendens talem reintegrationem, & omnia in detto Privilegio contenta exequi, & ad effectum perducere; & ex quo ipse Reverendus Dominus Prior non potest personaliter comparere coram dicto Magnifico Domino Commissario ad dictam causam introducendum, & prosequendum, magnis arduis negotiis dicti Monasterii impeditus, quia eligantur una vel plures personæ, qui nomine & pro parte jam dicti Domini Prioris, & prædictorum Monachorum, & dicti Monasterii, possit, & possint

(1) Extat pergamenaceum in Chartario Domus Sanctorum, e quo exscripsimus.

sint inchoare, prosequi, & finire. Qua propter taliter congregati, confisi ab experto, ut dixerunt, de fide, prudentia, sufficientia, & legalitate Venerabilium D. Bruni de Bergamo absentis, & D. Benedicti de Terra nova ibidem presentis Monachorum ejusdem Monasterii, eisdem D. Brunonem absentem, & pro interim D. Benedictum ibidem presentem, & unus infrascriptæ procurationis in se supra suscipientem; Elegerunt, creaverunt, instituerunt, fecerunt, & solemniter ordinaverunt, omni meliori modo, via forma, . . . melius & efficacius fieri possit in eorum, & dicti Monasterii procuratores, actores, factores, oconomos, negotiorum gestores, ac nuncios speciales, & omni alio meliori modo, quo fieri nominari, & ceteri possunt, & debent. Dantes, & concedentes eisdem, & cuilibet ipsorum in solidum omnimodam, liberam, & plenam potestatem coram dicto Magnifico Commissario comparandi, dicta Privilegia, & Regias litteras, & Regias provisiones presentandi, & banca, & proclamata, ac citationes predicta, & omni alio meliori modo fieri faciendi, quomodo melius possit, & cuilibet ipsorum visum fuerit, libellos, seu libellum, petitiones, seu petitionem contra quascumque personas Ecclesiasticas, seu sæculares, quas sciverint bona dicti Monasterii detinere occupata aut quoquo modo illicito, porrigendi; litem contestandi, juramentum de calumpnia in animam constituen. præstandi; articulos, & jura præsentandi, testes producendi, & illos examinari faciendi, publicationem petendi, & conclusionem; Et si visum fuerit, testes partis adversæ repulsandi, & suos approbandi; sententias tam interlocutorias, quam diffinitivas promulgari faciendi, & promulgatas laudandi; Et si opus fuerit ab eis appellandi, reclamandi, revisionem petendi, tam per viam nullitatis, quam per viam iniquitatis beneficium restitutionis petendi: Et omnia alia, & singula faciendi, prosequendi, fieri, & exequi petendi, quæ fuerint necessaria, & opportuna in tali causa fieri, & quæ ipsimet Reverendi Constituentes facere, & exequi possent, si præsentem essent & forent, & si talia fuerint, quæ de eorum natura requirerent magis speciale mandatum, quod in præsentem procuratorio expressum; Ita quod generalitas specialitati non deroget, nec e contra; Et quod unus inceperit, alius possit prosequi, & similiter, & aliter, quam non sit melior, nec potior conditio occupantis, & primitus initiantis. Cum potestate etiam substituendi unum, vel plures alios Procuratores cum simili, aut limitata potestate, prout melius ipsis, & cuilibet ipsorum visum fuerit: Et quod possint substitutos ab eis removere, & alios de novo creare, prout eis, & cuilibet ipsorum placebit. Promittentes omni futuro tempore ipsi RR. Constituentes habere rata, grata, & firma, omne totum, & quidquid per dictos suos Procuratores, & substituendos ab eis fuerit in tali causa actum, gestum, & procuratum; Et volentes jam dictos suos Procuratores, & substituendos ab eis relevare ab onere satisfaciendi pro eis, fidejusserunt, & satisfecerunt de rato habendo, de judicio justo, & de judicato solvendo, & de omni alia . . . . . ad quam dicti Procuratores & substituendi ab eis forte tenerentur sub obligatione bonorum jam dicti Monasterii, mobilium, & stabilium. Et proinde præfati RR. Constituentes in pectore uraverunt more Religiosorum; & voluerunt dicti Domini . . . . . quod de præmissis omnibus . . . . . fieri possit, & debeat per me Notarium supradictum, unum duo, & plura . . . Instrumenta, eadem continentia in effectu, & substantia veritatis ad futuram rei memoriam, & cautelam omnium, & singulorum, quorum, & cujus inde interest, intererit, aut interesse poterit in futurum. Unde ad futuram rei memoriam, ac omnium, & singulorum, quorum & cujus inde interest, intererit, aut interesse potuerit certitudinem, & cautelam, ac plenam fidem factum est exinde de præmissis omnibus hoc præfens publicum Procurationis instrumentum per manus meas Notarii supradicti signo meo solito signatum, subscriptumque subscriptione mei qui supra iudicis, & nostrum, & subscriptorum testium subscriptionibus roboratum. Quod scripsi ego præfatus Petrus Letastus publicus Notarius, qui præmissis omnibus rogatus, & requisitus interfui, ipsumque meo solito, & consueto signo signavi.

\* Ego Petrus Cola Donadeo de Casali Serræ iudex ad contractus qui supra manu propria me subscripsi, meoque solito signo signavi.

Io Alberico Siculo fui presentem. T.

Ego Fran. Fluvialis fui presentem.

Ego Joannes Baptista Crispus testor.

Ego Pandulphus Crispus interfui testis.

Reve-



## XXII.

Rev. P. D. Theodorici Loher a Stratis Colonienſis Do-  
mus Profeſſi, ac Vicarii ad Henricum Angliæ Re-  
gem, cui enarrationes in Evangelia B. Dionyſii  
dedicat (1).

*Ad ann. 1532.*

Sereniſſimo atque Inviſtiſſimo Anglorum Regi Henrico ejus nominis VIII. Theo-  
doricus Loher a Stratis præclaræ Cartuſienſium Domus in Colonia Agrippina  
humilis Vicarius S. P. D.

**M**aximopere me duxi facturum, Sereniſſime Rex Henrice, atque Chriſti athle-  
ta inviſtiſſime, ſi lucidiſſimas, ac plane divinas in quatuor Evangelistas  
Dionyſii noſtri enarrationes Regiæ tuæ Celſitudini periculofis hiſce temporibus, cum  
omni, qua decet reverentia, atque honore dedicarem. Sic enim placuit ( nec id  
quidem indecenter ) Venerabili, ac Religioſo Patri D. Petro Blomenvennæ Lei-  
denſi, digniſſimo Cartuſianæ noſtræ Domus S. Barbaræ in Colonia Priori, ac prin-  
cipali Provinc. Rheni Viſitatori, cæterisque Conſratribus noſtris, tum Regiæ tuæ  
Majeſtati, tum reliquis omnibus catholicæ fidei Principibus in Chriſto deditiſſimis.  
Et quid mirum? Scriptis enim tuis, in quibus de Sacramentis agitur, dilataſti  
gloriam populo tuo, & ante annos aliquot induiſti te lorica doctrinæ catholicæ  
ſicut gigas; ſuccinxiſti quoque & lumbos tuos arma Scripturæ bellica in diſputa-  
tionum præliis contra hæreticos, & protexiſti Servatoris noſtri caſtra gladio erudi-  
tionis tuæ. Similis inſuper Leoni factus es Evangelico, & ſicut miſticus Leonis  
catulus e cælo in terram miſſus in venatione perfidorum. Perſecutus enim es ini-  
quos in Regno tuo, eoſque perſcrutans, qui populum tuum fidelem condemnatis  
quibuſdam hæreſibus nequiter conturbabant. Tuæ igitur Regiæ Celſitudini tam præ-  
claras Dionyſii noſtri enarrationes non immerito nuncupamus, vel ex eo etiam  
argumento, quod dignæ ſint propter quas vadimonium quam rectiſſime relinquatur.  
Præterea ſi S. Willefridus Epicoſopus iſtic Eboracenſis libros quatuor Evangeliorum,  
aureis litteris ( ut Beda refert ) conſcribi voluit, atque pretioſis ſubinde amicire  
chlamydulis, quid non faciet hac in re ſingularis tuæ Majeſtatis prudentia? Ipſe  
enim Dionyſius fortitudine S. Spiritus indutus veteres enervans hæreticos Chriſti  
doctrinam luce lucidius declarat, nihilque, quod ad rem facit, nobis intentatum  
relinquit. In hiſce quidem enarrationibus mens noſtra vegetatur, elocutio divini-  
tus expolitur, ſupellex arcanorum cæleſtium copioſiſſima comparatur. In hiſ quo-  
que animus omnium noſter gravioribus eſt exuendus curis, litteris etiam demulcen-  
dus ſacrationibus, & delitiis quotidie refovendus nunquam perituris. Sunt præter  
hæc in Dionyſio noſtro, prudentiæ oculus, libra juſtitæ, fortitudinis ſedes, regu-  
la temperantiæ, honeſtatis exemplar, charitatis ſplendor, fons gratiarum, bonorum  
ſpes, refugium innocentum, præſidium miſerorum, nec minus Philoſophorum,  
quam Theologorum ſacrarium. Porro per hunc ſanctum virum Spiritus Domini  
locutus eſt, cujus & ſermo per linguam ejus. In hoc inquam viro vapor quidam  
fuit virtutis Dei, & emanatio quædam claritatis ejuſdem cum candore etiam lucis  
æternæ. Nec mirum. Nam omnia, quæ ſcripſit idem ipſe Dionyſius noſter, ex  
ore prodierunt Altiffimi, eorumque virtus in magna divinorum chariſmatum abun-  
dantia, ad extremum præculdubio terræ diffundetur. Et ne longum faciam, hic  
nunquam acquievit carni, aut ſanguini, ſed in eo fuit plena privati amoris extin-  
ctio, & divini dumtaxat pura, ardenſque affectio. Quapropter oramus, atque ob-  
ſecramus Regiam Majeſtatem tuam in Chriſto Jeſu, ut hæſce D. Dionyſii elucu-  
bra-

Tom. X.

1

bra-

(1) Legitur præfixa Tom. 1. Quatuor Evan-  
geliorum Enarration. Dom. Dionyſii Cartuſ. Pa-  
riſiſ an. 1542. impreſſ.

brationes boni consulat, & Venerabilem nostri Ordinis Patrem F. Joannem Batmonsonum Cœnobii Annunciationis B. Virginis Mariæ prope Londinum Priorem, ad Arnoldum Birlzman bibliopolam Coloniensem, qui Dionysii opera apud Britannos in precio esse testantur, commendatos sibi in tutelam suscipere non recuset. Valeat eadem Regia tua Celsitudo feliciter. Coloniae ex sacris nostris ædibus Anno Domini MDXXXII. pridie Idus Martias.

---

## XXIII.

Ex Epistola Rever. P. D. Petri Leidenfis cognomento Bloemenvennæ (1) ad quemdam suum amicum, cui quæ ipsemet scripserat, confidenter aperit.

*Ad ann. 1532.*

**A**gnoscat tua prudentia, Frater in Christo carissime, opuscula pauca modicaque quæ edidi, sine meo nomine prodisse, ut est liber, quem Candelam nuncupavi, quem secundo auxi, & recognovi. Et alius, quem de effusione cordis inscripsi. Necnon & ille prologus, quem præposui libro D. Henrici Harphii, ex vulgari in latinam linguam a me in simplicissimo idiomate translato, eo quod verbum e verbo pressius posui. Cum vero reprehenderent me amici, quod nomen meum subticuissim, permisi, ut alii apponerent; quod & fecerunt in libro Directorii parvi contemplativorum, & in præsentis isto Enchiridio. Edidi etiam vitam S. Brunonis initiatoris Ordinis Cartusienfis, & Sermonem de eodem a me declamatum in Capitulo nostro Generali sine titulo nominis mei. Si in hoc peccavi, ignosce mihi &c.

---

## XXIV.

R. P. Petri Blomenvennæ Leydenfis, Cartusiæ Coloniensis Prioris, & Prov. Rheni Visitatoris  
Dedicatoria (2).

*Ad ann. 1532.*

Inviçtissimo, Potentissimo, ac Catholico Principi Carolo V. divina Providentia Romanorum Imperatori semper Augusto &c. F. Petrus Blomenvenna Leydenfis Holland. Cartusienfis in Colonia Prior, & circa Rhenum Visitator, se, Ordinemque suum commendat.

**S**I Christianæ Religioni unquam resuscitandæ, aut non conculcandæ penitus spes ulla fuit (quæ aliquot nunc annis, hæresum, sectarum, dissidiorum, dogmatum impiorum, ad hæc calamitatum, & persecutionum adversitatibus non leviter concussa vexatur) vel nunc maxima esse debet, quando Majestas tua potentissima termaximeque catholica ex Hispaniis nobis desideratissima rediit. Didicimus vel fero omnes, quantum divæ memoriæ Avus tuus, quantum cæteri longo Stemmate Pro-

(1) Extat impressa in prospectu opusculi de Sacram. Altaris seu Enchiridii Sacerdotum, Coloniae typis dat. apud Joann. Dorstium an. 1532.

(2) Legitur præfixa Tom. X. Oper. Minorum Dom. Dionysii Cartusiani Coloniae impressor. apud Joannem Soter anno MDXXII.

Progenitores tui Imperatores, quantum postremo præ omnibus Majestas tua præfens contulerit tum paci tum unitati, quando vel modica tuæ Serenitatis abstractione tota mox Germana sectarum, & dogmatum impietatibus est obscurata. Paucis licet annis tua nobis abfuerit Celsitudo, sedimus tamen interea perinde ac in captivitate, & regione umbræ mortis constituti, quibus quotquot Ecclesiæ Apostolicæ ritus observamus, quotquot antiquissimorum, ac orthodoxæ fidei dogmata sectamur, quotquot denique M. T. obtemperamus edictis, vix licuit palam progredi. Quandoquidem tantis irrisionibus, ac persecutionibus circumdabamur, quasi quisquis piissimo se Imperatori in fide conformaret, aut quisquis Patrum Sanctorum placita ab Apostolorum temporibus huc ad nos manantia custodiret, impius foret censendus, & hostis. Hæc autem ab iis perpeffi sumus, qui damnatas olim hæreses conati sunt restitueri: qui Ecclesiæ, Conciliorum, atque veterum tum dogmata tum statuta abjeceunt: qui Pontificis denique Romani jurisdictionem, & subinde M. T. edicta contempserunt, cum ne umbram quidem sanctimoniam ipsi habeant Sanctorum PP., quorum sententias, ac instituta abrogare moliantur. Et licet utcumque foret tolerandum, ubi in seipsis tantum essent impii, (si tamen a Christianissimo Imperatore Dei injuria vel levis tolerari debet) si non etiam aliquos ad pestifera dogmata, execrandasque impietates, quibus quæcumque pia temerant, vel illicerent, vel minis, & persecutionibus urgerent. Itaque cum omni ex parte post Deum, in te uno tuendæ Ecclesiæ, fideique servandæ spes nobis relicta sit, quippe cui summa rerum a Deo est commissa, & dexteritas etiam genuina excellentissime indita, tibi que saveant superi, tremat potentiam tuam universa terra: postremo picrum omnium in te spectant corda, hoc unum præstolantium, hoc maxime a Deo precantium, ut per Te Ecclesiæ restituat unitatem fidei, incorruptionem, integritatemque morum, pacisque tranquillitatem. A quo enim alio hoc quæso in terris foret sperandum, si a tua nobis Majestate hoc non contingat? Nam quis impensius hodie Religioni favet? Quis Ecclesiæ placitis devotius obtemperat? Quis leges cum divinas tum humanas custodit integrius? Quis fortius potentiusque eas tuetur? Aut quis, quæ hominum sunt sapientius discernit, justiusque judicat, atque T. M. ? Sensit hoc vel communis omnium hostis, qui tot adversitatibus, tot incommodis, tot hostium insidiis, tantisque præliis tentavit a fidei negotiis animum tuum remorari: quamvis non potuerit efficere, quin Ecclesiæ, & Fidei curam, omniumque regnorum tuorum curis anteferres. Propterea etiam quod certum est, Angelis suis Deus mandavit de Te, ut custodiant Te in omnibus viis tuis: excitans etiam piorum mentes, & mandans, ut pro te orent, qui unus pro omnibus, omniumque salute, & maxime, ut Dei cultus honorque non intreat, desudas. Dedit tibi Deus victorias hostium non paucas, tanquam speciosas, quam gloria plenas: quibus tamen haudquaquam elatus, non tibi sed illi, qui dedit triumphos instituiti. Eripuit te non semel a nece tibi meditata, nec a paucis hæreticorum dolis, ne circumveniri posses, immunem servavit. Nam & in Principum Comitibus, & in Imperii cæteris vel edictis, vel sanctionibus, ita se tua gessit Majestas, ut ne exiguam quidem Serenitatis tuæ fulgor nebulam admitteret. Nemo tam charus amicus, nemo tam ferus hostis, quem in fidei, aut justitiæ respexeris negotio. Et licet ingens omnium semper hæreticorum fuerit studium, suis pestiferis dogmatibus, longe lateque mundum inficere, idque acriter moliri, quo reges suorum dogmatum depravarent contagionibus (quando facile hinc subditos, aut seduci aut cogi posse arbitrantur, ut ab orthodoxorum communione desciscant, postquam capita, rectoresque illis redderent corruptos) nullæ tamen te fraudes circumvenire potuerunt, quin vel impiorum technas perspiceres, vel insidias caveres. Arriana hæresis olim totum cito pervasit orbem: quandoquidem illi, qui Fidei maxime debebant opitulari, ab ejus integritate primi deficiebant. Non ignorabant hæc nostri quoque hæretici haud parum feliciter putantes suam navare operam, dum nonnullos Principes eo dementarunt, ut a se, suisque subditis pietatem prorsus omnem profigarent. Verum nihil adeo illos male habuit, quam quod Imperatorem haberent germane Christianum. Sed quid non subvertere quærit humana temeritas? Nihil non tentatum est, licet omnia frustra, ut orbis universi Princeps invictissimus, pro pudor! in apostatæ verba juraret Lutheri. Multo revera, varioque conatu impiorum desudarunt ingenia, quo syncerissimum juxta ac potentissimum suis te laqueis potuissent irretire. At fidei castitate pariter ac prudentia quam multos vel Ecclesiasticos superasti! Non pectus in te offenderunt harundineum, quod molli cederet vento, aut quod ad auræ flatum quemlibet huc, illucque flecteretur: quin potius, quod optimo Principe, & præcipue Imperatore dignif-

gnissimum est, consultantem, maximopere enitentem, quod alii quoque vel incorrupti ab hac labe maneant, aut qui seducti sunt, queat revocari. Pro hac re jam pridem regna, & delicias, & corporis quietem posthulisti, nec viribus, nec opibus parcens. Cujus animum, cujus edicta, conatus atque sudores, & si non pari, quo debuissent honore, Principum plerique veneratisunt, id tamen hac tua pietate factum est, ut vel non quantum velint liceat imiis debacchari. Unde sacre huic devotioni propemodum soli acceptum referimus quod in universum omnia non possum eant, quippe qui non minus orationibus ac jejuniis mundum propugnans, quam armis; atque unus propterea ad exterminandum Amalechitas, & Moyse, & Josue partes agis. Fecerunt hoc idem olim iissimi quoque Principes Constantinus, Theodosius, Carolus, reliquique avi tui, quorum tu scepra nunc gerens, ut non minor potentia, ita nec inferior es virtute, ac pietate. Atque utinam cuncti id Principes imitarentur, qui non modo patram, verum etiam bona omnia, atque adeo corpus, & vitam, pro Fidei, pro Deo legibus, pro obedientia Ecclesie, pro dogmatum, & sectarum impiarum extirpatione, & ad extremum pro justitie incolunitate deberent exponere. Quod cum ad omnes, precipue tamen ad Ecclesiasticos pertinet: quibus vel ideo opes ditioresque terrene, potentia, quoque & judicia profana sunt admissa, ut pro Christo, eadem, simulque omnia administrarent. Verum quotus est hodie illorum, qui zelo Domus Dei accensus, vel aureum nummum (non a subjectis extortum), ne dicam corporis salutem, pro Christo pro reducendis ovibus, aut pro fide non temeranda, proque incorruptis moribus restituendis exponeret? paratus interim pro gloria terrena, aut in profanos usus (pene dixerim luxus) omnia profundere. Verum si desunt Principes, si minus Ecclesie proceres atque Antistites, Imperatori vigilantissimo assistant, non dormiunt tamen alii tum pii, tum docti; qui cum piissimo juxta, ac maxime Catholico Imperatori ad pugnam egressi, prava hereticorum dogmata, vel orationum, vel lucubrationum telis confodiunt. Prodiit enim factio illa jam pridem sub Principe & Antesignano suo Luthero in campum, quae fidei puritatem, Ecclesie obedientiam, caeremoniarum devotionem, rituum Ecclesiasticorum, pietatem, sobrietatem, orationes, jejunia, atque adeo castitatem, et quidquid aut carni adversatur, aut spiritum roborat, expugnare, prosternere, contaminare, vastare satagit, ac demoliri: Idque nomine Evangelii machinans, quasi Evangelium sit (quod apud eos esse constat) quidquid honestati ac virtuti adversatur. Unde cum nihil minus sint quam Evangelici, sine fronte tamen indigne sibi hoc nomen usurpant: idque tanto jactantius, quanto sine virtutum operibus Evangelii nomen solo in ore circumferunt. Multa de spiritu loquuntur, cum opera eorum sint in carne. Et quamvis eorum vita omnino ex diametro cum Dei verbo pugnet, ubique tamen etiam si detrahant, si mordeant, si moveant seditionem, aut rebellionem: si denique scripturae & verbo, & sensum corrumpant, audent quidquid garriunt Dei verbum nominare: hoc solo (quoniam nihil boni agere apud ipsos sanctitas est) omnibus insigniores, quod vita eorum eos flagitiosos, sceleratissimos, apostatas, adulteros, et omni opere malo plenos loquitur. Qua enim versutia alia congruentiori Sanctorum PP. calumniari possent vitam, quos aut martyrii, aut miraculorum gloria olim Deus dignatus est, quorumque placita ac sententiae ab Ecclesia sunt receptae, quam (ut Sanctorum, quos imitari nolunt gloriae detrahant) dicere nullum esse liberum arbitrium, nulla merita, nulla bona opera ad salutem homini necessaria, ne SS. PP. videantur ipsi inferiores, cum ab omni opere bono egregie vacui, omnique virtute sint nudati, et a Spiritu Dei prorsus alieni? Quamvis non parum jactitent se spiritum habere, licet non eum fortasse, qui super jejunantes, et orantes Apostolos requievit. Contra hos, inquam, Serenissime Imperator tecum multi tuis sunt in Castris pro Domo Dei excubias servantes, qui carnem illorum impietatem versutaque ingenia quibus verbo Dei, et mendacia, et detractiones juxta commiscunt, potenter fregerunt. Et nos quoque postquam proprio Marte pugnare desivimus, vigilantissimum, pugilem, optimisque armis instructum, et omni pugnandi arte non minus invictum, quam eruditum in fidei castra jam nuper educere coepimus. Cujus scripta cum Evangelio tum Patribus, quotquot in Ecclesia fuere receptissimi, adamus omnia quadrant. Hic Lutherum, necdum cognitum, omneque illius germen pestiferum inde enatum olim prostravit. Hujus vita quoque, et eruditio sancta (Dionysium illum loquor Cartusianum) consentiunt: in quibus nihil aliud, atque puritas, integritas, pietas, et sanctimonia cernitur. Comitata sunt virum hunc, dum vita hac mortali fungeretur, praestantia atque divina opera, nunquam deseruerunt contemplationes mysticae; et ad horas multas in extasim saepenumero raptum, revelatio divina de hisce malis temporibus, aliisque variis

variis erudit. Hunc igitur, quo post B. Augustinum non habet Ecclesia, qui piura scripsit opulentior, castris tuis (quæ pro fide, pro Ecclesia, pro iustitia, pro Deo militant) adjicimus: ejus libros omnes, quorum aliquot jam e prælo, nostra sunt opera evulgati T. M. dedicantes: præcipue tamen alterum Operum minorum Tomum, quem in manibus modo tractamus, in quo insunt: De lumine Christianæ Theoriæ, sive de Divina essentia libri duo: qui de summo omnium loquuntur opifice; cujus tu ordinatione Imperii universi Princeps existis: Creaturarum insuper in Ordine ad Deum consideratio Theologica liber unus: De laudibus Dei Liber unus: De venustate Mundi, et pulchritudine Dei liber unus: De præconio, et dignitate Beatissimæ Virginis ac Matris Mariæ (quam non minus colis quam amas, etiamsi illa rumpantur hæreticis) Libri quatuor: De vita, et regimine Principum, Libri tres: De vita, et regimine Principissæ Dialogus unus: Directorium vitæ nobilium Liber unus: De vita militari Liber unus: De laudabili vita conjugatorum Liber unus: De justo pretio rerum Dialogus unus: De regimine Politicæ Liber unus: De laudabili vita virginali Liber unus: De laudabili vita viduarum Liber unus: Contra avaritiam Epistola una: Inter Jesum, et senem Dialogus unus: De judicio mortis, et variis casibus ejus elegia una: Inter Jesum, & puerum, Dialogus unus: Epistola revelationem quamdam continens, uua: De reformatione monialium Liber unus: De modo corripiendi, & judicandi, Liber unus: De exemplis, et documentis auth. Liber unus: De Præconio, sive laude Ordinis Cartusienfis Liber unus: De vita inclufarum Liber unus: De laude, et recommendatione vitæ solitariæ Liber unus: De vita, et fine solitarij Libri duo: De remediis tentationum liber unus: De via purgativa Liber unus: De oratione Liber unus: De gaudio spiritali, et pace interna Libri duo: Quos omnes, quoniam varios mundi status, quorum reformationi, et M. T. intendit, probe, hoc est, quemlibet ad suæ institutionis finem erudiunt, M. T. potissimum nuncupandos ideo decrevimus, vel quod manu tenens omnes, omnibus tu imperas: vel quod Ecclesiæ reformationem, quam T. M. summopere quærit, hoc est vitæ integritatem, abunde docent: ut tuo, qui in terris divina tueris, et humana, patrocinio fulciantur. Et quamquam M. T. ut par est omnes Dionysii libros, quod dixi, offerimus, nihil tamen eidem credimus derogari, si vel separatim aliis quoque, hoc cuivis unam lucubrationem, aut librum dedicemus. M. T. nostram commendamus Religionem Cartusianam, atque utinam Deus opt. Max qui te ut alterum David elegit, virum secundum cor suum, diu nobis servet incolumen, perpetuoque faciat felicem.

## XXV.

Executoriales litteræ Regiæ Audientiæ Calabriae aliarum Regiarum, & Proregis Neapolis litterarum super nova reintegratione bonorum pro Monasterio SS. Stephani, & Brunonis de Nemore (1).

*Ad ann. 1532.*

Carolus V. Romanorum Imperator semper Augustus Rex German. Et Joanna Mater, et idem Carolus ejus Filius Reges Castellæ, Aragonum, utriusque Siciliae Hierusalem Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ etc.

**D**On Petrus De Mendoza Regius Confiliarius, armorumque Capitaneus, et in Provinciis Calabriae Gubernator Generalis Magnificis Viris J. U. D. Garetto de Olivetis, Nicolao Angelo de Amicis, et Matteo de Rigio, et cuilibet vestrorum  
Tom. X. m rum

(1) Extat in Archivo Carrusæ Sanct. Stephani, & Brunonis de Nemore in Ulteriori Calabria.

rum in solidum fidelibus Regiis nobis Carissimis. Novamente per parte de li Reverendi Priore, et Venerabili Monachi del Monasterio de S. Stefano del Bosco Ordinis Cartusienfium, Ce sonno state presentate lettere patenti de la Cesarea Maestà sopra la reintegracione de le robbe del ditto Monasterio, con le exequutoriali dell' Illustrissimo, et Reverendissimo Signore Vicerè del Regno, ad voi, e ciascuno in solidum commesse, expedite Neap. sub die VII. mensis Junii 1531. Con un' altra Lettera de soa Signoria Illustrissima, puro ad voi diretta, su la quale se declara, che non ostante che la data de vostra Commessione sia stata fatta dopo el termine prefisso ala presentatione de quella possiati, e ciascuno di voi possa exeguir ditta reintegracione conforme al tenor de la preditta commessione, & lettere Exequutoriali. Et ce e stato supplicato; volessimo expedir le altre exequutoriali de questa Regia Audientia, perche con effetto possiate, e ciascheduno di voi possa attender ala ditta reintegracione, come debitamente se deve: Et volendomo Noi exeguir quanto soa Signoria Illustrissima ordina ve dicimo, & ad ciascuno de voi in solidum ordinamo, & comandamo, che inspetta la forma de le Provisioni de soa Maestà, & exequutoriali del prefato Illustrissimo Signore Vicerè, & in forma commissionis a voi dirette, & commesse debeati circa la ditta reintegracione ad omne instantia del preditto Reverendo Priore exeguir ad unguem, juxta la loro continentia, & tenore. Perche tenore presentis dicimo, ordinamo & comandamo ad tutti & singuli Baroni, di qualsivoglia Titolo, auctorità & dignitate siano, Regii, & loro Officiali Maggiori, & Minori, Sindici, Mastri jurati, Università, & huomini de qualsivoglia Città, Terra, & loco, tanto demaniali, como de ipsi Baroni, & ad omne altra persona, che la presente spetterà, & sera presentata che circa l' exequutione de le cose prefate ve debeano dare, ed a ciascuno de voi in solidum tutto lo ayuto, & favore necessario, & opportuno. Così come per voi loro sera ricercato, provedendove de stanza, frame, & lecto gratis, & de omne altra cosa necessaria, competenti Salario mediante. E non fazzano il contrario per quanto hanno cara la gratia de sua Maestà, & pena de docati mille desiderano evitare. Datum Cosentia V. Januarii MDXXXII.

V. Pom. de Novellib. Actuarius

D. Petrus de Mendoza.  
Adest Sigillum.

Dominus Gubernator mandavit mihi  
Cesari Passacqua Scrib.

## XXVI.

Provisiones Regii Collateralis Consilii pro Monasterio  
S. Stephani de Nemore, super prorogatione ter-  
mini ad reintegrationem bonorum ipsius Mo-  
nasterii exequendam juxta formam Regia-  
rum litterarum (1).

Ad ann. 1532.

Magnifico Viri Nicolao Angelo de Admictis J. U. D. Regio Commissario Fideli  
dilectissimum.

*Carolus V. Romanorum Imperator semper Augustus Rex Germaniæ: Joanna Mater  
eodem Carolus ejus Filius Reges Castellæ, Aragoniæ, utriusque Siciliæ  
Hierusalem, Hungariæ, Dalmatiæ, Croatia &c.*

**M**agnifice Vir Regie Fidelis dilecte. Per parte deli Venerabili Priore, & Monaci del Venerabile Monasterio de Sancto Stephano de lo Bosco Ordinis Cartusien. de la Provincia de Calabria n' e stato presentato memoriale del tenor seguente, videlicet: Illustrissimo Signore: Exponitur reverenter, & humiliter supplicatur pro parte Reverendi Prioris, & Monachorum sacri Monasterii S. Stephani de Bosco Uterioris Prov. Calabriae Ordinis Cartusien materna lingua sic dicentium: Como havendono ipsi supplicanti ottenuto Provisione, & commissione de la Cesarea Maestà de la reintegratione delle robbe, occupate, & indebite alienate da diverse persone, & diverse, publico Inventario de robbe del dicto Monasterio, ed essendono stati eletti li Commissarii per vigore delle dicte Provisioni de la Cesarea Maestà per la quale fu ordinato, che dicta reintegratione se abbia da expedire infra termino de uno anno, computando dal di della presentazione de dicte Commissioni & dicto Commissario fatta; Et così essendo stata presentata dicta commissione al Commissario eletto in dicte Commissioni; contento per dicto Commissario, se ha proceduto, & al presente procede in dicta Commissione juxta la forma ad ipso commissa. E perche per alcuni contra li quali se ei mota, & ei da moverse lite per ipsi supplicanti, che teneno delle robbe del dicto Monasterio azoche se passe el termino del dicto anno, & dicta reintegratione reste incompleta, sono state opposte alcuni frivole exceptioni, & maxime allegando cause de suspitioni, & incompetentia, tanto contra personam judicis, quam rescripti. Et questo indebite, & contra veritatem, ma solum per calumniare; & dilatare ad hoc, ut annus dicte instantiæ fluat, & transeat. Et perche ancora per la multitudi delle Cause da expedirsinose per dicto Commissario, quale cause sono quasi per totam Provinciam Calabriae; & ancora per la infirmità occorse al dicto Commissario, con difficultà non si potrà expedire dicta reintegratione infra dicto termino de uno anno; supplicano V. S. Illustrissima, se digne ordinare al ditto Regio Commissario, de dicta reintegratione, che abbia da procedere in la reintegratione de quella, & expeditione, secondo che la justitia permette, propulsis, & rejectis dictis frivolis suspitionibus, exceptionibus, & appellationibus allegatis, & forsitan allegandis per esserno frivole, & contra ragione allegate. Et per essere in causa extraordinaria reintegrationis, in qua procedi debet sola facti veritate inspecta, summarie, simpliciter, & de plano, sine strepitu, forma, figuraque judicii, secundo in dicte Regie Commissionali lettere si contiene. Et attenta causarum multitudi-  
ne, & dicto impedimento dicte infirmitatis, quæ jam præcessit, V. S. Illustrissima se digne ultra dicto anno computando a die præsentationis dicte Commissionis præsentatæ dicto Commissarin se digne prorogare dicto termino de uno anno, in quattro altri mesi più del dicto anno, azoche ipso Commissario con fa-  
cili-

(1) Ex originali in Cartario præfatæ Domus Sanctorum in Calabria Uteriori existen.

cilrà possa auditis partibus fare la justitia ad chi l' have , & complire la dicta reintegratione , et alias super præmissis de opportuno juris remedio providere omni meliori modo , videns &c. Noi intesa dicta expositione , et attesa le cause predictæ sicut remasti contenti , sicome per la presente ne contentamo de prorogare sicome prorogamo dicto termino duraturo per altri quattro mesi da poi passato lo anno contento , et annotato in le loro provisioni de reintegratione non possasi procedere in le cause comenzate , tamen et non aliter . Per questo ve dicimo , commettimo , & ordinamo , che debeati così exeguire , et non altramente per quanto haviti carà la gratia della Cesarea Maestà et ad pena de mille ducati etc. Datum in Castello novo Neap. Die XVI. Septemb. MDXXXII. D. Pietro V.-- V. de Colle R.-- Vidi Joffredus R.-- S. Bernar. Marchianus Scrib.

## XXVII.

R. P. Petri Blomenvennæ ad Reverendissimum Dominum Hermannum de Weda Colonien. Archiepiscopum Dedicatoria Epistola (1) : qua se suamque S. Barbaræ Cartusiam illi commendans, Enarrationes in Epistolas, & Evangelia Dominicalia D. Dionysii Cartusiani ei nuncupat.

*Ad ann. 1533.*

Reverendissimo in Cristo Patri, Illustrissimoque Principi, ac Domino D. Hermanno de Weda Sanctæ Colonienfis Ecclesiæ Archiepiscopo, Sacri Romani Imperii per Italiam Archicancellario Principi Electori, Legatoque nato, Padebornensi quoque Ecclesiæ Administratori, Westphaliæ, et Angariæ Duci etc. Domino suo clementissimo F. Petrus Blomenvenna Leyden. Cartusiarum Colonien. Prior, et circa Renum Visitator sese, & Monasterium suum commendat.

Quum nullus ante te fuerit Episcoporum Reverendissime Pater, quorum Tu Cathedram tenes, qui erga Monasterium nostrum non singulari affectus sit pietate, idque propterea, aut quia Episcoporum est Religionem amare, aut quia Monasterii hujus nostri olim fundator extitit Archiepiscopus Colonien. Quum, inquam illorum (ut dixit) fuerit nemo, qui non magis Pater quam Dominus a nobis coli maluerit, nos in omnes veneratione, dilectione, ac observantia proni, non aliter pro illis, atque pro Patribus filii etiamnum orantes, Altissimo jure orationum offerimus holocaustum. Hæc non idcirco insinuamus gratiæ tuæ Reverendissime Pater, quod minus, aut benevolentiæ aut favoris, tibi, quam Antecessoribus tuis acceptum referamus, quippe qui erga nos semper clementissimus multos etiam superiorum Patrum exsuperasti: sed ut quam singulari majorique erga R. P. T. dilectione, quam dici queat simus capti, gratiam tuam non lateat. Quare ut filiorum amantium, id unum oramus, ne subdola cujuscumque interveniente lingua quod in aliis Principum nonnunquam assolet, a tua gratia, tuave dilectione efficiamur alieni, minusque habeamur commendati. Quod sane tristissimum foret, utpote filiis, erga dilectissimum tantumque Patrem. Laudes tuas ac beneficia omnibus evulgari, tuæque in nos merita, noster erga Te (hoc est filiorum erga Patrem) exposceret zelus, ac devotio, nisi hæc tanta forent, ut mox ubi inciperemus, aut vires nobis succumberent, aut deficeret tempus. Quo circa ne diu R. P. T. moremur, clementiam in te unam efferimus, quam cum in omnes, tum in suditos præcipue manifestas, quos tanta pace, et tranquillitate gubernare non de-

(1) Extat impressa in fronte Operis Enarrationum supradictarum edit. Coloniarum apud Petr. Quentell. an. 342.



definis , ut non immerito Princeps pacis dici queas . Permulta sunt , quæ revera Principem ornant , licet non eadem omnia Ecclesiasticum . Porro clementiam , qua tu enites , nemo est , qui non probet , qui non cupiat , qui non exoptet . Quis hanc in Principe non dicat laudatissimam , quis in Episcopo non ducat exosculandam ? Hæc virtute tua nescio profecto quis antecessorum tuorum te potuerit superare , adeo benigne recipis omnes , audis , affaris , nemini non dulcis ac mitis . Præterea hic quod subditorum tuorum quorundam infidelitatem , atque seditionem , hæreticorum quoque impietatem adeo prudenter castigasti , adeoque prudenter in errantes animadvertisti , ut illismagis libeat in te amare Clementiam , quam formidare potestatem , imo liberius Patri obediant amanti , quam obtemperent dure ferienti . Itaque quod alii igne , & gladio , tu ut patriam ab hæreticis serves immunem , dum id fieri visum est , clementiori facis animadversione . Unde nunc Reverendissime Pater , quam non poenitendo consilio factum sit , quod olim a tot Comitibus in Dominum , in Principem , in Tutorem ac Patrem patriæ sis optatus . Sentiebatur nimirum tunc haud parum profutura modestia , benignitas , humanitas , atque prudentia tua , quam sibi in dominum tot proceres unamini consilio deligebant . Nec ipsos sane fecellit opinio . Siquidem animi integritate , mansuetudine , et id genus reliquis dotibus Dioecesium ita gubernasti , ut a nemine ( quod optimi est principis , pietissimique Episcopi ) non ameris . Nemo bonus tibi mortem ( quod tyrannis quibusdam usu venit ) optavit unquam . Atque utinam possemus te semper servare immortalem ! Qua propter cum haud secus atque Patrem , nec nimis quam filii te amemus omnes , gratulamur haud vulgariter pietati tuæ , atque a cunctis te amari impendio lætamur . Nihil nobis tristius tua posset morte nuntiari , pro cuius salute incolumitateque preces Deo mittimus indefinenter . Itaque laudent alii potentiam , alii divitias commendent , nonnulli mirentur dignitatum insulas , alii stemmatum prædicent antiquitatem , nos clementiam in te efferimus solam . Hæc enim dulcissima est subditis , hæc Prælatos ornat maxime , hac a bellis distamus . Quid enim in principe turpius quid magis habeatur exosum , præsertim in Episcopo , quam tyrannus , vel crudelitas ? Hanc execrantur omnes , præsertim cum adeo nobilis sit creatura homo , adeo præstans , ut modestia , mansuetudine , atque clementia , et libentius regi , et suavius duci malit , quam austeritate . Itaque cum ad gloriam tuam nihil virtutum harum R. P. T. desit , amas , custodis , et propugnans subditorum tranquillitatem , patriæ pacem , vicinorumque amicitiam . Ceterum nos interim ad decus tuum perpetuum , nostræque fidei erga te monumentum , cum aliud nequeamus , has Dionysii nostri , viri cum primis , et doctissimi et Deo devotissimi , lucubrationes in Epistolas , et Evangelia , atque ejusdem de tempore Sermones , sacræ Scripturæ auctoritate refertos , Reverendissimæ amplitudine , tuæ dicamus . Nam quod Monasterii nostri Pater , tutor , atque fundator es , quid mirum si studiorum quoque nostrorum sis patronus ? Congruere autem maxime patamus Reverendissimæ P. T. quæ pastores , et Rectores , tum doctos , et idoneos , tum per seipso residentes , singulis Ecclesiis præfici jam pridem mandaverat Dionysii nostri in Epistolas , et Evangelia ( quos scripsit varios ) sermonibus patrocinari : quippe qui nihil nisi pium , nihil nisi Christianum , nihil denique nisi germane catholicum , imo nihil nisi sacra Scriptura ( quemadmodum feliciter , nec minus copiose citat ) , ubique confirmatum producit , atque genuinum ; quem Spiritus sanctus loquitur , sensum Scripturæ ostendit . Hunc Dioecesis tuæ pastoribus legendum suadeas , juxta hujus elucidationem , sacra Scripturam jubeas prædicari . Hoc si fecerint , segura sit Reverendissima P. T. gregem tibi commissum non aliter , atque pie , et Christiane erudiri , ac plebem tuam sub jugo Domini , sub obedientia tua , in pace , et tranquillitate , quod maxime cupis , dirigi , id confidimus , id rogamus omnes , ut R. P. T. quicquid ditioni tuæ fuerit subiectum , in vera fide quam plantaverunt Apostoli , confirmaverunt Martyres , testati sunt quotquot fuerunt Sancti , confirmes , atque conserves . Quomodo enim ab ea recedemus , aut quomodo relinquemus fidem , quam universa per omnes nationes suscepit Ecclesia ? imo cui Christus per se , per Apostolos , per sanctos Episcopos ( quorum plerique in Cathedra tua sederunt ) signis , et prodigiis testimonium præbuit ? Non deceat parvitatem nostram Reverendissimæ P. T. consulere . Verumtamen quis tacere posset , quod nemini ( proh dolor ! ) non nimis est manifestum ? Ubi cumque enim admissa fuerit hæreticorum damnata perversitas , ibi protinus charitas in Deum , pietas erga pauperes , justitia erga proximos , obedientia , pax , et tranquillitas Populi , et omnes bonæ jacent disciplinæ , multoque enormiores introducunt abusus quam invenerunt , furore , libidine , et egestate omnia miscentes . Nam obganniant licet hæretici , nihil mali habet Ecclesia ( modo usus sit castus , integer , atque

sincerus ) Explodendum, Pia enim et honesta sunt omnia, atque piissime instituta, fiat modo, ut piissime quoque ab omnibus serventur. Corrigantur delicta, tollantur abusus, fides, & Ecclesiae Ritus maneat. Hæc liberius fortasse suggerimus propterea quod ea non ingrata putamus Reverendissimæ P. T. utpote quæ suapte etiam cura, atque vigilantia contra hæreticorum insidias ( quas nullo in loco non moliuntur ) se mirum opponet. Hunc autem idcirco authorem R. P. T. dedicamus, quo consilia pia, catholicamque eruditionem, nihilque non solidum, & Christianum habeas adversus seductores, quæ prædicatoribus Diocesis tuæ administres. Hinc postremo nihil ab hæreticis metuemus, si e regione tantum Episcopum, tantum principem adeptus fuerit patronum. Non tamen solum hunc librum, verum nos quoque multo magis gratiæ tuæ commendamus, optantes ut quemadmodum multis nunc annis Reverendissimam P. T. experti sumus clementissimam, ita hanc in eadem virtute præstantem sentiamus perpetuam, et immortalem. Valeat Reverendissima Paternitas Tua : Ex Cartusia Agrippinen. XVII. Kalend. Februarias Anno a Christo nato MDXXXIII.

XXVIII.

Exemplum Provisionum Domini Proregis Petri de Toledo Neapoli expeditarum (1) quibus declarat, Terminum unius anni concessum in causa reintegrationis, & Inventarii bonorum Cartusie SS. Stephani, & Brunonis de Nemore debere currere a die datæ præsentium, prout inferius legitur.

Ad ann. 1533.

A tergo Magnifico Viro Nicolao Angelo de Amectis Regio Commissario fideli dilecto.

*Inrus ero; Carolos V. Romanorum Imperator semper Augustus Rex Germaniæ, Joanna Mater, & idem Carolus ejus Filius Reges Castellæ, Aragonum, ac utriusque Sicilia, Jerusalem, Ungariæ, Dalmatiæ, Croatiae &c. Magnifice vir Regiæ Fidelis dilecte;*

**A** Noi ey statu presentato memoriale del tenore seguente, videlicet: Illustrissimo Signore - Per parte del Reverendo Priore, et Monaci del Sacro Monasterio de S. Stefano del Boscho de la Provincia de Calabria ultra Ordinis Cartusienis se fa intendere a V. S. Illustrissima S. che avendonno ottenuto lettere Commissionali de la Cesarea Maestà dirette al Reverendo condam Cardinale Colonna allora Locotenente Generale del presente Regno, che eligisse li Commissarii, sopra la reintegrazione de li beni occupati de dicto Monasterio e faro lo Inventario, Et perche in ditti Provisioni de dicta Ces. Maestà, se fa mentione expressa, che dette lettere infra termino de uno anno de lo dii de la data de quelle avanti computando, se faza dicta reintegrazione: Et che lo tempo de quella non se extenda più che per uno anno; Et attenta la moltitudine de le cause predictæ, et la infirmità de de dicto Commessario electo ad instantia de esse Esponenti, per le cause sopradiete le fo prorogato dicto termino de quattro altri mesi ultra dicto anno. Et perche in dicte lettere de la Cesarea Maestà se fa expressa mentione si dicto anno de la potestà prefata concessa alli dicti Commissarii enconmenza a currere dal dii de la presentatione facta al dicto condam Reverendissimo Locumtenente Generale, ovvero de la presentatione, che se fa de dict Provisioni Commissionali a dicto Commissario

(1) Ex authographo in Cartusie Sanctorum Stephani, & Brunonis de Nemore Chartario exister.

fario, per questo ipſi Supplicanti azo che in futurum non naſca alcuno dubio ſopra le cauſe prediſte de Reintegratione. Per queſto ſupplicano V. S. Illuſtriſſima le piazza provedere, et declarare lo anno de la dicta poſteſtà, quando ave da currere, et ordinare a dicto Magnifico Commiſſario, che proceda alla prolatione de la ſentenza diffinitiva in diſte cauſe como ey di juſtitia, ut Deus etc. Noi entefa dicta loro expoſitione volendo debite procedere, ve dicimo, et ordinamo, che en lo cauſa emcomenzate nanti de voi, debeati in quelle procedere, et terminarle juſtitia mediante infra uno anno decurrendo de la data de la preſenti avanti computando, che tale ey noſtra volontà. Non ſando altramente per quanto avete cara la gratia de la Geſarea Maieſtà. Datum in Caſtello -- Novo Neapolis, die Ultimo Martii 1533. D. Petro de Toletto etc. V. de Folle R. -- V. Loffredus. R. V. Sideren. R. Bernardino Martirar. Secret. cc.

## XXIX.

Sententia lata per Regium Commiſſarium U. J. D. D. Nicolaum Angelum de Amectis, in cauſa Reintegrationis, & Inventarii omnium bonorum Monasterii SS. Stephani, & Brunonis de Nemore; pro fide, & legalitate Inventarii, ſive Plateæ publicæ prædictorum bonorum ejuſdem Monasterii (1).

*Ad ann. 1533.*

**C**AROLUS V. Romanorum Imperator ſemper Auguſtus Rex Germaniæ: JOANNA Mater, et idem Carolus filius Reges Caſtellæ, Aragonum, utriuſque Siciliae, Jeruſalem, Dalmatiæ, Croatiæ &c. In Dei Omnipotentis nomine Amen. Univerſis, et ſingulis tam præſentibus, quam futuris pateat quod nos Nicolaus Angelus de Amectis de Civitate Mileti U. J. D. Regius Commiſſarius et Delegatus præfatar. Cæſ. et Catholicarum Maieſtatum, In cauſis reintegrationis, et Inventarii omnium bonorum Sacri Monasterii, & Reverendi Prioris, & Monachorum S. Stefani de Boſcho, ulteriores Provinciæ Calabriæ Ordinis Cartuſienſis, Curiam principalem regentes in dicta Civitate Mileti in domibus noſtris noſtræ ſolitæ reſidentie poſitis intus dictam Civitatem Mileti, confinatis juxta vias publicas, et juxta Domoſ nobilis David Ceraſia vinellæ mediante de præſenti die 21. Februarii Sextæ Indiæ. 1533. Regnantibus in hoc Regno Siciliae citra farum præf. Inviſtiſſimo Domino Carolo, et dicta Catholica Regina Domina Joanna; aſſidentibus nobiſcum Nob. Notario Bartholomæo Levato de Civitate Tabernæ noſtro ordinario Actorum Magiſtro per nos electo, et Deputato, Regia et Apoſt. auctor. publ. Notario; ac etiam Nob. Saluſtio Rectura de Civitate Mileti Reg. auctoritate publico ad contractus judice; Et Nob. Bernabo Spano, Not. Joanne Petro Martiro, Not. Joanne Nicolao Martiro de Caſale Feroleti, ipſis judice, Not. et teſtibus per nos electis in tota præſenti cauſa reintegrationis et Inventarii Reg. auctoritate per nos electis, et deputatis vigore Commiſſionalium literarum per dictas Regias Maieſtates nobiſ Commiſſarum. Unde viſis dictis literis Commiſſionalibus per dictas Maieſtates conceſſis, ac etiam viſis commiſſionalibus, et executorialibus nobiſ commiſſis per Reverendiſſimum Dominum Pompeum Columnam Cardinalem S. Laurentii in Damaso, S. R. E. Cardinalem, et Vice-Cancellarium & in hoc Regno Siciliae Vice-Regem, et Locum tenentem Generalem pro parte dictarum Maieſtatum. Viſis etiam executorialibus literis Illuſtriſſimi Domini D. Petri Gonſales de Mendocia, Gubernatoris Provinciæ Calabriæ; Viſis etiam aliis Literis nobiſ,

(1) Ex Originali in Archivo Domus Sanctorum aſſervato.

nobis directis per Illustrissimum Dominum D. Petrum de Toletto Marchionem Villæ Franchæ, et in hoc Regno in præsentiarum Vicereg. Locum-ten. Generalis præfat. Majest. nobis præsentatis per Venerabilem D. Vincentium Manerium de Terra-nova Procuratorem legitimum R. D. Francisci Affalta de Padula Prioris dicti Monasterii S. Stephani de Boseho et Monachorum ejusdem Monasterii, de cujus Procuratione nobis constare fecit per publicum Procurationis Instrumentum nobis, et nostræ Curix præsentatum, factum sub die nono mensis Januarii anni V. Indictionis 1532. per manus Notarii Petri Lycastri de Terra Suriani, omni, qua decet solemnitate vallatum: Quas præd. literas dictarum Majest., et præfat. Illustrissimorum Dominorum præfatus Procurator nobis præsentavit, sub die vigesimo septimo mensis Febr. V. Indict. 1532. proxime præteritæ: De qua præsentatione scripturarum tenor per manus dicti Notarii Bartholomæi fuit factum publicum Instrumentum; quarum Scripturarum tenor per omnia talis est: Carolus divina favente Clementia Romanorum Imperator semper Augustus, Rex Germaniæ, et Joannæ ejus mater &c. Illustri Philiberto de Carlon &c. Datum in Ispruè die V. mensis Junii anno Incarnationis Domini 1530. -- Tenor vero Literarum Commissionarium nobis commissarum per Illustrissimum Dominum Regni Viceregem talis est: Carolus V. Divina favente Clementia Romanorum Imperator semper Augustus Rex Germaniæ, Joanna Mater, idemque Carolus &c. Pompejus Cardinalis Columna etc. Datum in Civitate Neapoli die XII. mensis Junii 1531. -- Sequuntur Literæ executoriales Ill. Domini Gubernatoris Provinciarum Calabriae, quarum tenor talis est: Carolus V. Romanorum Imperium semper Augustus Rex Germaniæ, Joanna Mater, et idem Carolus etc. D. Petrus de Mendocia Regius Consiliarius Armorum Capitaneus... Magnificis viris etc. Datum Cosentia V. Januarii 1532. Quæ Commissionales literæ præfat. Majestatum, et dicti Reverendissimi Domini Pompei Columnæ Vice-Regis, et executoriales dicti Domini Don Petri de Mendocia fuerunt nobis præsentatæ per Venerabilem D. Vincentium Manerium Procuratorem dicti Monasterii, et per nos receptæ cum reverentia supra caput, et dictum officium per nos acceptatum, prout patet per Instrumentum publicum per manus mei præfati Notarii sub die 27. Febr. V. Indict. 1531. . Post præmissarum Commissionarium Literarum præsentationem fuerunt præsentatæ per eisdem Priorem, & Monachos infrascriptæ Literæ Illustrissimi Domini Don Petri de Toletto Marchionis Villæ-Franchæ, et Vice-Regis Regni, quarum tenor talis est: a tergo; Magnifico viro Nicolao Angelo de Amectis U. J. D. Regio Commissario fideli dilectissimo. Intus vero: Carolus V. Romanorum Imperator semper Augustus Rex Germaniæ; Joanna mater, et idem Carolus etc. Magnifice vir Regie fidelis dilecte. Per parte del Venerabile Priore etc. Datum in Castello novo Neapolis die 16. Septembris 1532. Quæ fuerunt nobis præsentatæ, sub die 20. mensis Octobris VI. Indict. 1532. . Sequitur tenor Literarum prædicti Illustrissimi Domini D. Petri de Toletto Vice-Regis Regni, quæ fuerunt nobis præsentatæ post datam præsentem sententiam, tamen hic per ordinem inferuntur, ut de dictis Provisionibus in eod. loco seriatim fiat mentio: Quarum literarum tenor talis est: A tergo; Magnifico Viro Nicolao Angelo de Amectis Regio Commissario fideli dilectissimo Intus vero: Carolus V. Romanorum Imperator semper Augustus Rex Germaniæ; Joanna Mater, et idem Carolus &c. Magnifice Vir Regie fidelis dilecte: A noi ety stato presentato memoriale etc. Datum in Castello novo Neapolis die ultimo Martii 1533. Quæ literæ fuerunt nobis præsentatæ per supradictum Procuratorem præfati Monasterii, et per nos acceptatæ, et receptæ sub die X. Junii sextæ Indictionis 1533. Visa insuper instantia nobis facta per dictum Procuratorem præfati Monasterii, nos maximam cum instantia requirentem, quod procedere deberemus ad persequutionem in dictis causis reintegrationis, et inventarii, -- Visis citatoriis edictis, per nos, et nostram Curiam emanatis in plateis, et locis publicis solitis, et consuetis per publicum banna, et proclama per Jannordum Jarlectum Algozerium nuntium, et tubistam in dictis causis electum, alta, et intelligibili voce emanata, et in valvis Majorum Ecclesiarum locorum affixis pro certo spatio existentibus contra omnes, et quascumque personas cujuscumque conditionis, dignitatis, gradus, et qualitatis existant infrascriptarum Civitatum, Terrarum Casalium, et locorum, videlicet nobilis Civitatis Tropezæ, ejusque Casalium, Civitatis Nicotere, et ejus Casalium, Mottæ Yoppuli, et Cuccharini, Mottæ Phillocasti, et ejus Casalium, Terræ Rosarni, Baroniz Anoyæ et Casalium, Baroniz S. Jeoresii, et Casalium, Civitatis Terræ-novæ, et Casalium, Terræ Seminariæ, et Casalium, Terræ Burrelli, et Casalium, Terræ Sanctæ Agathæ, Terræ Blânci, Mottæ Bo-

valinæ, Cafalis Arduri, Terræ Condojannis, Civitatis Yiracii, et Cafalium, Terræ Agropteræ, et Cafalium, Terræ Rocellæ, Terræ Castriveteris, Terræ Stili, et Cafalium, et Cafalis Bivongi, Terræ S. Catharinæ, Terræ Vadolati, et ejus Cafalium S. Andrea, et Yschæ, Terræ Satriani, Cafalium Davoli, S. Softi, et Gaglati, Terræ Soverati, Mottæ Petrizzi, Terræ Montispavonis, Terræ Claravallis, Cafalium Montauri, & Gasparinæ, Stalatti, Civitatis Squillacii, Terræ Simaris, Civitatis Cotroni, Terræ Vallislongæ, Cafalium Vazzani, Pizzoni, Terræ Soriani, & ejus Cafalium, Terræ Arenarum, & ejus Cafalium, Mottæ Soreti, Terræ Frangicæ, & ejus Cafalium, Terræ Montisleonis, & Cafalium, Terræ Briatici, & Cafalium, Terræ Roccæ Angitolæ, & Cafalium, ac etiam Cafalium Spatolæ, & Serræ, Cafalium Turris, & Cardinalis, & Civitatis Miletii. In quibus locis dicta banna, & proclama publica, fuerunt ut supra emanata, publicata, & relata: quod omnes tenentes, & possidentes bona præfati Monasterii in fundum, in emphyteusim, annum redditum, sive censum, vel qualitercumque occupata, ut infra certum temporis spatium in dictis citatoriis edictis latius contentum, comparere deberent coram nobis, & nostra Curia ad declarandum bona, quæ tenent, loca, & qualitates, ac etiam omnes cautelas, instrumenta, apochas, & scripturas, a quando, & quo titulo dicta bona possident, apochas solutionis annui redditus, sive census, sub pœna privationis bonorum, & quinquaginta unciarum per quemlibet in dictis Citatoriis contenta, ac etiam ad videndum singulis diebus, & horis publicum Inventarium per nos, & nostram Curiam tunc fiendum, & nunc jam factum, super faciem locorum prætitulorum, ubi dicta bona existunt, tam de bonis demanialibus, quam etiam de bonis reddititiis, & in emphyteusim temptis, & possessis, vel quomodolibet occupatis, prout latius in citationibus per nos factis, & emanatis, in qualibet ipsarum Civitatum, Terrarum, & locorum præfatorum continetur. Visis etiam citationibus emanatis contra Principem, Ducem, Marchionem, Comitem, & Barones in dictis Citatoriis nominatos ad videndam confectiouem dicti Inventarii præfati Monasterii, si sua putaverint interessere. Viso termino per nos dato ad probandum, & defendendum juramentis de calupnia. Visis citationibus Testium, & Partium. Viso desuper Inventario per nos facto coram nobis, & dictis Judice, Notario, & testibus ordinariis. . . Visis depositionibus Testium nostrorum, & Incolarum in unaquaque parte ipsarum Civitatum, Terrarum, Cafalium, & locorum existentium, citatorum, examinerum medio juramento super facie locorum, & bonorum, quæ reperimus esse dicti Monasterii in præsentia tenentium bona dicti Monasterii, vel in contumaciam ipsorum hominum citatorum, relatorum, vocatorum, & non comparentium, prout in ipso Inventario continetur. Visis citationibus ad primum: Visis etiam publicationibus factis tam in dictis causis reintegrationis, quam & Inventarii in unaquaque ipsarum Civitatum, Terrarum, & Cafalium factis. Visis etiam citationibus factis ad primum. Visis etiam publicationibus factis tam in dictis causis reintegrationis quam etiam Inventarii, ut supra, ac etiam per nos factis ad audiendum sententias in dictis causis reintegrationis, & Inventarii, ac etiam ad audiendam hanc nostram diffinitivam sententiam, ac etiam relationibus in ipsis citationibus factis, cujus Inventarii tenor in fine præsentis sententiæ inferius inseritur. Idcirco Christi nomine repetito, de cujus vultu recta judicia prodeunt, & judicantium oculi respiciunt veritatem, ex causis in processu apparentibus, & in actis nostræ Curie adductis, & existentibus, quæ animum nostrum, & cujuslibet recte judicantis, & Deum timentis movent, & movere possent; Præpositis coram nobis sacrosanctis quatuor Evangeliiis, bene visis, ruminatis, & pensatis omnibus probatis, & adductis in processibus in nostra Curia factis, & latius in ipso Inventario contentis; Quia omnia contenta, declarata, posita, scripta, & annotata sunt in infrascripto Inventario Regia auctoritate per nos, & nostram Curiam facto, cum interventu Judicis, Notarii, & Testium vera sunt, servatis servandis, legitime probata, scripta, & annotata sunt coram nobis, & nostra Curia: & quidquid in ipso Inventario scriptum apparet, & omnia in eo contenta vera sunt, prout in eo continentur, & nobis, & nostræ Curie legitime constant; per hanc nostram diffinitivam sententiam, quam in his scriptis proferimus, dicimus, & declaramus auctoritate Regia nobis commissa ut supra per dictas Cæsareas, & Catholicas Majestates sententiamus, & Regia, qua fungimur, ut supra auctoritate per hanc nostram diffinitivam sententiam dicimus, declaramus dicto Inventario inferius principaliter annotato, & per nos facto, recitato, & publicato fore, & esse dandam publicam, æternam, & perpetuam

tuam fidem , auctoritate Regia ut supra facto , prout harum serie fidem , & auctoritatem Regia auctoritate præstamus in omnibus partibus Mundi dictæ Cæsareæ Majestati subditis , & in omnibus Civitatibus , Terris , locis , & Casalibus per totum orbem Terrarum , tam in judiciis , quam extra , tanquam scriptura publica , & sententia Regia auctoritate facta . Et de contentis omnibus , & singulis partitis , capitulis , & causis in dicto publico Inventario Regia auctoritate facto nulium posthac oriatur dubium , nec sapiat aliquod dubitationis anfractum , sed sit omni tempore , & in perpetuum plena , & indubitata fides præstita . Et ad futuram cautelam , & ad perpetuam fidem præfati , & infra scripti Prioris procuratorio nomine dictorum Reverendi Prioris , & Monachorum dicti Monasterii , tam præsentium , quam successive futurorum , Procuratoris ut Procuratoris , & dictorum Monasterii , Prioris , & Monachorum principalium , ut principalium , eidem publico Inventario ab omnibus hominibus , & personis indubitata fides præstetur in perpetuum , sine aliqua nova probatione , sed solum ipsius Inventarii , vel ejus transumpti ostensione sit indubitata fides præstanda . Insuperque tenore præsentis nostræ diffinitivæ sententiæ , auctoritate Regia per nos , ut supra latæ , præcipimus , & expresse mandamus omnibus , & singulis hominibus , & personis dictis Cæsareis , & Catholicis Majestatibus subjectis , cujuscumque gradus , conditionis , dignitatis , qualitatis , & tituli existant , tam præsentibus , quam futuris , tam in judiciis , quam extra , auctoritate præsentis nostræ sententiæ , auctoritate Regia per nos latæ , infra scripto Inventario publico per nos facto ; & per hanc nostram diffinitivam sententiam Regia auctoritate scripto , autorizzato , declarato , & confirmato ; debeant , & unusquisque ipsorum debeat dare , & exhibere publicam , & indubitatam fidem tam in judicio , quam extra , & in eo nullum faciant ; nec facere debeant dubietatis obstaculum , sed in eodem Inventario , & præsentis diffinitivæ Inventarii publica sententia præstare debeant , & quislibet præstare debeat publicam , & indubitatam fidem in perpetuum duraturam , pro quanto gratiam dictarum Majestatum caram habent , & pœnam unciarum auri mille per quemlibet cupiunt evitare . Unde ad perpetuam rei futuram memoriam , & ad requisitionem , & instantiam Venerabilis D. Joannis Rochi de Senisio in præsentiarum Prioris prædicti Monasterii , coram nobis præsentis , instantis , & petentis hanc nostram diffinitivam sententiam in his scriptis damus , proferimus , & pronunciamus . Et de dicto Inventario inferius principaliter descritto , & de præsentis sententia , & omnibus , ut supra relatis , & in eis contentis unum , vel plura publica instrumenta fieri jussimus , & mandamus per manus dicti Notarii Bartholomæi Regii publici Notarii , cum interventu dictorum Judicis , & testium , coram nobis præsentium , & aliorum Testium ad præmissa rogatorum , & vocatorum , cum omnibus clausulis necessariis , & opportunis ad perpetuam cautelam dictorum Monasterii Prioris , & Monachorum præsentium , & futurorum , ac omnium aliorum , quorum , & cujus interest , & interesse poterit in futurum . Salva tamen nobis facultate remanente nobis , & nostræ Curie addendi in infra scripto Inventario ea bona , quæ per particulares sententias fuerint per nos dicto Monasterio reintegrata , cum omnibus qualitatibus , & conditionibus peragendis inter ipsos Priorem , & Monachos , & Partes . Et ita ut supra diffinitivæ sententiam Regia auctoritate qua fungimur , ut supra nos præfatus Nicolaus Angelus Commissarius taliter in his scriptis proferentes , ut supra , quam valere volumus omni meliori modo . Et ad majorem fidei cumulum nos propria manu subscripsimus & sigillo proprio sigillavimus . Nicolaus Angelus de Amectis qui supra Regius Commissarius , & Delegatus manu propria &c.

Eodem die 21. Febr. sextæ Indict. 1533. ut supra præmissis , Curia prædicti Domini Regii Commissarii sedente pro Tribunali , loco , & more præmissis præsens sententia lecta , lata , & vulgata extitit , citatis , relatis , & in judicio vocatis hominibus dictarum Civitatum , Terrarum , Casalium , & locorum in dictis citationibus , & sententia contentis , instantibus , & petentibus Venerabile Don Joanne Rocho Priore , & Notario Salvatore Pilato Procuratoribus dicti Monasterii , & petentibus dictam sententiam proferri . Et sic ipsa sententia lata , & promulgata fuit præsentibus , ut supra dictis Procuratoribus dicti Monasterii S. Stephani de Bospho , ejusque Prioris , & Monachorum , & dictam sententiam laudantibus , & cum instantia requirentibus dictum Dominum Commissarium , & dictos Bartholomæum publicum Regium Notarium prædictarum causarum Actorum Magistrum , & præfatum nobilem Salustium Regia auctoritate ad contractus Judicem , & præfatos Testes ordinarios , quod de præmissis sententia , & Inventario publica Regia

gia auctoritate factis facere debeat, & reassumere, unum, duo, plura publica instrumenta, & publicam Plateam in forma libri, ad perpetuam cautelam, & fidem dictorum Monasterii, Prioris, & Monachorum ejusdem omni tempore valituram. In contumaciam hominum dictarum Civitatum, Terrarum, Casalium, & locorum in dicta sententia contentorum, vocatorum, citatorum, relatorum, vocatorum, & non apparentium. Et sic de præmissis sententia, & infrascripto Inventario, de mandato ipsius Domini Regii Commissarii per nos præfatos Judicem, Notarium, & testes factum, & stipulatum extitit hoc præfens publicum Instrumentum, cum inserto tenore prædictæ sententiæ, & subsequenti Inventarii: Præsentibus nobis Salustio Rectura ad contractus Judice; Nob. Barnaba Spano. Not. Joanne Petro Martiro, Not. Joanne Nicolao Martiro, Not. Antonio Donadeo, nob. Joanne Nicolao Susulano., Magn. Domino Marcho Antonio de Amectis A. M. D. Nob. Federico Bondia, Nob. Joanne Nicolao Antonio de hastis, Nob. Julio Vitello, Nob. Antonio Campisio.

## XXX.

Ex Authentica, Platea, (five legali Inventario) omnium bonorum Cartusie SS. Stephani, & Brunonis de Nemore (1) in ulteriori Calabria jussu Imperatoris Caroli V. efformata.

Ad ann. 1533.

In nomine Domini nostri Jesu Christi.

**G**loriosus, & omnipotens Deus in principio Mundi creavit hominem ad ymaginem suam, eidemque homini, tanquam excellentissimo creaturarum omnium, cuncta creata submittere Divina Clementia, & liberalitate dignatus extitit; tantæ divinæ enim liberalitatis in hominem mocionis occasio in acie divinæ mentis visa fuit, ut idem homo originalem justitiam servaret inlæsam, divinisque præceptis indimute pareret. Hac lege proposita, ut contra faciens illico morte puniretur æterna; Idemque Deus pia miseratione disposuit subditos suos fore justos, pacificos, & modestos. Sed effrænata cupiditas sui prodiga, pacis æmula, mater licium, materia jurgiorum, tot quotidie nova litigia generat. Quod nisi justitia conatus ejus sua virtute reprimeret, & quæstiones ipsius implicitas explicaret, jus humani fœderis litigatorum abusus extingueret, & dato libelli repudio, concordia extra Mundi terminos exularet: Ideoque lex proditur, ut appetitus nostrus sub hujus regula limitetur. Per quam genus humanum, ut honeste vivat, alterum non lædat, jus suum unicuique tribuat, informatur.

At tamen Serenissimus Rogerius Magnus Guiscardus, qui utriusque Regni Siciliae scepra regebat, qui quotidie de bonis sibi a Deo collatis divino cultui abundantissime dedicabat, Monasterium, & zenobium ad honorem Beatissimi Brunonis tunc viventis, Beatissimi Prothomartyris Stefani dedicavit, ipsumque zenobium, plurimis bonis, redditibus, & donis abundantissime decoravit. At tamen dum sancta Cartusienis Religio, quæ ab ipso Sancto Brunone Patriarcha duxit originem, propter bellorum turbidines, & intrusorum Cisterciensium Monachorum agressiones indebitas, a potestate sacri Monasterii jam dicti recidisset, fuitque eadem Cartusien. Sancta Religio Dom. Domini Leonis divina providentia Papæ Octavi, ac ope, & auxilio Catholici felic. recordat. condam Domini Ferdinandi de Aragonia, Aragonum, & utriusque Siciliae Regis in pristinum restituta; Videns læpe sæpius in acie suæ mentis, revolvens more optimi Pastoris Reverendus D. Fran-

(1) Asservatur in Grammatophylacio ejusdem Nemore. Domus Sanctorum Stephani, & Brunonis de

Franciscus Affilta de Padula Prior præfati Monasterii Sancti Stephani, ac Convi-  
 sitator Domorum Cartusien. remotioris Prov. Lombardiæ; tot amissa bona, & in-  
 troitus recuperare, introitusque ejusdem Zenobii augere, miro labore, ac vigi-  
 liis, literas, Regiasque provisiones aptis artibus obtinuit directas mihi U. J. D.  
 Domino Nicolao Angelo de Amectis Pixosse oriundo de Civitate Mileti. Qui qui-  
 dem Dominus Prior, noctu die propriis sudoribus non pepercit, summisque sum-  
 ptibus, Ecclesiam sibi commissam justis favoribus defendit, sicque divina favente  
 clementia idem Regius Commissarius assistentibus ejus Officialibus; juribusque par-  
 tium auditis; pererratis fere totius Provinciæ Calabriae locis, hoc præsens publi-  
 cum Inventarii instrumentum bonorum omnium præfati Zenobii per manus fide-  
 lis, ac nobilis Viri Notarii Bartholomæi Levati de Civitate Tabernæ, ejusdem  
 Curia Actuarii Deo concedente peregit; plurimasque in ipsa Regia auctoritate  
 perfecta reintegratione protulit sententias: Quibus introitus præfati Monasterii,  
 quam maxime aucti sunt; litigantium abusus extinguit, concordiaque inter paci-  
 ficos homines degit, jureque unicuique reddito, divinam justitiam servavit inlæ-  
 sam. Et ne tantorum laborum præfati Reverendi Prioris, Regiique Commissarii,  
 ejusque Curia longinquitas temporis memoriam extingueret: antequam ad hujus-  
 modi Regia auctoritate publici Inventarii, & instrumenti initium sit deventum,  
 præmissas præfationes, (quæ licet insulsæ sunt) ad futuram memoriam, Deique  
 laudem in hoc initio inferendas esse decuit; Et ad Inventarii prædicti initium  
 divina ope pervenit, & publicum instrumentum diffinitivæ sententiæ, & præfati  
 Inventarii, & Plateæ Regia auctoritate facti per manus præfati egregii Notarii  
 Regii, cum inserto tenore commissionalium litterarum prædictarum, & eorumdem  
 Dominorum Proregum in præfata sententia diffinitiva per eundem Commissarium  
 insertarum lata miro ordine ad requisitionem Prioris, & Procuratoris ejusdem fie-  
 ri jussit. Cujus sententiæ, & scripturarum tenor, cum exordio præfati publici in-  
 strumentum, per omnia talis est.

In nomine Domini nostri Jesu Christi. Amen.

Sub anno Nativitatis ejusdem millesimo quingentesimo trigesimo tertio. Re-  
 gnantibus serenissimis, & invictissimis, atque Catholicis Dominis nostris, Domi-  
 nis Carolo divina favente clementia V. Romanorum Imperatore semper Augusto  
 Rege Germaniæ, & Regina Joanna de Aragonia matre, & eodem Carolo filio  
 Regibus Dei gratia Aragonum, ac utriusque Siciliæ, Hyerusalem, & aliorum  
 Regnorum eorum, & in hoc Regno Siciliæ citra Farum anno XVII. feliciter.  
 Amen. Apud Civitatem Mileti, die vero vigesimoprimo mensis Februarii præsen-  
 tis anni, VI. Indictionis. Nos Sallustius de Rectura de dicta Civitate Mileti pu-  
 blicus Regia auctoritate ad contractus Judex; Bartholomeus Levatus de Civitate  
 Tabernæ publicus ubilibet per totum Regnum Siciliæ citra Farum Regia ac ubi-  
 que Apostolica auctoritatibus Notarius, & Testes ordinarii, qui in confectio-  
 ne dicti Inventarii interfuerunt, electi per ipsum Dominum Commissarium, & Testes,  
 qui in rogatione præsentis instrumenti reassumptionis, & Inventarii, & sententiæ  
 interfuerunt, subscripti, ad hoc vocati specialiter, & rogati, præsentis scripto pu-  
 blico declaranda, notum facimus, & testamur, quod prædicto die, coram no-  
 bis Judice, Notario, & Testibus personaliter constitutus Venerabilis, & Reli-  
 giosus Vir D. Joannes Petrus de Senisio Ordinis Cartusienis Monachus, & Procu-  
 rator præfati Monasterii Sancti Stephani de Bosco, & coram præfato Domino Com-  
 missario Notario actorum Magistro, Judice, & testibus pro Tribunali sedentibus,  
 & Curiam regentibus in dicta Civitate Mileti, in domibus dicti Regii Commis-  
 sarii inferius consignatis, & lata diffinitiva sententia per ipsum Dominum Com-  
 missarium super ipso Inventario Regia auctoritate facto per ipsum Dominum Com-  
 missarium cum interventu dictorum Notarii actorum Magistri Judicis, & testium  
 infracriptorum, ac recitato tenore dicti publici Inventarii, & præfate sententiæ;  
 Idem Procurator maxima cum instantia nos requisivit, ut de dictis sententiæ cum  
 inserto tenore Regiarum provisionum, & dicti Inventarii continentis omnia bo-  
 na, quæ dictum Monasterium tenet, & possidet, publicum instrumentum ex ipso  
 Inventario, & scripturis penes ipsum Dominum Commissarium, & ejus Curiam  
 existentibus, facere, & reassumere deberemus, ac Plateam publicam auctoritate  
 Regia facere dignaremus, omni futuro tempore perpetuam fidem tam in judicio,  
 quam extra facere ad æternam cautelam dictorum Prioris, & Monachorum præ-  
 sentium, & futurorum, & Monasterii præfati. Qui quidem Dominus Commis-  
 sarius



farius, Notarius, Judex, & Testes, requisitionibus præfati Prioris tamquam justis, & rationi consonis annuentes, de mandat, o& ordinatione ipsius Regii Commissarii, hoc præfens publicum instrumentum Inventarii, & publicæ Plateæ, fieri jussit, & decrevit auctoritate Regia sibi commissa, decretum interposuit, cujus decreto, & mandato, nos, qui supra Judex, Notarius, & Testes infra scripti, hoc præfens publicum instrumentum dictæ sententiæ Inventarii, & scripturarum de verbo ad verbum reassumpimus, quarum tenor per omnia talis est, qui sequitur &c. Tenor vero sententiæ latæ per Dominum Commissarium talis est: Carolus V. Romanorum Imperator semper augustus Rex Germaniæ, Joanna mater. . . In Dei omnipotentis nomine Amen: Universis, & singulis tam præsentibus quam futuris pateat, quod nos Nicolaus Angelus de Amectis &c. Et in fine. Et sic de præmissis sententia, & infra scripto Inventario de mandato ipsius Domini Regii Commissarii per nos præfatos Judicem, Notarium, & Testes factum, & stipulatum extitit hoc præfens publicum instrumentum cum inserto tenore prædictæ sententiæ, & subsequentis Inventarii: Præsentibus Notario Salustio Rectura ad contractus Judice, Notar. Barnaba Spano, Not. Joanne Petro Martiro, Not. Joanne Nicolao Martiro, No. Antonio Donadeo, Nob. Joanne Nicolao Susulano, Magn. Domino Marcho Antonio de Amectis A. M. D. No. Federico Bondia, Not. Nicolao Antonio de Hastis, nob. Julio Vitello, No. Alfonso Campisio.

Incipit tenor Inventarii bonorum dicti Monasterii in dicta sententia mentionati, & incipiendo ab ipso Monasterio Sancti Stephani, & omnium bonorum demanialium ipsius Monasterii tam mobilium, quam stabilium, in ipso Monasterio & extra Sancti Stephani de boscho, & in ejus demanio, & potestate existentium, tam de bonis ad cultum etiam divinum spectantibus, quam etiam de bonis aliis temporalibus, quæ sunt ista v2.

In primis &c.

## XXXI.

Confinatio Territorii Cartusiæ SS. Stephani, & Brunonis de Nemore a Rogerio Comite in spatium unius leugæ concessi (1) prout describitur in Authentica Platea ejusdem Monasterii de Ordine Caroli V. Imperatoris an. 1533. incepta, & an. 1534. completa per J. U. D. Nicolaum Angelum de Amectis Commissarium.

Ad ann. 1533.

**I**tem dictum Monasterium, Priores, & Monaci ejusdem tenent, & possident, prout ex processu per nos facto plene, & legitime constat, Territorium, & Tenimentum, cum terris, planis, cultis, & incultis, cum montibus, sylvis, & nemoribus, cum Casalibus Serræ, & Spatulæ, hominibus, vaxallis, vaxallorum redditibus, aquis, fluminibus, ferris, battenderiis, aquarum decursibus, cum nemoribus castanearum, abbitis, faggis, & aliis arboribus fructiferis, & in-

Tom. X.

P

fru-

(1) Prout enantiatur in primo Privilegio ejusdem Comitiss.

fructiferis , prout infra specialiter suo loco annotatur . Quod territorium in universo includit omnia intus ipsum existentia , latitudinis , amplitudinis , & longitudinis adjacentis partim juxta dictum Monasterium per spatium unius leugæ juxta formam antiquorum Privilegiorum dicti Monasterii , limitato modo infra scripto v3; Incipiendo ab una parte versus Orientem , & in illo loco , ubi junguntur duo flumina , Ancinalis cum flumine , seu Vallone parvo currente , quod nunc vocatur flumen de Bodella , ubi est lapis magnus , postus intus dictum flumen simul junctum , & sic a dicto loco ubi lapis est reparando dictum Territorium Sancti Stephani confinatum juxta conjunctorum dictorum duorum fluminum Ancinalis , & Bodellæ . Et ab inde sursum eundo versus Septentrionem , & Occidentem in frontespicio Casalis Zimbarii , limitatur juxta dictum flumen Bodellæ , quod dividit Territorium S. Stephani a Territorio Vallislongæ , & Zimbarii . Et sursum limitando , eundo , & in loco ubi dicitur *lo passo della Vecchiavella* est quædam Terra censita præfati Monasterii , quam tenet ad annum reditum Jacopus de Manducio de Zimbario granorum septem cum dimidio dicto Monasterio solvendorum , juxta quam terram a capite spectans defluebat dictum flumen de Bodella , & jam sunt anni duodecim , prout testes deposuerunt , quod dictum flumen dimisso antiquo alveo , fregit antiquum cursum unico impetu fluminis : & inferius descendit , sic dictum solum , in quantum se extendit latitudo dictæ Terræ , usque ad cursum per quem nunc defluit dictum flumen , fuit per nos inclusum in tenimentum dicti Monasterii ; & ibi fuit per nos jussu affigi duos lapides cruce signatos . Et a parte inferiori versus Orientem versus dictum novum cursum fluminis de Bodella sunt de Territorio dicti Monasterii , & fuit per nos inclusum , cum nobis constat esse dicti Monasterii , & reuniendo , & confinando dictum tenimentum præfati Monasterii eundo sursum per dictum Vallonem de Bodella , confinatur juxta quamdam viam , seu passum prope Casalis Zimbarii , ubi ad præsens est quidam pons ligneus . Et deinde sursum per dictum Vallonem Bodellæ confinatur dictum tenimentum præfati Monasterii , juxta molendinum Curie Casalis Zimbarii ; & ibi est quædam via , quæ venit ex Casali Spatulæ , & vadit versus Terram Montisleonis , & alia loca . Et ab inde sursum eundo per dictum Vallonem Bodellæ versus Occidentem , confinatur juxta territorium Vallislongæ , & Zimbarii ex parte Septentrionis dicto Vallone mediante , confinatur juxta passum , seu viam vulgariter nominatam *lo passo del Contato* ; per quam viam itur a Casali Zimbarii ad terram Arenarum ; qui passus de *lo Contato* est prope castanetum dicti Monasterii vulgariter dictum *lo Truzzale* . Et deinde sursum eundo versus Montem per dictum Vallonem de Bodella , qui Vallonus includit , & limitat dictum Castanetum de Truzzale , ascendit ad passum , qui nunc dicitur , *lo passo de Galiffi* , ubi signari fecimus duas arbores antiquas Alzanorum , & in unaquaque ipsarum arborum est scripta litt. S. & Crux . Et ab inde ab dicto passu sursum eundo per cavam usque ad cacumen Montis , qui passus de Galiffi dicto Vallone Bodella mediante , dividit territorium dicti Monasterii a Territorio Vallislongæ , & Zimbarii . Est tamen notandum quod a dicto Vallone de Bodella , versus dictum Territorium Vallislongæ est quoddam Territorium cum arboribus castanearum , & aliarum arborum juxta dictum Vallonem versus Septentrionem : Procurator dicti Monasterii præterdit fuisse occupatum per Dominos dictarum Terrarum Vallislongæ , & Suriani , & ad præsens possidet prædictus Dux Nocera ; propterea Procurator ipsius Monasterii protestatur , & sibi reservat jus dicto Monasterio repetendi dictum Territorium occupatum : Tamen tenimentum , quod includit prædictum Vallonem de Bodella versus Orientem , & meridiem ad præsens possidet dictum Monasterium S. Stephani : Et sic fuit inventarium , ut supra . Et sursum eundo per dictam cavam unde defluit dictus Vallonus de Bodella , & proprie in loco , unde oritur dictus Vallonus a parte superiori est quidam lapis affixus in terra parte eminenti , quem gnavimus litt. S. & una Cruce . Et ab dicto lapide superius eundo versus Occidentem pro termino est unus pes castanæ , quam arborem signavimus una S. & una Cruce . Et ab inde sursum eundo , terminus , qui includit dictum tenimentum dicti Monasterii , exiit ad viam publicam , quæ iter dirigit ad fontem , qui dicitur Bambacaso , qui in antiquis Privilegiis nominatur Embacat , & dicta via includit , & limitat dictum Territorium dicti Monasterii , & jungitur cum duabus aliis viis , & fit trivium , scilicet una , quæ venit ex Casali Zimbarii , & via , quæ venit ex Casali Spatulæ , & via , quæ vadit versus nemus a Restavoli : quæ via cum

cum applicatur ad fontem , qui dicitur Bambacaso , ubi est arbor faggi , quam arborem signavimus litt. S. & una Cruce . Et ab inde Territorium dicti Monasterii limitatur cum Vallono , qui descendit ex dicta fontana de Bambacaso , & per directum descendit , & deinde per dictum Vallonem ; sive Cavam , per quam currit aqua , exit dictus Vallonus ad alium Vallonem , ubi est via , per quam itur a præfato Monasterio S. Stephani ad Nemus a Restavolo ; qui Vallonus dividit Territorium Suriani a Territorio Terræ Arenarum . Et sic usque ad dictum locum omne tenimentum existens versus Orientem est præfati Monasterii , & sic confinatur , usque ad istum locum termini , & confinii Territorii dicti Monasterii , juxta Territorium dictarum Terrarum Vallis-longæ , & Suriani . Et in dicto loco est quidam passus , qui vulgariter dicitur Bagarasi , & ibi junguntur duo Valloni currentes , qui antiquitus dicebantur Vallones de Bambaso , qui antiquitus dicebatur Embacat , & Vallonus , sive Cava , quæ dicitur deli Pignoli . Et a dicto passu de Bagarasi dictum Territorium S. Stephani confinatur juxta dictum Vallonem currentem dictum de li Pignoli , qui ascendit sursum versus Montem per indirectum , usque ad cacumen montis , & deinde finita dicta cava , a principio unde oritur versus Occidentem intrat in viam ; per quam itur ad Terram Arenarum ; & deinde per dictam viam eundo , dicta via est terminus dividens Territorium S. Stephani a Territorio Terræ Arenarum : Et pervenitur per dictam viam ad locum , ubi dicitur a Cantello , ubi nunc dicitur lo piano della Gigliara , usque ad quem Territorium seu locum , ascendit Territorium nominatum lo Cisi , quod Territorium Monasterium prædictum emit ab Abbate S. Petri de Arenis ; Et eundo per dictam viam dividendam dictum territorium ; in qua via est quædam magna fagus , quam signavimus una Cruce , & deinde eundo per dictam viam , pervenimus ad locum , ubi dicitur S. Crux ; a quo loco pervenitur ad passum , qui vocatur lo passo de la Cillastra ; & ab inde decurritur ad Cavam , seu Vallonem currentem , qui est prope Ecclesiam S. Michaelis , quæ est Ecclesia antiqua , & diruta .

## XXXII.

**Epistola Rever. P. D. Theodorici Loer de Stratis Coloniensis Cartusæ Professi, ac Vicarii, ad R. Dominum Nicolaum Weste Eliensem in Anglia Episcopum (1). Enarrationem in Epistolas Canonicas, Acta Apostolorum, Apocalypsim, & Hymnos Ecclesiasticos D. Dionysii Cartusiani ei dedicat.**

*Ad ann. 1533.*

Reverendo in Christo Patri , & Domino , Domino Nicolao Weste Episcopo Eliensi in Anglia , ac Cartusienis Ordinis fautori præcipuo F. Theodoricus Loer a Stratis, Cartus. Colonien. Monachus , & Vicarius ,

S. D.

**Q**Uum tanta hodie undique pene terrarum versetur apud homines malitia , Præsul ornatissime , idemque Reverendissime , ut nullus proborum Virorum in libris edendis conatus , & zelus ( quantumvis pius , quantumvis sanctus rede-

(1) Extat præfixa Enarrationi ejusdem Dom. Dion. Cartusian. in Epistolas Canon.

periat) qui non ab aliquibus persecutionem patitur: inolevit jam non poenitenda consuetudo, ut nihil novum recensve literarum in lucem edatur, maxime typis excusum, quod non prius alicui Viro heroico dedicetur, qui authorem a malo malignorum incursum strenue vindicet, ac ora obstruat loquentium iniqua. Hinc ego jam pridem elucidationem illam præclaram Dionysii nostri in Evangelia cum dare cœpissim in medium, mox illi (quod hodie fieri solet) meditabar patronum, Serenissimum videlicet Dominum Angliæ Regem. Neque enim illo magis congruum, neque dare potuimus potentiorum. Quippe cum in Evangelio quidem Catholice elucubrato, nemo alius debuit patrocinari, quam germane Evangelicus, cujusmodi Rex Angliæ creditur: qui vel a Summo Pontifice, vel a cardineo PP. cœtu dignus fuit merito suo vocari fidei defensor. Scripsit namque in Lutherum pro Sacramentorum assertionem tam diserte tamque efficaciter, ut nescias utrum plus armis, an literis, Rex ille utrobique potentissimus valeat. Speciosior tamen est victoria multoque gloriosior, si Rex magis philosophando, quam pugnando superaverit: nec tam est ratum armis, quam literis, atque virtute Regem præstare. Itaque cum Majestati ejus Regiæ longiori epistola librum nuncupare statuissem, atque præ manibus abunde adfuissent hæc, aliaque præstantiora laudum argumenta, unum hoc nos impedit, quod calchographus absolvere nimium festinavit opus. Unde præveniens nos id egit, ne quod volebamus cum Rege; longius fas esset loqui. Arbitror (tametsi tanto Regi parum loqui meam exiguitatem deceat) pro favore tamen, quem semper in pectore habeo, tum erga Regem, tum erga Angliam illam nobilissimam, & liberior fortasse essem in Epistola, & prolixior. Verum quidquid, quod tum dici potuit, aut debuit, est neglectum, id Regis nomine, tua nunc Reverendissima Paternitas accipiat. Gaudio namque occasionem mihi datam per tuam humanitatem, qua ultro occurrente provocasti, ut ad tuam amplitudinem ausim scribere liberius, nec metuum, quod gravate id feras, qui etiam beneficiis me impellas. Scio equidem me indignum, qui tam docto, tam seni, tam maturo, tam pio, tamque Reverendo Antistiti juvenis ego indoctus Monachusque scribam. Verum profecto dignissimus es tu, quem nemo taceat, quem certatim laudent omnes; quippe quem modestia, integritas, ætas, scientia, humanitas, atque in studiosos favor, munificentiaque tam faciunt cunctis celebrem, quam vulgatum: nec minor tibi ab omnibus pro virtute exhibetur, quam pro dignitate reverentia. Porro liberalitas nemini te non reddit amabilem. Nam quis, Reverendissime Pater, est studiosorum, qui tui favoris, tuæ fuerit beneficentiæ expers? Libros, studia, virtutem, & quidquid pietatem redolet, amas, foves, promovis. Nihil luxui, nihil voluptati, nihil ostentationi, nihil denique das vanitati, sed Christo, a quo habes, rependis omnia. Quæ expertus sum loquor, Joannes Houghton Londonien. Cartusæ Prior, vir admodum Venerabilis, cum tuas mihi scripsisset & virtutes, & laudes: quam jucunda tibi pariter Dionysii nostri foret lectio, addidit. Porro, quam gratuletur Paternitas tua labori, ac operæ, quam pro hujus editione navamus, quamque sit juvare parata, subindicat haud vulgare illud subsidium, quod huic negotio promovendo, jamdudum ultro misisti. Tuæ id gratiæ, tuæ benevolentia acceptum refero amplissime Pater, non meis meritis: atque ideo tui candoris argumenta hinc sentiens, si unquam Dionysio Reverendus hic Pater tantum impendit, si in me hætenus ignotum tantam confert beneficia; quid in pauperes, quid in orphanos, quid in viduas, quid denique in afflictos omnes suæ gentis facit? Hæc tacitus ipse mecum reputans, quod e patria tua ab omnibus clamatur, non taceo. Quis æque Xenodochia consolatur? Quis Monasteria sic amat? Quis miseris consolationem, patrocinium, stipemque quotidianam perinde largiatur? Damnum revera grave æstimas, si te prætereat nudus abs te non vestiendus. Si quispiam pietatis tibi præripiat officium, non levem jacturam arbitraris: Imo quemadmodum sibi ipsis invident avari, si aliena viderint augeri lucra: ita religiosa tu afficeris tristitia, si pietate te putes a quoquam superatum. Doles vehementer, si quopiam humanitate te conspexeris inferiorem. Hæc munera sunt Episcoporum: iis ornamentis fulgeat Ecclesia. Oportet, inquit Apostolus, Episcopum sine crimine esse: sicut Dei dispensatorem. Quis, Pater, quæso, amplissime, ad senium usque atque tu, tanta vivit innocentia? Quis (ne præteream, quod Apostolus non tacet) Dei sic agit dispensatorem, ut bona sua in egenos, in pios, in doctos, imo in Christum eroget? Amant Religiosi, amant pauperes, Monasteria te cuncta venerantur patrem. Et cum in omnes sis piissimus, in Religionem

tamen

tamen Cartusianam, quam præcipuus sis benefactor, sentiunt, quotquot sunt in Anglia nostri Ordinis, potissime Londoniarum Domus. Videbor jam superfluous, videbor onerosus, si que enumerat Apostolus, reliqua in te voluero commendare. Scit enim univèrsa Anglia, Virum te esse virtutis, utpote, qui non solum in teipso, verum in omnibus quoque virtutem colis, devotionis pariter, & sanctimoniam observantissimus. Heu Reverendissime Pater, quantis est gemendum lacrymis, quod hujusmodi non sunt omnes Episcopi! Heu quanto est mærore plangenda illorum deformitas, qui neque scientia, neque virtute instructi, externis se dumtaxat implicant actionibus? Principes se magis gloriantur vocari, quam Episcopos. Siquidem quicquid negotiorum est temporalium tractant, reliqua, propter quæ sola sunt Episcopi, Vicariis committunt. Præterea, quod nonnulli cum sint Ecclesiastici, quos Ecclesia a cunabulis aluerit, imò qui a parentibus propemodum nihil, ab Ecclesia habeant & honores, & divitias, hostes tamen sunt Ecclesie, impia hæreticorum dogmata conniventibus oculis admittentes. Quid agitur de ovibus Pater, si lupi sunt Pastores? Cæterum quantas Lutheri, aliorumve Hæreticorum dogmata calamitates pariant, quanta hinc Reipublicæ eveniant pericula (nam animarum, quæ graviora sunt damna, atque exitia taceo) univèrsa hic Germania, quamvis cæca, sentit. Civitates certæ, quæ ab initio dogmati pestifero resisterunt, pace gaudent haud vulgari. At quæ in templa, in divorum imagines, in Monachos debacchatae sunt (hoc sæculo insignes, quod in eos, qui se aut non potuerunt, aut noluerunt defendere, audaces pugnaverint) quantos propterea rerum tumultus, quantas factiones, rebellionem, timorem, perfidiam, ærumnas sibi consciverint, nulli non est manifestum. Nulla ibi fides, nulla amicitia, nullus honor parentum, nulla in pauperes misericordia, nulla in proximum justitia, nullum foedus, nulla virtus, nulla pietas: ad extremum nihil manet apud eos sanctum, nihil non inquinatum: sed furor, egestas, libido simul omnia miscent. Eapropter nunquam satis laudari potest optimi, sapientissimique Regis Angliæ consilium, qui dum ab impietate Lutherana suum tutatur Regnum, a seditionibus, a tumultu, a rebellionibus quoque interim illud servat immune. Quomodo enim populum haberet subiectum; si Deo, si Ecclesie hunc repugnare sinat? Nam si Dei, & Ecclesie semel excusserit jugum, ridiculum est expectare, ut Regis imperata servat plebs seditiosa. Quo circa si plebem voluerit sibi Rex habere subiectam, compellat hanc necesse est, ut Deo primum, deinde Ecclesie obediatur. Desideranda esset proh dolor! rivis lacrymarum Angelica illa Anglia, si (quod Deus avertat) a fidei sinceritate, si ab Ecclesie obedientia semel desciverit. Nam cum omnia secunda, omnia serena, omnia fortunata atque jucunda, istuc non aliter, atque in acervum congesta sunt, quod dolendum foret, si cuncta hæc simul obnubilaret Lutherana tempestas. Nam si iis, qui laudarunt, est credenda, revera est Anglia Angelica terra, atque paradysus altera: cujus si prædicare voluero ubertatem, si amoenitatem urbium, si hominum civilitatem, excedam necesse est Epistolæ modum. Hoc igitur loco haudquaquam recenserebo quæ hanc gentem antiquitus produxerit; quibus sit illustrata majoribus; quorum, fuerit armis aucta, & propagata; aut qui mores, quæ leges hanc gentem venustaverint; sed nec quo sit tempore fidei salutem affecuta. Hæc enim omnia grandi vix possent volumine differi. Agnosco præterea ad hoc ingenii mei tenuitatem haudquaquam sufficere. Quare pro horum maiestate, quæcumque dicerem, non satis digna offerem. Quapropter Angliæ excellentia me superatum fatius est fatear, quam ut minora, quam par est, de illa prædicem. Habuit hæc olim, quibus sit laudata, Auctores: nec hodie desunt, qui quam augustum sit Regnum, quod nulli cedat; nulla sit laude inferius, quod denique cum quavis Provincia queat de excellentia certare, possint ostendere. Nemo certo habere Angliam ibi inficias, cur vel opulentissima eidem invident Regna. Nec latet quibus olim gentibus quibusve imperaverit Regnis, non parum superbis scilicet. Verum ea de re tacere præstat. Hujus te decet esse gentis Episcopum, & Angliæ ornamentum, & decus. Huic namque Regno, (quod dixi) opes, fortuna, fruges, pascua, cæteraque id genus varia exuberent, præclarius tamen est, fide, virtutibus, disciplinis, scientia; dexteritate ab initio quo Christo inauthorata est, præstantissimam hanc semper floruisse. Nam Reges, Episcopos, Abbates sanctissimos, atque miraculis claros, quibus Anglia est nobilis, quis enumeret? Quandoquidem tot legitur referta sanctis viris, ut cæteris quoque tum gentibus, tum Regnis exteris non paucos miserit, & Pontifices, & Apostolos. Quid igitur mirandum, si etiam nunc clara sit doctissimis juxta, ac pientissimis viris?

Quis Episcopum Roffensem, qui fere primus impium est aggressus Lutherum, satis prædicet? Hic, ut in uno reliquos omnes commendem, adeo est doctus, ut quidquid arguerit, quidquid confutarit, nullus audeat Hæreticorum refellere. Hic adeo est scripturis potens, adeo ratione armatus, ut nemo queat refragari. Hic adeo est integer, ut vel inimicissimus quisque illum non audeat calumniari. Quanto pie Deus ille cum nostro Fabro, cum Eckio, cum Joanne Cochleo, cum Judoco Clitthoveo, atque cum reliquis id genus doctis admirandisque viris sudavit labores? Quibus affecit se vigiliis, ne non castam omnibus, integramque tueretur fidem? Hi viri, hi heroes cum aliquot aliis multis, & piis, & doctis, nisi fuissent, nisi pro Dei domo murum se objecissent, prorsus de tota Europa actum esse, nullus ambigeret. Adeo enim crevit, adeo grassatur Hæreticorum pestiferum hoc virus, ut haud parum sit formidandum id, quod Romanæ, atque Occidentali Ecclesiæ per Divam Brigittam Dominus interminatus est, futurum aliquando (quod jam videtur instare), ut quemadmodum olim a Judæis, & nunc a Christianorum cordibus ejectus est: Ita a nobis ad novam, & hætenus incognitam gentem, & fidem, & Ecclesiam suam transferat. Satis superque satis profecto eo nunc confluunt omnia, quo fides a Germania explodatur: tanta est ubique & scribendi, & sentiendi licentia, tam pertinax furor hæreticorum, tanta piorum, ac vere Christianorum oppressio, tanta denique Superiorum, præsertim eorum, qui resistere debent dormitantia. Unde non multum abest, quin Christi Evangelium, Christique virtus in factis miraculis divina negetur. Atque librum hujus impietatis plenum, totumque execrabilem jam nuper vidimus. Verum quid hoc (quæso) aliud est, quam Mahumetanæ perfidiæ initium? quid (inquam) aliud est, quam fidem Christianam abrogare, radicatusque exterminare, dum impune impiissima quæque vel ex Hebræis, Arabicis, sive Chaldæis superstitionibus evulgantur? Eam ob rem nos e diverso pro evulgandis Dionysii operibus, ferventiores insistimus, quo clavum clavo retundamus. Nihil ea in re intermitteremus, quod possit a nobis desiderari. De tua haud secus confidimus integritate, Reverendissime Pater, tuo confidimus zelo, qui primus ex Anglia nobis adversus hæreticorum castra suppetias misisti. Non inferiora de reliquis doctissimis viris expectamus, quo omnes uno agmine, uno impetu, adunatis copiis, auxiliisque comportatis, impia dogmata deturbemus. In Evangelia jam pridem (quod dixi), quæ noster scripserat Dionysius, Angliæ Regi potentissimo dedicavimus, nunc quæ in Epistolas Canonicas, Acta Apostolorum, & Apocalypsim, & hymnos aliquot veterum Ecclesiasticorum e prælo veniunt ejus Lucubrations, tuæ R. P. debentur. Sic enim congruum maxime duximus, apostolicam eruditionem Episcopo (utpote qui in Apostolorum locum successit), itaque docto, & Apostolicam vitam imitanti dedicare. Suscipias igitur clementi pietate, amplissime Præsul, virtutum, ac literarum Antistes, D. Dionysii tui, mei, nostri, imo Christi (& quia Christi ideo plus nostri) opus nomini tuo dicatum, patronumque te sentiat candidum contra sibi hostes insurgentes, qui illam ejus phrasim humilem plane, ac piam, in calumniam trahere non verentur, quasi nihil præter eloquentiam, & sermonem phaleratis flosculis ornatum in legentium cordibus jam fructificet: quum (quod Christiana doctorum omnium pace dixerim) postquam sancta mater Ecclesia hujusmodi viris facundis & eloquentibus, scriptaque sua coloratis sententiis ornantibus, multiplicata fuerit, non tam virtutibus, ac meritis crevisse, quam vitis decrevisse cernatur undique, imo utrique concerneretur. Non quod eloquentia illa, & sermonis facundia in causa fuerint, sed quia paucissimi hodie reperiantur (heu miseros nos) qui cum præclare scientia cæteris præmineant, inflationem, quæ ex ea veluti e panno tinea nasci solet, deprimere, & extinguerere strenue conentur. Hos præcipue veluti digito monstrasse videtur D. Paulus dicens: Scientia inflant. Horum pingue iudicium, & sententia præpostera non accipiatur; sed illi interrogentur, qui Christi non tam verbis, quam moribus imitantur vestigia, qui pro voluptate habent jejunia, orationes pro delitiis, quibus Crux Christi delicata est refectio, qui paupertatem pro summis apud se computant divitiis, quorum mentes occulta suavitate pietas penetrat, qui terram pedibus calcant, quorumque eam cum Apostolo conversatio in cælis est. Hi (inquam) interrogentur, hi testimonium perhibeant, quid de sacratissimi D. Dionysii Cartusiani operibus sentiant. Nam horum testimonium non potest non esse verissimum. Denique postquam Celsitudinem tuam hoc opus nomini tuo dicatum solita tua benignitate amplexam agnovero, non ambigo, quin & me pauperulum, cujus in reliquis ejusdem pii Patris operibus corrigendis, & Calchographorum typis tradendis, nocte dieque versatur studium, inter clientulos tuos

tuos asciscere quoque dignaberis . Bene vale in Christo Jesu, Præsul ornatissime , quem ille instaurandæ pietati , ac bonis literis provehendis quam diutissime servet incolumem . Ex ædibus nostris Cartusianis in Agrippina Colonia , Feriis Divi Georgii , Anno a Christo nato MDXXXIII.

## XXXIII.

R. P. D. Theodorici Loer a Stratis Cartusiæ S. Barbaræ  
in Colonia Vicarii Epistola (1) ad R. D. Petrum  
Saff Domus Lucis S. Salvatoris prope Traje-  
ctum Priorem, & Prov. Theutoniæ Vi-  
sitatorem , cui Opuscula aliqua ad  
Theoriam mysticam spectantia  
Dionysii Cartusiani  
nuncupat .

*Ad ann. 1534.*

Venerabili Religiosissimoque in Christo Patri D. Petro Saff (al. Zas) Cartusienſis Domus  
Lucis S. Salvatoris prope Trajectum Priori , & Viſitatori præcipuo Provinciæ  
Theutoniæ Fr. Theodicus Loer a Stratis Cartusienſis Domus S. Barbaræ  
in Colonia Vicarius S. P. D.

**D**Um futuram hominis contemlor vitam , & e diverſo præſentem intueor ,  
disparis utriusque conditiones , ac ſibi contrapoſitas admiror , præamande , ac  
Venerabilis Pater . Nam hic ſub timore vivimus univerſi , atque ideo abſtracti ab  
hominum conſortio , contemptique in mærore , in perplexitate , & caligine multa ,  
ſpei , ac fidei ſoli nitentes , latere , quam ſciri malumus quotquot Chriſto vivimus .  
At poſt hanc in altera vita , nihil eſt quod timeri debeat , aut fugi , nec ſeparatim ,  
ſed in cœtu Sanctorum honorati , læti , ſecuri , omnia docti gaudebimus . Hoc modo  
Dionyſio ipſi noſtro , vel utrumque eveniſſe video in ſeculo hoc pro temporum  
mutatione . Siquidem nihil in hoc mundo conſtitutus magis ipſe voluit , quam  
latere , & abſcondi . Verum quo in heremo olim libentius Cartuſiana latuit , eo  
nunc magis prodit . Et quo dum viveret gaudebat neſciri , nunc toti orbi factus  
eſt notior , licet dum viveret hic quoque , non quantum voluiſſet , potuerit latere ,  
virtutum , & eruditionis fama , illum ubique lonquente . Unde ſatis conſtat , quanto  
magis ſoli plerique vivant , tanto minus vivant ſibi ſolis : hoc eſt , quo ab homini-  
bus magis ſunt ſeparati , eo pluribus , aut orando , aut ſcribendo profint . Nam unus  
nunc Dionyſius ſuis libris , nonne plus prædicat mortuus , quam alii centum qui  
vivant ? Numquid heremus , aut ſolitudo ejus non plus contulit mundo , quam ſi  
in turba vitam contriviſſet omnem ? Nonne libri ejus longius , latiusque diſcurrunt  
pluribusque prædicant , quam ipſe in vita potuiſſet unquam ? Nam hic ſi verbo  
etiam vivens docuiſſet , eos tamen auditores dumtaxat habuiſſet , qui ſecum tunc  
erant in corpore . At vero dum ſcriptis loquitur , ejus eruditio ad eos quoque , qui  
diu poſt nos ſunt futuri , perveniet . Quam utiliter igitur ſtudia ſua collocant , quot-  
quot in evulgandis authorum libris ad frugem Eccleſiæ cumulandam , operam na-  
vant ? Hoc unum erigit me inter tot , & tantos labores , & curas , quæ negotia  
huiusmodi , hoc eſt ſex , ſeptemve præla regenda comitari ſolent , ne vincar nimie-  
tate ac tædio . Dedimus jam pridem Tomos operum ejus minorum , dedimus Reli-  
gioſorum ſcalam , Heptalogum , Virtutum ſummam , aliaque permulta , at præſtan-  
tiora ſunt multo , quæ in utrumque Teſtamentum prælis commiſimus , quorum ad-  
mo-

(1) Extat impreſſa in principio Opusculorum rum Coloniae an. 1534.  
Dionyſii ad Theoriam ſpectantium , typis edito-

modum multa sunt, jam octo voluminibus in lucem data. Nec inferiora tamen in Sententias paramus. In Dionysium quoque Areopagytam, in Joannem Climachum, quem Doctorem Spiritualem vocant, Summam præter eruditissimam Theologiam, & Dialogon ejus de fide Catholica octo libris complexum. Officinas Chalcographorum Dionysius hic fere omnes unus obtinet, & alibi quidquid docti, piique loquuntur, Dionysius est. Et quia librorum ejus nonnulli qui putabantur periisse, quidam latere, nunc prodeunt, atque nobis mittuntur, obviis quod ajunt manibus eos accipimus, latius iterum evulgandos. Hujusmodi sunt, quos sub Dionysii nomine inscriptos Venerandus D. Joannes Zuyre Domus S. Joa: Baptistæ prope Diest Prior vigilantissime nobis jam pridem transmisit; puta liber de inordinatione cordis in divinis laudibus, & sonus Epulantis, quos cum tribus de contemplatione libris & libello de modo devote psallendi, ac Meditationum Dionysii opusculo integerrime P. T. hic nuncupandos duxi. Hoc enim rationi consonum videbatur, ut tibi aliisque multis, quos vel in Domo, vel in Provincia tua habes, viris Deo deditis, atque Contemplativis dedicarem. In quibus utilissima nimirum est eruditio, præsertim Heremitis, & internæ vitæ cultui spiritus (cujusmodi Cartusienfes sunt) addictis. Verum nihil est opus eis, qui contemplationis gratiam in se habent, vitam contemplativam commendari, quæ omnibus supereminet conditionibus vivendi, utpote specimen arramque habens futuræ vitæ. Neque enim hæc agitur feliciter, nisi peccatis ante deletis, vitiisque extirpatis, quando in puritate, in pace, in tranquillitate spiritus jam vivunt. Quare etiam vita contemplativa haud immerito omnium virtutum summa, atque perfectio dici potest. His contemplationum libris congrue satis sonus Epulantis, ac de inordinatione cordis in divinis laudibus, deque modo devote psallendi libros, Meditationesque conjungendos existimabam, quandoquidem in contemplatione cibo epulatur anima invisibili, quo abunde saginatur, unde confortata, neq; tædio nec somno inter divinas laudes vincatur, quas coram Domino, quem ubique contemplari decet præsentem, devotione agit indefessa. Neque etiam abs re est, quod tibi, utpote Visitatori, ac Primati Provinciæ tuæ Theutoniæ hos dedico libros, cum his potissime Authorum sunt nuncupandæ lucubrationes, quorum opera, favore, labore, industriave agitur, ut evulgentur. Hi namque quantum Authorum lectione oblectentur, quantove studio eorumdum gloriæ bene optent, id argumento est, quod hos omnibus velint esse communes. Non parum inde commendabilem se Theutoniæ Provincia prædicat, quæ negotio tam sancto, non solum impendio favet, sed etiam scribendo, originaliaque transmittendo, & variis aliis modis pro viribus adjuvat. Inter hos Venerabilis Pater Dominus Joannes Zuyre Prior Cartusie Diestensis haud ignaviter operam suam nobis locat, ne Domus nostra plus æquo, solaque supra vires gravetur. Nam amicos ut pecunias subsidiarias administrant, ipse cohortatur. Alios excitat ad scribendum; (cui operi non segniter propriis manibus adest ipse quoque cum filiis suis) aliis persuadet, ut exemplaria nobis necessaria mittant, quod ipse non semel quoque faciens, suæ bibliothecæ egregia volumina discendi cassarique passus est. Quoties creberrimis suis Epistolis, pusillanimitatem meam crexit, quoties consolatus est, quoties denique, ut forti animo in sancto opere pergam, commonuit? nihil quod huic negotio sciret conducere intermittens. Hoc modo Venerabilis ille Pater Henricus Brune Prior Cartusie Domus S. Catherinæ, juxta Antuerpiam, quoad potuit, superpetias Dionysio tulit. Nec minus assistere nobis Pater Gaudensis, Buscoducensis, & Lovaniensis, viri admodum devoti & venerandi, Dionysii evulgationem scribendo, & exemplaria transmittendo impense promoventes. Majora his scio faceret P. T. nisi post irreparabilia damna per bella vobis jam pridem illata iterata jam maris alluvione, exactioneque nimis dura Domus tua foret oppressa. Sufficisset certe ad inopiam Monasterio vestro invehendam, vel una ex his calamitas. Verum ut patientia tua probaretur, altius conduplicata, seu triplicata est. Porro quam intrepido hanc ferat animo P. T. quanta etiam cum filiis domi charitate, pace & tranquillitæ inter adversa gaudeat, liquet inde, quod omnes malunt filii tui edulso tenui, ac vili esurientia tecum corpora rescicere, quam in alia loca ditiora transmitti, aut abs te dividi. Verum ne tuam modestiam gravemus laudes, tuas magis silendo, quam prædicando efferamus oportet. Itaque Venerabilis Pater, quod jam dudum cœpisti, age, patrocinare Dionysio, ejusque opera ad laudem Omnipotentis Dei, ut mundum instruant, favore vel apud alios promove. Nos quod nostrum erit, vigilias, sudores, studia, & quidquid in corrigendis, ordinandisve hujusmodi negotiis occurrerit, una cum quorundam ingratitude, ne dicam detractione gratis ultroque tolerabimus, dummodo Domum nostram nimis non oneremus impensis.



fis. Neque enim, si omnia, quæ scripsit Dionysius (quod in animo est), evulganda sunt, invenietur, qui impensas faciat, nisi datis sub sigillo nostri Monasterii literis, quibus testemur promittentes, quæcumque non venderint impressores, nos illa omnia oblato pretio ab eis redempturos. Iccirco certos jam, securosque reddimus, ut nihil illis damni queat evenire, præsertim de sententiis, quod in Domum nostram non effundant. Itaque cum nullius sit commodi Manasterium nostrum particeps in librorum venditione, damni est plurimum, quandoquidem quicquid ut dixi est damni, in nos revolvitur. Pro hujusmodi incommodis levandis, & plerisque aliis, quæ hoc negotium familiarissime comitantur, & sine gravibus, ac multis impensis non possunt absolvi: ut sunt dona, quæ patronis, ac amicis Dionysii efferenda sunt, quæve mecum laborantibus, & famulis typhographorum, qui fidelem in operando navent operam, Doctoribus denique largienda sunt, quos pro dubiis, obscurisque locis, aut restituendis nonnunquam consuli est necesse: ad extremum quæ scriptoribus (omnia enim exemplaria rescribenda, aut bis, terve relegenda sunt) vel pro mercede, vel munere solvenda sunt. Pro his incommodis levandis, quæ cuncta nos molestant, gratus admodum foret, nec parum necessarius amicorum favor, & subsidium. Taceo enim Tomos, & alia multa spiritui, & religioni potissime servientia (quæ nemo alius imprimere voluit) nostris impensis gravissimis e prælis redempta, quæ tamen in magno adhuc numero penes nos acervatim jacent. Horum distractionem, aut venditionem, nisi PP. Venerandi Ordinis promoveant, quemadmodum a nonnullis puto aliquando consultum, nimia forent incommoda, quæ pro Dionysii, universique Ordinis gloria nos propemodum soli toleravimus: nec possent hoc modo, quæ reliqua sunt Dionysii opera ab aliis non imprimenda, in lucem a nobis dari. Pro hac re T. P. optime confidimus, quam cum reliquis Provinciæ tuæ Prioribus & salvare, & valere precamur. Ex Cartusia Colonien. Feriis Purificationis Gloriosæ semper Virginis Mariæ Anno salutis nostræ MDXXXIV.

## XXXIV.

Ex Prologo Libelli, cui Titulus: Assertio septem Sacramentorum, Auctore Henrico VIII. Angliæ Rege adversus Lutherum (1). De ipsius Henrici observantia erga Romanam Ecclesiam.

Ad ann. 1534.

**M**OTUS quidem fidelitate, ac pietate, quamquam mihi nec eloquentia sit, nec scientiæ copia, cogor tamen, ne ingratitude maculer, matrem meam Christi Sponsam, utinam tanta facultate, quanta cum voluntate, defendere: quod licet alii præstare possint uberius, ac copiosius, mei tamen officii esse duxi, ut ipse quoque quantumvis tenuiter eruditus, quibus rationibus possem, Ecclesiam tuerer, meque adversus venenata jacula hostis eam oppugnantis objicerem: quod ut faciam tempus ipsum, & præsens rerum status efflagitat; nam antea cum nemo oppugnaret, nemini propugnare necesse erat. At cum jam hostis exortus sit, quo nullus potuit exoriri malignior, qui Dæmonis instinctu . . . & contra Ecclesiam, & contra Catholicam fidem vipereum virus evomit, necesse est adversus hestem communem Christianæ fidei, omnis Christi servus, omnis ætas, omnis sexus, omnis ordo consurgat: ut qui viribus non valent, officium saltem alacri

Tom. X.

r

testen-

(1) Sive adversus Captivitatem Babylonicam Martini Lutheri. Extat præfix. Operib. Joannis Fisch. Episcopi Roffen. & asservatur MS. in Biblioth. Vat. E quo Paris Tom. IV. Polydor.

Lib. 27. Surius in Comment. & ex eo Cocleus in Actis, & Script. Luther. Henricus autem opus suum Leoni X. dedicavit.

testentur affecta . . . Quæ pestis unquam tam pernitiola invâsit gregem Christi? qui serpens unquam tam venenatus irrepsit, quam is, qui de Babylonica captivitate Ecclesiæ seipsit; qui Scripturam Sacram ex suo sensu contra Christi Sacramenta detorquet, traditos ab antiquis PP. Ecclesiasticos ritus eludit . . . Sacrosanctam Ecclesiam Romanam Babylonem appellat, Summum Pontificium vocat tyrannidem; totius Ecclesiæ Decreta saluberrima, captivitatem censet, Sanctissimi Pontificis nomen in Antichristum convertit? O detestabilis arrogantia, contumelia, ac schismatis buccinator! Quantus inferorum lupus est iste, qui Christi gregem dispergere querit? quantum Diaboli membrum, qui Christianos Christi membra querit a capite suo decerpere? quam putris hujus animus, quam execrabile propositum, qui & sepulta suscitât schismata, & vetustis abjicit bona, & hæreses æternis abdendas tenebris, velut cerberum ex inferis producit in lucem, dignumque ducit se; cujus unius verbo, posthabitis antiquis omnibus, universa regatur, immo subvertatur Ecclesia? De cujus ego malitia, quid dicam nescio, quam tantam censeo, quantam neque lingua cujusquam, neque calamus exprimeret possit &c.

Et in libro, contra Lutherum adversus Indulgentias blaterantem, scribit  
Henricus.

Omnes ergo, si vera dicit Luthèrus, fuerunt impostores. At quanta magis cum ratione creditur hunc unum fraterculum morbidam esse ovem, quam tot olim Pontifices perfidos fuisse Pastores? Nam Luthèrus, ut dixi, cujusmodi vir sit, quam nihil omnino charitatis habeat, evidentissime declarat, cum non vereatur tot summis, tot sanctis Pontificibus tantum crimen impingere. Et infra: Verum quantumvis disputentur indulgentiæ Pontificis, necesse est inconcussa maneant verba Christi, quibus Petro commisit claves Ecclesiæ cum dixit: Quidquid ligaveris super terram &c. . . Certe Indulgentias, si Pontifices peccavere, qui concesserunt, immunis a peccato non erat tota Congregatio Fidelium, qui eas tam diu, tanto consensu susceperunt; quorum ego iudicio, & observatæ Sanctorum consuetudini non dubito potius acquiescendum, quam Luthero soli, qui totam Ecclesiam tam furiose condemnat.

Et contra eundem Lutherum Summum Pontificatum, ut inane nomen, & injustam tyrannidem traducentem.

Quis, inquit Henricus, non hic nisi qui malitiam, scilicet Lutheri, norit, miretur inconstantiam? nam prius Papatum negaverat esse divini juris, sed humani juris esse concesserat: nunc vero secum dissidens neutrius juris esse confirmat, sed Pontificem sibi mera vi sumpsisse, atque usurpasse tyrannidem. Sentiebat ergo pridem humano saltem consensu propter bonum publicum Romano Pontifici super Ecclesiam Catholicam delatam esse potestatem, idque usque adeo sentiebat, ut Bohemorum quoque schisma detestaretur, quod se ab obedientia Romanæ Sedis absceinderent, pronuntians eos peccare damnabiliter, quicumque Papæ non obtemperarent. Hæc cum haud ita pridem scripserit, nunc in idem, quod tum detestabatur, incidit . . . Non tam injurius ero Pontifici, ut anxie, ac sollicitè de ejus jure disceptem, tanquam res haberetur pro dubia: satis est ad præsens negotium, quod inimicus ejus ita furore provehitur, ut sibi fidem derogat ipse, ac dilucide se ostendat præ malitia, neque constare secum, neque videre, quid dicat. Negare non potest, quin omnis Ecclesia Fidelium sacrosanctam Sedem Romanam, velut matrem, primatemque cognoscat ac veneretur . . . Ergo si tantam, ac tam late fusam potestatem, neque Dei jussu Pontifex, neque hominum voluntate consecutus est, sed suo sibi jure vendicavit, dicat velim Luthèrus, quando in tantæ ditionis irrupit possessionem? Non potest obscurum initium esse tam immensæ potentia, præsertim si intra memoriam hominum nata sit. Quod si rem dixerit, unam, aut duas fortassis ætates superare, in memoriam nobis rem redigat ex historiis, alioqui si tam vetusta sit, ut rei etiam tantæ oblitterata sit origo, legibus omnibus cautum esse cognoscit, ut cujus jus omnem hominum memoriam ita supergreditur, ut sciri non possit, cujusmodi habuerit initium, censeatur habuisse legitimum; vetitumque esse constat omnium consensu gentium, ne quæ diu manserunt immota, moveantur. Certe si quis rerum gestarum monumenta revolvat, inveniet jam olim protinus post pacatum or-

orbem, plerasque omnes Christiani orbis Ecclesias obtemperasse Romanæ: quin Græciam ipsam, quamquam ad ipsos commigrasset imperium, reperiemus tamen quod ad Ecclesiæ primatum pertinebat, præterquam dum schismate laborabat, Ecclesiæ Romanæ celsisse.

Et post multa Lutheri perfidiam exaggerantia: Coarguit Henricus ejusdem levitatem, modo tollentis, modo statuentis Ecclesiæ Sacramenta.

Protinus ex Sacramentis septem, tantum relinquit tria: nec ea tamen, nisi pro tempore, nimirum significans illa etiam ipsa propediem sese sublaturum: nam e tribus unum aufert paulo post eodem libro, quo plane declarat, quid proponet in reliquis.

Subinde Ecclesiæ doctrinam de septem Sacramentis tradit Henricus, & Lutheri argutias circa Eucharistiæ Sacramentum refellit:

Cum priusquam daret Apostolis manducandum panem convertit in carnem, non jam accipiunt panem, quem ille susceperat, sed corpus ejus, in quou panem converterat; quemadmodum si quis, cum semen accepisset, alii daret inde natum florem, non id dedisset, quod acceperat, quamquam naturæ communis ordo alterum fecisset ex altero; ita multo minus porrexit Apostolis id, quod in manus acceperat Christus, cum panem susceptum in suam ipse carnem tanto vertisset miraculo: nisi quis contendat, quoniam Aaron virgam sumpsit in manum, & virgam projecit e manu, ideo cum colubro quoque virgæ restitisse substantiam, aut colubram denuo cum recepta virgula. Quod si cum colubro virga restare non potuit, quanto minus restare potest panis cum carne Christi tam incomparabili substantia? . . . Apostolus, fateor, panem non semel appellat; vel scripturæ secutus in sermone morem, quæ solet interdum vocare quippiam, non id quod est, sed quod ante fuerat; & cum ait: Virga Aaron devoravit virgas Magorum, quæ tamen tum virgæ non erant, sed serpentes; vel contentus fortasse vocare, quod specie præsefererat. &c.

Pergit deinceps Henricus ad ostendendam transubstantiationem, non a recentioribus, ut asserbat Lutherus, confictam, verum ab antiquissimis Ecclesiæ PP. assertam: & subjicit,

Lutherus ipse fatetur, nihil esse periculi, si quis in hac re sentiat, quod tota jam sentit Ecclesia: at contra tota Ecclesia censet hæreticum esse eum, qui sentiat cum Lutero: non debet ergo Lutherus animare quemquam, cui bene cupit, ut secum sentiat; cujus sententiam tota condemnat Ecclesia, sed debet his suadere, quos amat, ut accedant illis, quos ipse quoque indicat in nullo versari periculo. Falsa est ergo ista Lutheri via contra publicam fidem, non hujusmodi temporis, sed etiam ætatum omnium &c.

Inclamans Lutherus contra Missæ Sacrificium; Idem rex eum refellit pluribus, & inter alia:

Si nobis instet Lutherus, Sacerdotem offerre non posse, quia Christus in cœna non obtulit; recordetur eorum, quæ dixit ipse, testamentum involvere mortem Testatoris, nec ante vires, & robur sumere, & tota perfectione compleri, quam eo moriente, qui testatus est. Quamobrem non ea solum pertinent ad testamentum, quæ prius fecit in cœna, sed etiam oblatio ejus in cruce. Nam in cruce consummavit sacrificium, quod inchoavit in cœna: & totius rei commemoratio, nempe consecrationis in cœna, & oblationis in cruce, uno celebratur, ac repræsentatur Sacramento Missæ: atque adeo verius mors repræsentatur, quam cœna: Apostolus enim cum Corinthiis scriberet: quotiescumque panem hunc comederitis, & calicem biberitis: adjecit, non cœnam Domini, sed mortem Domini annuntiabitis.

Fingens Lutherus in Missæ sacrificio, quod pro peccatis offertur, unum captivitatibus genus, adversus eum insurgit Henricus, & appositis Sanctorum sententiis contrarium evincit:

Ne Lutherum videamur imitari, qui nihil habet pro se, nisi quod e suo fingit

git capite , afferemus , quod dicit Ambrosius de Missa : quanta cordis , inquit , contritione , & lacrymarum fonte , quanta reverentia , & tremore , quanta corporis castitate , atque animi puritate istud divinum , & caeleste mysterium est celebrandum Domine Deus , ubi caro tua in veritate sumitur , ubi sanguis tuus in veritate bibitur , ubi summis ima , humanis divina junguntur , ubi tu es Sacerdos , & Sacrificium . mirabiliter &c. Videtis , ut hic beatissimus Pater , & oblationem appellet Missam , & in eadem Christum dicat , & Sacerdotem esse , & sacrificium , quemadmodum fuit in cruce . Cujus auctori quantum Lutherus tribuat , viderit ipse . Quantum vero tribuerit B. Gregorius facile declaravit , cum illum imitatus ita scriberet : Quis fidelium dubitare possit , in ipsa immolationis hora ad Sacerdotis vocem caelos aperiri , in illo Christi mysterio Angelorum choros adesse ? &c. Et alibi : hæc namque singularis victima , ab æterno interitu animas solvit , quæ illam nobis motem Unigeniti reparat . Non minus aperte cum dicit : Hinc ergo pensemus , quale sit pro nobis istud Sacrificium , quod unigeniti Filii passionem semper imitatur . . . Augustinus non semel idem faterur : ait enim de missa : Iteratur quotidie hæc oblatio , licet Christus semel passus sit , quia quotidie labimur , Christus pro nobis quotidie immolatur .

Sine legis operibus ad firmam spem salutis erigens Lutherus peccatores , Rex eum ita redarguit .

Fidei divitias in hoc extollit , ut nos reddat pauperes bonorum operum , sine quibus , ut B. Jacobus ait , fides omnino mortua est . At Lutherus sic fidem nobis commendat , ut non solum permittat nobis vacationem ab operibus bonis , sed etiam suggerat audaciam qualiumcumque facinorum : ait enim . . . Nulla peccata eum ( sit baptizatum ) possunt damnare , nisi sola incredulitas . O vocem impiam , & omni impietatis magistram , ita per se exosam piis auribus , ut non sit opus eam redarguere ! Ergo non damnabit adulterium , non damnabit homicidium , non perjurium , non parricidium , si tantum credat se quisque salvandum fore per virtutem promissionis in baptisate ?

Pontificias , & Cæsareas leges enervat Lutherus , & hoc similiter reprehendit Henricus dicens .

Quid faciat Rex , aut Prælatus , si neque legem potest ponere , neque positam exsequi : sed populus absque lege , velut navis absque gubernaculo fluctuet ? Ubi est ergo illud Apostoli : omnis creatura potestatibus sublimioribus subiecta sit ? Ubi illud : Si male agis , Regem time ; non enim sine causa gladium portat ? Ubi illud : Obedite Præpositis vestris , sive Regi , quasi præcellenti &c. Cum igitur ait Paulus : bona est lex ; & alibi : lex est vinculum perfectionis . Præterea cum ait Augustinus : non frustra sunt instituta potestas regis , & cognitoris jus , ungula carnificis , arma militis , disciplina dominantis , severitas etiam boni patris . Habent ista modos suos , causas suas , rationes , utilitates : & hæc cum timeantur , & mali coercentur , & boni quieti inter malos vivunt . . . Si nemo , nec homo , nec Angelus potest super hominem Christianum legem ponere , cur tot leges ponit Apostolus ? . . . Cur exercuit tantam potestatem , ut fornicarium juberet tradi in interitum carnis ? Cur Petrus Ananiam , & Saphiram simili poena percussit ? &c.

Impetit postea Lutherus Sacramentum Pœnitentiæ , at eum Rex ex PP. sententiis ita confundit :

Si quid valere auctoritas Sanctorum PP. , valere debet in primis , quod ait Ambrosius : Non potuit quisquam justificari a peccato , nisi peccatum ipsum fuerit confessus . Chrysostomus : Non potest gratiam Dei accipere , nisi purgatus fuerit ab omni peccato per confessionem . Denique B. Augustinus : agere pœnitentiam , qualis agitur in Ecclesia . Nemo dicat sibi : occulte ago . Ergo sine causa dictum est : quæ solveritis super terram ? Ergo sine causa claves datæ sunt &c.

Et circa satisfactionem delirantem Lutherum Rex laudatus ita confutat :

Cum dicit , quod per opera non satisfit Deo , sed sola fide ; si sentit quod per sola opera sine fide , stulte bacchatur in Sedem Romanam , in qua nemo fuit unquam

quam tam stultus, qui diceret opera sine fide satisfacere, cum nemo nesciat illud Pauli: Quod non est ex fide peccatum est. Sin opera sentit superflua; & fidem solam sufficere, qualiacumque sint opera; tum dicit aliquid, & vere dissentit a Sede Romana, quæ credit Jacobo, quod fides sine operibus mortua est. Videtis igitur, quam inepte se commovet Lutherus, qui sic invehitur in Romam Sedem, ut semet interea vel stultitiæ retibus, vel impietatis involvat.

Subinde contra Sacramentum Confirmationis, quod non expresse legatur institutum afferentem, ita convincit.

Hac ratione, si tantum Joannis extaret Evangelium, negaret institutionem Sacramenti in cœna Domini, de qua institutione nihil omnino præscribit Joannes; qui eodem Dei consilio, non tetigit istud, quo multa alia præterierunt omnes, quæ fecit Jesus: quæ ut scribit Evangelista, non sunt scripta in libro hoc, & quæ totus mundus non posset capere: & quibus nonnulla per Apostolorum ora fidelibus patefacta sunt &c.

Pro Sacramento autem Matrimonii, hæc Henricus adversus Lutherum.

Ecclesia credit esse Sacramentum, Ecclesia credit a Deo institutum, a Christo traditum, ab Apostolis traditum, a SS. PP. per manus deinceps pro Sacramento traditum ad nos pervenisse, pro Sacramento per nos tradendum posteris ad finem usque sæculi, pro Sacramento venerandum. Hoc Ecclesia credit, & quod credit dicit; hoc Inquam tibi dicit eadem Ecclesia, quæ tibi dicit Evangelistas scripsisse Evangelium. Nam nisi Ecclesia diceret Evangelium Joannis, Joannis esse, nescires esse Joannis.... Si Lutherus dicat, non vocari Sacramentum, nisi in Christo, & Ecclesia: revincetur etiam ipsis Apostoli verbis, si diligenter expendantur vel a grammatico. Nam cum Apostolus dicat, Sacramentum hoc magnum est: ego autem dico in Christo, & Ecclesia: quod est illud Sacramentum, quod magnum est in Christo, & Ecclesia. Christus & Ecclesia non potest esse Sacramentum in Christo, & Ecclesia, nemo enim sic loquitur: necesse est igitur, ut id Sacramentum, quod dicit esse magnum in Christo, & Ecclesia, sit illa conjunctio viri cum conjuge &c.

Transit deinde ad Ordinis Sacramentum & contra Hæresiarcham scribit.

Si ideo nihil est ordo Sacerdotii, quia quilibet Christianus est Sacerdos; eadem ratione sequeretur, ut nihil supra Saul habuerit Christus; nam & de Saul dixit David: Peccavi tangens Christum Domini: Nihil habuerit Christus supra quemquam eorum, de quibus dictum est: Nolite tangere Christos meos; Nihil denique supra quemquam Deus eorum omnium, de quibus per prophetam dixit ipse: Ego dixi, Dii estis; & Filiis excelsi omnes: Postremo, qua ratione Christiani omnes Sacerdotes sunt, eadem etiam ratione reges sunt; non enim solum dicitur: vos estis regale Sacerdotium; sed etiam Sacerdotale Regnum.... Ideo tollit Sacerdotium, ut Sacerdotes redigat in classem Laicorum; nam Sacramentum esse negat, & ritum tantum esse dicit eligendi concionatoris; nam qui non concionantur nihil minus ait esse quam Sacerdotes, neq; aliter Sacerdotes esse, quam homo pius est homo, contra Paulum Apostolum, quid ad Timotheum scribens ait: Qui bene præsumt presbyteri duplici honore digni sunt, maxime qui laborant in verbo, & doctrina.

Et cum pro irridendo Sacramento Extremæ Unctionis, Lutherus Jacobi Epistolam repudiaret, idem Rex ipsum convincit dicens.

Non alium objiciam Luthero, quam Lutherum ipsum. Is igitur in Sacramento Ordinis ait, Ecclesiam hoc habere datum, ut possit discernere verba Dei a verbis hominum; quomodo ergo nunc dicit, Epistolam Apostolico Spiritu indignam esse, quam Ecclesia, cujus judicium, ut ait, hac in re falli non potest, Apostolico Spiritu judicavit plenam? Quod ait consequi, ut si hæc unctio Sacramentum esset, Apostolus mentiretur, Lutherus ipse mentitur: nam Sacramentum quatenus Sacramentum est, non salutem promittit corporis, sed animæ per signa corporea... Igitur cum Apostolus dicat, sanandum per unctionem, & orationem eum, qui infirmus est, & Christus, signa illa secutura credentes, ut super ægros manus imponerent, & bene haberent; quis

non videt hoc sic interdum fieri, ut tamen non fiant semper; neque tamen falsos esse, qui promiserunt.

Denique Lutherum promittentem, omnes quotquot vellent per orationem fieri immortales, ait Henricus.

Demiror, si vera dicit, ipsum non curare quoscumque morientes, & quotidie auscultamus rumores e Germania, qui referant resuscitados etiam sepultos; cum interim semper audimus, non modo sanatum nullum, sed etiam per illius quosdam Satellites occisos, & crudeliter trucidatos ejus causa, bonos, & innocentes Sacerdotes; ut exemplo doceret Ordinem nihil esse &c.

XXXV.

Ordinatio Capituli Generalis Ord. Cartusien. anni 1534.  
Ad Priores Prov. Tusciæ pro adiutorio  
Fabricæ Domus Paduæ jam  
inchoatæ.

Ad ann. 1534.

Frater Guilielmus Prior Majoris Cartusie Ordinis Cartusienensis Generalis Minister,  
Cæterique Diffinitores Capituli Generalis, universis, & singulis Visitatoribus,  
Prioribus, & Officialibus Provinciæ Tusciæ Ordinis nostri  
Cartusien. Salutem, & dilectionis affectum.

**C**UM Domus Paduæ in dicta Provincia Tusciæ a multis annis fuerit propter bellorum discrimina funditus dilapidata, nec hætenus reparata, ob tenues redditus ipsius Domus, & malorum temporum dispositiones: Nos quorum, interest super hoc curam suscipere, & invigilare, ne una tribus deleatur ex Israel, universos, & singulos Visitatores, Priores, & Officiales prædictos monemus per præsentem, & cohortamur in visceribus Redemptoris nostris Jesu Christi, ut de eorum abundantia præfatæ Domui denuo construendæ, ad honorem Dei, & nostri Ordinis incrementum manus porrigant adiutrices: atque charitative subveniant annis singulis, donec simul cum redditibus dictæ Domus, qui ad minus erunt scuta tercentum auri, & ad plus, quantum poterunt, consurgat in statum optimum, & perfectum. Verum quia inane esset procedere ad executionem hujus charitativi obsequii, & subsidii, si non ordinate de ipsis disponeretur, propterea tenore præsentium, vices nostras, & Capituli Generalis in hac parte committimus Visitatoribus dictæ Provinciæ, ut discretam Domibus singulis imponant annualem portionem, & quantitatem solvendam, & impertiendam pro fabricis erigendis, & construendis auctoritate nostra & Capituli Generalis. Quorum Visitatorum taxationibus, & impositionibus nemo præsumat contradicere sub poena indignationis Ordinis nostri, quam summam volumus pro nunc ultra centum scuta auri distribuendam per Domos Provinciæ, prout supra narratur. Datum Cartusie sedente Capitulo Generali die IV. Maji an. 1534. sub signo nostro Manuali, & sigillo dictæ Domus nostræ Cartusie in fidem promissorum.

Taxa autem per Visitatores distributa fuit, ut sequitur.

|                              |    |
|------------------------------|----|
| Domus Maggiani scuta num.    | 5  |
| Domus Pontignani scuta num.  | 5  |
| Domus Belliguardi scuta num. | 4  |
| Domus Florentiæ scuta num.   | 13 |
| Domus Pisarum scuta num.     | 12 |
| Domus Lucæ scuta num.        | 8  |
| Domus Bononiæ scuta num.     | 12 |
| Domus Ferrariæ scuta num.    | 16 |
| Domus Venetiæ scuta num.     | 12 |
| Domus Montelli scuta num.    | 8  |
| Domus Vedanzæ scuta num.     | 5  |

Summa num. 100  
Theo-

## XXXVI.

Theodorici Loher a Stratis Cartusiae S. Barbarae in  
 Colonia Professi ac Vicarii Epistola ad P. D.  
 Georgium Sarens S. Trudonis Abbatem  
 meritissimum, qua (1) Summam Or-  
 thodoxae fidei P. D. Dionysii  
 Cartusiani edendam, ipsi  
 dedicat.

*Ad ann. 1535.*

Reverendo in Christo Patri D. Georgio Sarens Abbati, & Domino S. Trudonis  
 meritissimo Frater Theodoricus Loher a Stratis Cartusianorum  
 Domus S. Barbarae in Colonia Vicarius S. D.

**M**ulta occurrunt, Reverendè Pater, argumenta laudum tuarum, si mihi  
 vel animus, vel facundia esset laudandi. Animus tamen non profus abest,  
 vel ingens (quis enim virtutum laude prosequi non dignetur?) ad tui commenda-  
 tionem inhians. Verum scio modestiam tuam, scio humilitatem, ut cum sis,  
 dicarisque ab omnibus magnus, ipse tamen teipsum nescias magnum. Unde ne  
 magnus quidem sed modicus, ne dicam vilis, potius juxta tuum judicium vis  
 haberi. Porro, quod facundia mihi desit, ingenue fateor, maxime quanta iis argu-  
 mentis foret necessaria. Verum tamen non usquequaque id mirum, cum tantam  
 rei magnitudo postulet eloquentiam, ut etiam si Demosthenes ipse adesset, supera-  
 tum se fateretur. Quæso tamen R. T. P. ut si virtutes tacere cogar tuas, quæ  
 certatim occurrentes commendari postulant; sinat, ut quod in omnium admiratio-  
 ne, in omnium est ore, dicam. Nempe non absque maximo merito tuo esse fa-  
 ctum, ut qui olim in Monasterio dicto Bone, & Ordinis Præmonstratensis fueris  
 Abbas, inde ascitus instantia & jussione Reverendissimi Domini Cardinalis Tituli  
 S. Grisogoni Episcopi Leodien, cooperante R. D. Gerhardo Zulre Abbate D. Lau-  
 rentii prope Leodium, Monachis, Clero, nobilibus, plebeisque idem petentibus in  
 in arctioris Ordinis S. P. Benedicti, præclariorisque Cœnobii Divi Trudonis Abba-  
 tem sis præfectus. Quis, quæso, P. Reverende vel hostis hic cogitare possit  
 aliud, atque ut res est, tanta industria, tanta virtute, tantaque sapientia in prio-  
 ri dignitate enituisse, unde felicem se prædicaret, vel S. Trudonis, vel familia  
 quæcumque alia, quæ te Abbatem, te rectorem, te Dominum obtineret? Nec nos  
 revera sefellit opinio. Siquidem supra id, quod de te sibi promiserant, tuis virtu-  
 tibus præstas. In utroque enim regimine, Monasterium tuum quotidie seipso facis  
 tua prudentia felicius. Nam quo Monasticos mores reflorescere faceres pristinos,  
 quantocius virum aliquem insigniter, tum eruditione, tum moribus præstantem,  
 qui Fratibus tuis lectionem faceret, obtinere cura non postrema fuit. Sciens iusti-  
 tiam ipsam ignaviæ, dissolutionique multo maxime ansam præbere: ocium quoque  
 (ubi sacræ lectionis deest amor), Religioni esse pestilentissimum. Obtinuisti certe  
 ad hæc munia virum undecumque doctissimum, editis libris clarum, nec minus  
 integrum D. Gerahrdum Moringum a Boemel S. Theologiæ licentiatum: qui non  
 modo eruditione, verum etiam castis moribus valeat, & reipsa præstet, quod do-  
 ceat. Solet enim (nescio quare) nitidior multo lucere virtus in homine (ut vo-  
 cant) sæculari, si fuerit, atque in eo, qui ex professione Religioni est addictus.  
 Adeo præterea humaniter inter subditos conversaris, ut fratrem te benigna consuetu-  
 dine,

(1) Legitur præfixa Tom. I. Summæ Orthodoxæ Fidei ejusdem edit. Antverpiæ an. 1569.

dine, ut Abbatem auctoritate te illis exhibeas, magisque amari velis, quam time-ri: quamvis utrumque suo loco, & tempore necessarium sit a subditis, ut exigatur. Atque ideo diligunt te omnes ad reformatioris vitæ studia ultro pronique occurrentes. Quid enim aliud subditi agerent, videntes se cogi magis bono exemplo, quam verbo? Eam ob rem cum ipse literarum sis amator, atque omnes idcirco tuos veræ eruditionis esse optes studiosos, Dionysii nostri Cartusiani, vestrique conterranei, post majora in universam Bibliam, aliaque varia absoluta ejusdem opera Theologiæ universæ Summam R. T. P. dedico. Est ipse liber non admodum grandis, sed Theologiæ scientiarum, atque adeo universæ fidei summatim omnia constringens. Rejēcta enim argumentorum spinosa difficili, & obscura sylva, patentes campos, & florida Theologiæ prata aperuit; hoc est omnium controversarum questionum conclusiones tantum, ceū responsonem absolutam solidamque, qua argumenta, si objecta fuerint, quæcumque absque ullo negotio possent refelli, breviter posuit: imitatus per omnia Doctorem sanctum atque Angelicum Thomam Aquinatem, & ante hunc illuminatissimum illud jubar Augustinum. Quicquid in scholastica necessarium est inquiri Theologia hic invenies, nec multis perlectis foliis, sed ab initio mox, ut inspexeris, scies quid ea de re, quæ inquiritur, sentiendum sit. Unde & Epitome totius potest dici Theologiæ. Cæterum si quis longiorem, amplioremque quæstionum elucidationem desiderabit, simulque, quid circa quamvis quæstionem Doctorum turba variâ senserit, habebit propediem Dionysium eundem in Sententias, quatuor libris distinctum, ubi miro artificio Doctorum Scholasticorum sententias conatus est conciliare, adeo ut in eodem codice, non unius Dionysii tantum, sed omnium fere Doctorum, præcipue qui gravioris sunt opinionis, sententias in unum colligatas admirabitur. Itaque R. P. hoc jentaculum tibi præmisimus, in quo nobis tamen fortuna non parum novercata est, ut ob temporis brevitatē, aliasque tum necessitates, tum calchotyporum occupationes non potuerimus præter hos duos primos libros dare: reliquos daturi adhuc ante S. Joannis Vigiliis, qui fortassis & ampliori, & venustiori Epistola instructi R. T. P. dedicabuntur. Interea ne animus tuus lectione hujus fraudetur, expectatioque multorum rideatur, priores offero: quibus (quod nulli dubium) patrocinium, favorem, auxiliumque impendes, quo multo plura Dionysii hujus volumina in lucem prodeunt. Doctor est enim omnibus idoneus, lucidus, planus, affatim eruditus: qui nihil videtur non legisse, nihil ignorasse: atque (quod iis omnibus præstat) maxime piis, ac contemplationi deditissimus. Unde non solum illuminatum intellectum, sed affectum quoque habuit purgatum, liberum, atque divini amoris gustu ex quotidiano devotionis usu fere continuo inebriatum. Cum hoc, quæso, pariter & me habe inter tuos, tibi que deditissimos commendatum. Ex Cartusiana Agrippinen. Nonis Martii. MDXXXV.

## XXXVII.

Reverendi Patris D. Guilielmi Bibaucii Magnæ Cartu-  
sæ Prioris, ac totius Ordinis Cartusienſis Ge-  
neralis, octo Epigrammata, in Lau-  
dem S. Joachim Patris  
B. Virginis.

Ad ann. 1535.

## I.

**L**Udite Pieridum redolentia carmina fontes:  
Nunc Joachim juvenes ludite, vosque senes.  
(Magna dicentes magnos) suavi condita lepore,  
Carmina divino nunc Joachim canite.  
Si dicit, Joachim quis hic est? Pater ille supernæ  
Reginæ est: igitur regulus est Superum.

## II.



## II.

Multiplici sanctum Joachim pulsate precatu.  
 Christicolæ fœdi, crimine multiplici.  
 Stelliferos avus de regis qui condidit orbes:  
 Et patriarchalis gloria prima chori.  
 Ergo potest facilem veniam impetrare reatus:  
 Virtutis nitidam ferre potestque viam.

## III.

Laudibus intactam celebras quicumque puellam,  
 Inde Jesu Christo gratior esse studens.  
 Virginis haud grave sit Joachim coluisse parentem,  
 Quem proprium voluit ipse Redemptor avum.  
 Virtutes cujus si tollis in æthera laude,  
 Gratus eris Mariæ, gratus erisque Jesu.

## IV.

Virginis eximie Patrem celebrate fideles,  
 Quem laus illustrem multiplicata facit.  
 Qui cum prole sua commune meretur habere  
 Nomen; dum Christi dignus habetur avus.  
 Hoc duce, quæ cupimus facile impetrare licebit;  
 Si puro nitidas fundimus ore preces.

## V.

Salve Christifera Joachim Pater alme Mariæ,  
 Quæ semper nivea Virginitate nitet.  
 Inter femineas Virgo nitidissima turmas,  
 Egregio nomen ditat honore tuum.  
 Majori tamen ipse Jesus patris inclyta proles  
 Æterni: natæ stirps benedicta tuæ.  
 Illius genitor, avus hujus & ipse probaris:  
 Ergo tua miseros conciliato prece.

## VI.

Quisquis es, & variis immergeris undique pœnis,  
 Crescit & assiduo plaga dolorque tuus:  
 Intrepidus Joachim precibus tentes Patriarcham,  
 Qui potis est subitam ferre salutis opem.

## VII.

Dive Pater Joachim, Anna cum conjuge salve,  
 Et Maria salve, caste Mariæ Joseph:  
 Protinus afflicti maculas expellite cordis;  
 Ut tua stirps Christus det mihi regna poli.

## VIII.

Anna Dei matris genitrix, Joachim pater alme  
 Joseph: post trinum numina trina Deum.  
 Cernite continuas lacrymasque precesque benigni,  
 Et facitote, Jesus det mihi regna poli.

Eiusdem R. P. D. Guilielmi Bibaucii ad laudatum S.  
 Joachim Carmen Saphicum.

Quando te summum specimen decusque,  
 Et Jesu matris Joachim parens es &c.

## XXXVIII.

De R. P. D. Guglielmo IV. cognomento Bibaucio  
XXXIV. Cartusianorum Generali. Ex  
Theodoro Petrejo (1).*Ad ann. 1535.*

**G**uglielmus III. (legendum IV.) cognomento Bibaucius, honesto, imo & splendido loco in Flandria natus, cum esset puer annorum novem Lovanium a parentibus studiorum causa missus, tantos in literis ibidem fecit progressus, ut ingentem omnibus admirationem excitaret. Erat enim ingenio acri, ac vehementi, memoria vero tam tenaci, ut quidquid semel apprehendisset, nulla temporis diuturnitate evanesceret. Quam vero dulcis eloquio fuerit, divinarumque peritus literarum, conciones illæ capitulares, quas in præcipuis quibusdam anni solemnitatibus publice in Conventu habuit, liquido testantur, impressæ nimirum an. 1539. studio Judoci Hessi Erphordianæ Domus Priore, quibus etiamnum Ordo plerisque in Dominicis utitur. Cæterum Bibaucius adulta jam ætate beneficio Principis, cujus liberos erudiebat, ad summos honores, ac dignitates evehctus, soli Deo placere desiderans, Cartusianæ se familiæ Gandavi addixit, & tandem Generalis Ordinis designatus ad Majorem se conferre Cartusiam, obedientiæ compellente præcepto, debuit, cui ad annos circiter tredecim magna cum laude præfuit.

*Efficit æternos plerosque scientia parva,  
Vel regnantis honos, hæc Guisclme tenes.*

## XXXIX.

## Ex eodem Petrejo (2) de eodem P. Bibaucio.

*Ad ann. 1535.*

**G**uglielmus Bibaucius patria Tiletanus, ac Professor Vallis Regalis prope Gandavum, ibidem circa ann. Domini M. D. divino se se mancipavit obsequio, qui postmodum ob insignem virtutis, ac prudentiæ opinionem, ad Prioratum Domus Hollandiæ prope montem S. Gertrudis fuit assumptus. Vir nimirum talis, ut ignores, quid in eo primum admirari debeas, insignemne, ac raram eruditionem, an eximiam vitæ sanctimoniam. Unde & anno Domini 1521. in totius Ordinis Generalem est electus, ac idoneus judicatus, qui in isto amplissimæ dignitatis munere succederet doctissimo illi Viro Francisco de Puteo; Viro, inquam, uti aliis doctrinæ generibus excellenti, ita Juris utriusque consultissimo. Cæterum quanta doctrina, ac pietate, eloquentiaque, & tam verborum ornatu ac splendore, quam rerum pondere, inter sui temporis Scriptores præstiterit hic Bibaucius, orationes ejus, & conciones capitulares ad vitæ spiritualis profectum conscriptæ, quæ in singulis pene Ordinis Domibus omnium manibus teruntur, plenissime testantur. De cujus virtutibus plura equidem haud vulgaria possent referri, si extaret historia, quam de ejus vitæ, morumque conversatione conscripsisse dicitur illius & Synchronus, & Vernaculus Levinus Ammonius ejusdem Gandavensis Do-

mu

(1) In Elucidario Chron. Cartusen. Petri Dorlandi fol. 101.

(2) In sua Biblioth. Cartusian. Lit. G. pag. 117.

mus Professor. Quam equidem vitam, mirum non est, Gandavi haud quaquam reperiri, cum horum temporum injuria, ac sævi Martis infania, pleraque litterarum monumenta in istis Flandriæ partibus deperierint; maxime cum Gandavense Cartusianorum Cœnobium an. Domini 1577. funditus sit eversum. Nisi forte exemplar aliquod exstet in alma Matre Cartusia, ad quam plerique (uti suis ad me litteris V. P. Arnoldus Havenſius, qui istic rerum potitur, perscripsit) transmissum fuisse opinatur. Unde fit, quod præter tanti Viri sermones capitulares, typis excusos, ne tenuè quidem vitæ ipsius vestigium præfato in loco cernere liceat. Interim tamen commemoratu dignum, qua occasione se Ordini cœperit addicere. Gandavi quippe ludum litterarium cum aperiret, & quodam die disciplinæ semina in suorum Auditorum animos jaceret, subito flamma fulguris instar in schola emicuit; quæ frequenter huc illucque se vibrans, per omnes auditoriæ angulos defæviit, ac postremo ipsum percussura, ita exterruit, ut votum animo conciperet, se, si incolumis evaderet, Cartusianum fore. Unde instar B. Paulli divinitus vocatus ad melioris vitæ semitam, veluti manu est perductus. Porro quam diu Ordini universo summa cum laude præfuerit, ac quotus Generalium fuerit, diximus IV. nostrarum ad Chronicon Dorlandi Notarum libro, ubi omnes, ac singulos Ordinis Antistites ex ordine percensuimus.

Interim vero Patri Guilielmo non nemo hocce cecinit Epitaphium.

*Occidis ereptus terris Guilielme Bibauce,*

*Maxima Cartusie flenda ruina Domus &c.*

Obiit in Majori Cartusia anno Domini 1535. 24. Julii.

## XL.

Ex MS. Catalogo Priorum Magnæ Cartusie, & totius  
Ordinis Generalium ad an. 1521. De eodem  
Patre Bibaucio.

*Ad ann. 1535.*

MDXXI. XXXV. **G**uilielmus IV. Bibaucius Flander Tiletanus Professor Dominus Gandavi, vir pius, ac doctus, multis dotibus, virtutibusque ornatus, ex Priore Domus Montis S. Gertrudis, conscripsit sermones capitulares jam impressos, pietate, eloquentia, ac sententiarum pondere refertos, magna cum laude Ordini præfuit ad annos XIII. Cum sanctitatis opinionis spiritum Deo reddidit 24. Julii an. 1535. Ob quam eum Arnoldus Raiffius reposuit in Actuario ad Natales Sanctorum Belgij Joannis Molani. Vid. Biblioth. Cartus. Legendus Antonius Sanderus de Gandavensibus eruditione claris; Valerius Andreas in Biblioth. Belgica, & Franciscus Suwertius in Athen. Belgic., nec non idem Raiffius de Origin. Cartus. Belgii pag. 56.

## XLI.

R. P. D. Petri Blomenvenna Leiden. Cartusiae Colo-  
niensis Prioris, & Rheni Provinciae Visitatoris  
Epistola ad Senatum Coloniensem, cui  
Enarrationes D. Dionysii Cartu-  
siani in Moyfi Pentateu-  
chum nuncupat (1).

Ad ann. 1537.

Præstantissimis Magnificis, ac Integerrimis Dominis Consulibus, Quæstoribus,  
Magistratibusque aliis, universoque Senatui florentissimæ, & amplissimæ Ci-  
vitatis Agrippinæ Coloniz, Frater Petrus Blomenvenna Leidensis Cartu-  
sianorum in eadem Urbe Prior, ac circa Rhenum Visitator  
felicitem.

Quanta sit Scripturæ hujus, videlicet quam Canonicam vocamus, auctoritas,  
quanta item Majestas P. C. neminem unquam puto addubitasse, nisi qui  
aut prorsus inscius, aut omnino impius, Spiritui Sancto, quo (ut Pe-  
trus ait) locuti sunt Sancti Dei homines, resistere maluerit, quam credere. Ne-  
que enim voluntate (quod ait) humana allata est aliquando prophetia, nec ope-  
ra Dei admiranda alio nobis Doctore revelata sunt, quam eo, quo & auctore  
sunt facta. Qui cum mentiri nesciat, utpotè veritas, tantum abest etiam, ut  
falsitatis quippiam lateat in Scriptura. Hoc Salvator quoque noster confirmat,  
non parum Scripturæ tribuens, quando, quod solvi hoc nequeat, dixerit. Proin-  
de quicquid alioqui in controversiam posset venire, citata Scriptura pro illius te-  
stimonio, & sententia mox roboratur. Eam ob rem, non solum Ecclesie Do-  
ctores, verum Apostoli etiam, atque adeo Christus ipse Scripturæ non semel usi  
sunt testimoniis, quibus vel ea, quæ adstruenda erant, roborarent; aut, quæ  
confutanda, convellerent. Porro quid Scripturæ debeat nomine censi, si quis in-  
terroget, nihil ex nostro, sed Ecclesie judicio arbitror proferendum: nempe cum  
veteris tum novi Testamenti libros, eos videlicet, quos Concilium recenset Car-  
thaginense III. Cap. XLVII. cui præter alios tum doctissimos, tum sanctissimos  
viros Divum constat interfuisse Augustinum, & qui communi sunt Ecclesie con-  
sensu recepti, videlicet Genesis, Exodus, Leviticus, Numerorum, Deuterono-  
mium, Jesu Nave, Judicum, Ruth, Regum libri quatuor, Paralipomenon libri  
duo, Job, Psalterium Davidicum, Salomonis Proverbia, Ecclesiastes, Canticum  
Canticorum, Sapientia, Ecclesiasticus, Libri XII. Prophetarum, Isaias, Jere-  
mias, Ezechiel, Daniel, Tobias, Judith, Esther, Esdræ libri duo, Macha-  
bæorum libri duo. Novi autem Testamenti libri viginti septem; Evangeliorum  
libri quatuor, Actuum Apostolorum liber unus, Pauli Apostoli Epistolæ qua-  
tuordecim; ejusdem ad Hebræos una, Petri Apostoli duæ, Joannis Apostoli tres,  
Judæ Apostoli una, & Jacobi una, Apocalypsis Joannis Apostoli. Concordat his  
per omnia Concilium Tridentinum, quod nostra hac ætate celebratur, præter  
quamquod librum Baruch Jeremiæ nominatim adnectit, & approbat; atque dein-  
de post enumeratos hosce, qui de Canone dicuntur Ecclesie Catholicæ, libros,  
ista subjungit; Si quis autem libros ipsos integros cum omnibus suis partibus,  
prout

(1) Legitur præfixa Enarrationibus in Penta- in lucem editis Coloniz ex Officina Joannis  
teuchum Moyfi R. P. D. Dionysii Cartusiani, Quentell, an. MDXLVIII. Mense Augusto.

prout in Ecclesia Catholica legi consueverunt, & in veteri Vulgata Latina editione habentur, pro sacris, & Canonicis non susceperit, anathema sit. Hos vero libros cum tanta ornent Majestas, tantaque fulciat auctoritas, ut nemini unquam iis non modo refragari, sed nec de eorum veritate dubitare haecenus liceat; in iis tamen omnibus, quemadmodum de Paulinis Epistolis Petrus testatur, cum sint quaedam obscura ac difficilia intellectu, quae indocti, instabilesque praefertim hodie depravent, quanta putamus laude dignos eos, qui suis vigiliis, sua opera, atque labore, quae obscura, lucida; quae abstrusa sunt, nobis manifesta reddidere? Quanta sunt item illis gratiae agenda, qui juxta Salvatoris testimonium nobis laboraverunt, nobisque seminaverunt, ut nos eorum messem introituri, atque segetem uberem capturi, alienis sudoribus epulareremur? Fuere enim, qui in Bibliorum unum alterumve librum scripserint Commentarios; fuere, qui complures sint interpretati Scripturae libros. At vero, qui in utrumvis Testamentum scripserint, atque Scripturam sacram omnem nobis elucidaverint, perpauca habentur. Inter hos tamen egregie hoc ipsum fecisse constat Dionysium, nostri Ordinis Cartusiani virum eruditissimum, nec sanctitate minori conspicuum: qui praeter alios pene innumeros, quos edidit, libros, nullum ex Canonicis S. Scripturae libris praetermisit, quem suis non illustravit lucubrationibus, plerumque quadruplici sensu, quod nemo ante ipsum praestitit, nempe litterali, allegorico, tropologico, & anagogico. Huic praeterea id laudis accedit, tametsi nulli non ceterorum sit quoque sua praesinentia singularis, quae explanatio ejus cum sit lucidissima, nec parum solida, adeo tamen est nihilominus fecunda, ut nihil ad rem faciens, ab aliis dictum, praetermiserit. Unde accidit, ut adagii pene loco receptum sit, nempe: Qui Dionysium legit, nihil non legit. Itaque nos omnem navamus operam, nec corporis viribus, nec sumptuum impensis parcentes, quo novos semper esurienti Lectori cibos, eosque cum primis suaves ingeramus; idque vel propterea tanto sedulius, quanto homines impii, iidemque ab Ecclesia Apostatae, & in fide reprobis quotidie sacram Scripturam perperam interpretari, ejusque sensum genuinum, quem Spiritus Sanctus loquitur, nobis abscondere, corrumpere, atque mutare nituntur. Nostri enim arbitror esse contra hos virum producere Dei spiritu plenum, qui velut alter David, non unius Philisthaei tantum, sed omnium etiam Allophylorum de Scriptura nobis exprobrantium, audeat, valeatque confutare, expugnare, ac confringere audaciam. Illi namque in ingeniorum suorum viribus, astuque fallendi confidunt, utpote superbi, ac versipelles: qui cum vel nolunt, vel nequeunt (juxta Paulum) intellectum suum captivare in obsequium Christi, non possunt etiam Spiritui veritatis, quem Ecclesia habet, se subdere, dum Christus nobis interim, quo ejus veritati, ac testimoniis nitimur, utpote parvulis, humilibus, atque bonis consentientibus, dignatur ea, quae superbis haereticis abscondit, revelare. Nos enim eos duntaxat sequimur, sacrarum Scripturarum elucidatores, quorum vita casta, & sancta, quorum eruditio Ecclesiae consentanea, atque ei Spiritui veritatis, qui Ecclesiam regit, ac docet, in omnibus est subiecta. Cujusmodi hic vir erat Dionysius, dum viveret Deo plenus: quod in eo testantur vitae sanctitas, contemplationum excessus, ac miraculorum gloria. Porro illi cum sint unitatis divisores, contemptores Ecclesiae, rebelles potestati, in Deum quoque, ac in homines fidefragi, utpote legum desertores, atque suorum transgressores votorum, & ne minimum quidem de spiritu habeant, audent tamen pro sua temeritate Scripturam sanctam tractare, atque haereses, & impia dogmata, quae olim ab Ecclesia magna sunt auctoritate damnata, revocare. Ab his felix Tu Agrippina Colonia te haecenus servasti, servabisque perpetuo (quod speramus) incorruptam, utpote tot sanctissimis, tot doctissimis, tot denique clarissimis, sapientissimis, & integerrimis viris referta. Nec est revera vulgare hoc, quod laudi tuae propterea accedit, praconium, quod ferme sola inter reliquas Civitates in fide constantissima, etiam eas, quae nutare videbantur, tua soliditate servaris. Facis plane quod tuum est. Si quidem tuo more, ut olim semper, ita & hodie fideliter intemeratae palmam tenes. Eam ob rem Regio circumjacens omnis, in te unam Civitatem haecenus spectat, parata tuum judicium sequi, parata quocumque tu applicueris, sese conferre. Quid hac laude speciosius? Quid praecelarius hoc honore? Quid denique hac gloria venustius? Ad unius Civitatis judicium, ad unius Agrippinae sententiam, Principes, Civitates, Regionesque amplissimas pendere? Nec tamen id immerito: quippe cum in te sint Consules sapientissimi, integerrimus Magistratus, Senatus pruden-

tissimus, Academia celeberrima, frequentia Cleri, qui honestate, atque modestia, quam alibi, vivit majori; cives denique optime Christiani, qui omne hoc aliter, atque ad commune incendium extinguendum, certatim cuiusvis suspecto, invisioque dogmati occurrunt. Neque enim leviter prospiciendum putant, ubi consulto maxime opus est; quandoquidem, non modo tibi, verum Civitatibus quoque aliis, & Regionibus multis ex te præberetur ansa deserendæ Ecclesiæ, si quæ antehac nunquam levitate usa es vacillare, modo in communem fidei jacturam, ac multorum perniciem rueres. Verum meliora, ac gloriæ tuæ viciniora de te expectamus. Felix Colonia, cui præter fidei constantiam, obedientia nihilominus Ecclesiastica adeo inhæret radicibus, ut nulla promissa, nullæ minæ, nulli Pseudo-Doctores, nullæ denique sæpius tentatæ fraudes, hanc tibi potuerint eripere. Quis enim integritatem tuam currumpere potuit unquam? Hæc vos sapientissimi, laudatissimi que Consules, ac Magistratus; hæc vos ornat constantia, hæc vos decet, o Cives optimi, hæc vos adeo prædicat fidei soliditas, ut nulla sitis propterea satis laude mirandi, quorum Majorum vestrorum virtute certatis, haudquaquam reperiri inferiores. Neque enim degeneres avitam illam Civitatis vestræ vultis relinquere aut nobilitatem, aut gloriam, quibus olim vestri fulsere majores, quam inter quoscumque hæreticorum turbines, inter quascumque tyrannorum regumve persecutiones, eam quam semel Christiane fuerunt imbuti, haudquaquam fidem deseruere. Unde quemadmodum ipsi vobis, ita vos posteris vestris, eandem quasi per manus inconcussam tradere curatis. Ea propter felix Agrippina, non frustra, nec absque divino credimus omine factum, ut tribus Magis, atque Regibus in fide gentium olim primitiis, tibi missi, tribus pariter coronis, quasi cælitus tibi destinatis, insignia tua religiosissime venustares: quippe quæ imperii prima Civitas atque fidei corona, & appellari, & esse tua virtute, & constantia meruisti. Habeant igitur aliæ Civitates vel hodie in Imperio, magnos tamen vacuos honorum titulos, utpote quibus earum opera non respondeant, Tu interim virtutum laudem, ac honorum culmina posside, quippe quæ meritum præminentiam tibi fere sola vendicaveris, cunctisque propterea (quod par est) civitatibus anteferaris. Vides nunc, ni fallor, quanta tibi profuerit consiliorum tuorum maturitas, qua nihil præcipitanter, nihil temere, nihil denique oscitanter (ut ubique) agere soles; ita in fide quoque nihil abieceris, nihil a Patrum, Ecclesiæque placitis recesseris, nihil detraxeris cæremoniis piis, nihil denique in ritu, officioque mutaveris Ecclesiastico. Quæ omnia si hodie etiam a morte resurgerent Apostoli, neque meliora, neque castiora possent statuere, tametsi sacratissima quæque impium abusum, bonis omnibus execrabilem, sentiant. Itaque vides nunc ipsa prudentiam, quam consulte egeris, in germana illa fide, in verâ obedientia Ecclesiæ (qua quotquot sancti, quotquot Martyres, quotquot clari fuerunt miraculis, vixerunt) persistens; quando etiam e diverso cernis interim tot civitates, olim quidem dum in fidei, & Ecclesiæ unitate persistenter, florentissimas; nunc vero, quia pestifera hæc dogmata receperunt, in priscis illis hæreticis a Patribus, atque universa Ecclesia damnata, & e Lutero, ejusque viperæ genimini-bus jam pridem renata, quomodo confessim ab omni pietate, a Dei cultu, ab amicitiarum fœdere, a pace, a fide, a virtute, ab omni denique honestate factæ sint alienæ, atque quovis humano quæstu deplorandæ. Pater contra filium, & filius a Patre divisus est. Uxor a marito dissidet. Inter amicos jurgia permanent, atque juxta Salvatoris testimonium inimici hominis domestici ejus. Quid enim tam cito humanam solvit amicitiam, quid magis discordiam fovet, quid minus potest conciliare homines, quam fidei disparilitas? Nullam hodie paganus inquit gratiam cum fidei, Judæus cum Christiano haudquaquam convenit. Nec Judæo Mahumentanus consentit. Lutheranus vero Christiano nunquam potest esse amicus, immo ne Zuinglianus quidem. Hoc enim in Luteri virulento foetu satis est manifestum quam se mutuis concidant vulneribus, quam nihil consentiat, nisi ubi orthodoxæ pariter queant nocere fidei. Quocirca ubicumque ab Ecclesia unitate deficitur, omnem amicitiam Christianam exulare necesse est; quandoquidem inveniuntur qui in fide perseverent, quibus ea de re non major potest esse fiducia ad hæreticos, quam ovibus ad lupos. Hæc tu videns, & solita circumspeditione tua perpendens, quam omni sint honore spoliata Civitates, ubi fidei præcessit defectus, Ecclesiæve desertio, quamque cives boni illic inter seipos contabescant, ubi sub jugum pessimorum nebulonum, atque helluonum fuerunt redacti, quos in tres, quatuorve impietatum turmas divisos tolerare coguntur, alieno periculo prudentior facta es. Perinde enim

enim tibi eadem jamdudum contigissent, nisi prudentissimis, atque Deum timentibus gubernata esses viris. Qui Patriæ Patres, atque optimorum civium Tutores effecti, civitatem te augustissimam a pestifera hac contagione servarunt, & hominum corruptores zelo Christianissimo, exterminaverunt. Semper enim in te (quod ad gloriam tuam taceri non debuit) persecutionem sunt passi hæretici, quo boni pacem haberent. Porro quod incorrupta manes, & tuta, integerrimis, atque spectandæ virtutis optimatibus, atque consulibus tuis acceptum referas oportet, qui labem hæreticam omnem, maxime vero Luteri dogmata, & alia ex his pullulantia, non aliter atque civitatis certissimam pestem, avertantur, atque propulsant. Quid multa? Senatus omnis (quo vix hodie est alibi prudentior, atque integrior) mavult suorum majorum, atque assuetæ probitatis tenere vestigia, quam novi aliquid, quod tam constat esse pestiferum, investigare. Felix igitur nunc & es, & diceris Colonia Agrippina, quæ iustitiæ semitas, quas tanquam hæreditarias tibi relictas tenes, etiam exteris tuo exemplo commonstras: sentura tandem, quantum tibi ipsi gloriam, quantum civibus pacem, quantum denique universis, qui te incolunt, compares concordiam: ut taceam interim, quale, quantumve a Deo acceptura sis virtutis præmium. Si quidem ad nihil aliud videris extracta, quam ut divinæ, humanæque leges in te doceantur, & tua universo orbi eruditio proficit. Nam ad omnes tuæ fidei exemplar jamdudum pervenit. Nec est, quem famæ tuæ odor bonus non reficiat. In orbe universo fama olim es celebratissima: nec gens est hodie, quæ opinatissimam non audierit Coloniam, nimirum fidei tuæ constantia, & morum integritate ubique te divulgante: quamvis, quod compertissimum est, non hac tantum laude sis celebris, sed omnifariam inter reliquas caput efferas urbes. Quid est, quod pietatem redolens in te non abundet? Aut quis splendor, quæ claritas, quæ divitiæ, quæ merces, quæ disciplina, quæ artes tibi desunt? Aut quid est alibi præclarum, mirandumve, quod in te non præmineat? quippe quæ non solum cum aliis certare, sed etiam præstantissima quæque vincere vales. Verum cum nostri non sit instituti, singula hæc recensere, nec panegyricon scribere, ut nihil unde queas laudari, taceamus: idcirco non hic æquissimam civitatis politiam recensemus, non civium laudatissimos mores, utpote modestia, prudentiaque singulari insignes, non denique pulcherrima Tempora Sanctorum reliquiis refertissima, nec Monachorum, Virginumque Deo dicatarum greges, sed ne superbissimas quidem ædes, amplissimaque palatia, quibus tota es ornatissima, referimus. Olim hæc fecimus, ubi Francis quasi totam depictam ob oculos, quo potuimus sermone te commostravimus: interim tamen non est prætereundum, quod cum doctissimi viri quotidie in te nascatur, quam libri quoquoeversum ex te mittantur ad Christianæ pietatis eruditionem, & ædificationem Ecclesiæ, nobis omnino videbatur necessarium, qui tuam maximopere gloriam zelamus; Dionysii libros, utpote Ecclesiæ suffragium, ex te in medium dari. Est enim Doctor non inter infimos censendus, utpote qui plus omnibus laboravit, immo cui in librorum editione, in sacri studii assiduitate, in frugis, quam Ecclesiæ attulit, ubertate, non facile quispiam est antefereendus. Certabant igitur jam pridem non leviter aliarum Civitatum bibliopolarum, & impressores pro Dionysii libris excudendis. Verum hæc tibi debebatur honor, cui nullus non debetur ab Ordinatione Cartusensi, quippe cui tu jam dederis iniciatorem. Siquidem Beatissimus Bruno primus omnium Cartusensium, qui ad stupendum olim miraculum dum in Theologia Parisiis magister legeret, compunctus, ad eremum intra Sabaudia fines confugiens, primus Ordini & nomen, & exordium dedit; Hic tuus ex nobilibus parentibus natus, est civis. Eam ob rem quicquid ex Ordine hoc nostro frugis in Ecclesiam prodit, post Deum huic tuo est civi tribuendum, atque in tuam gloriam referendum, cui nostra pariter omnia serviunt studia. Nec debuit hujus nostri Dionysii producendi gloria fraudari, civis tuus ac Senator ornatissimus D. Petrus Quentel, qui ex officina sua literaria vetustissima, alios tam multos dedit Authores, idque suis impensis, suis periculis, suis denique sudoribus, ne thesauros mundo non produceret absconditos. Quid enim vir ille non faceret ad patriæ suæ decus, ad civium gloriam, ad perpetuam denique posteritatis suæ memoriam, qui suoapte animo paratissimus est, studiosis omnibus prodesse? Huic igitur committi debuit exornandus Dionysius, atque sæculis evulgandus, hoc præsertim ævo, quo Vetus Novumque Testamentum, quanto avidius legitur, tanto utilius explanatur. Hortabatur ad hæc quoque, & non parum promovit primus omnium R. P. Conradus Kollin Dominicanæ familiæ in Theologia Professor, ac Regens, vir certe & pietate, & eruditione incomparabilis. Qui licet

licet ipse ( præter multa alia ) grande opus studiosis omnibus utilissimum, nec suo vel Ordini, vel ætati inglorium medietur, optavit tamen vehementer, & persuasit, ut præiret Dionysius. Hunc itaque Dionysium vobis integerrimi Consules, Magistratus, Senatores, Civesque universi, præsertim quicquid circa Mosis Pentateuchum ducubavit, tanquam Bibliorum caput nuncupandum servavimus, quo simul nos Ordinemque nostrum universum vestrae tutelæ, vestroque patrocínio commendaremus. Cui enim magis congrue debuit sacrae Scripturae caput, Genesis videlicet, ac Mosis lex dedicari: quam ei civitati, & genti, quæ non solum Scripturam, verum etiam Scripturae sensum, quem Ecclesia Spiritu Dei erudita nobis contradidit, præcipua devotione tenet? Unum hoc postremo oramus supplices P. C. præstantissimi, ut hanc operum nostri Dionysii, qui olim in vestra civitate & studuit, & publice prælegit, novam editionem nobis non tam laboriosam, quam multis civium vestrorum ( ut ita dicam ) lucrosam, in bonam partem accipiatis. Etenim spes nobis optima est, per horum operum editionem ( D. Augustini opera quantitate plus duplo superantium ) multo plures ædificatum iri, non solum in doctrina sana, verum etiam in pietate vera, & morum probitate, quam ædificati sunt jam quindecim annis ultra, per libros contentiosos, & per supervacuas de rebus fidei disputationes. Faxit Deus optimus maximus, ut recuperata pæce, & unitate Ecclesiæ, ociosis, & amarulentis circa fidem contentionibus nihil amplius sit opus. Id fiet, speramus, ubi adversarii nostri in se reversi, corde contrito, & humiliato cæperint prisca potius, & sanctis PP. credere, quam propriæ prudentiæ inniti. Hoc enim multo & salubrius, & tutius fuerit. Illi namque PP. antiqui procul ab omni suspitione horum contentionum remoti, absque omni affectu pravo, & perverso, nudam fidei Catholicæ veritatem in sacris Literis perquisierunt, ac perquisitam in scriptis post se absque invidia reliquerunt, in profectum cujuslibet, in odium nullius. Pietas etiam actionum, & sanctitas vitæ indicat, eos proprius attigisse & gratiam Christiani, & afflatum Spiritus Sancti, ut merito debeamus eorum expositionibus, & sententiis plus tribuere, & securius acquiescere, quam nostris propriis. Valete felices honoratissimi Consules, quæstiores, Magistratus, Senatus, ac Cives optimi universi.

## XLII.

R. P. D. Theodorici Loher a Stratis Coloniensis Dominus Vicarii ad Reverendissimum D. Joannem Gailhard Magnæ Cartusie totiusque Ordinis Priorem  
Generalem Epistola (1), qua illi liber  
Concionum D. Joa: Justi Lanspergii Cartusiani nuncupat.

*Ad ann. 1536.*

Reverendo in Christo Patri D. Joanni Gailhard, Majoris Cartusie Ordinisque Cartusiensium universi, Priori Generali, F. Theodicus Loher a Stratis Coloniensis immeritus Vicarius.

**S**I tu gauderes ipse, Reverende Pater, gaudendum jam nobis foret omnibus filiis tuis: partim quod gaudio Patris gratulari filiis admodum sit jucundum, partim quod nobis quoque non mediocri accedit tum voluptati tum honori, hujusmodi Prælatum, Patremque Generalem obtinuisse, senio, autoritate, eruditione, zelo, sinceritateque, ut alia taceam maxime valentem: imo quo potius singula tacens simul

(1) Hujus Epistolæ Data est Kal. Martii laudati Lanspergii, Coloniæ an. 1554. impressis 1536. & legitur præmissa Libro de Concionibus typis Joan. Novesiani, una cum aliis opusculis.



simul omnia dicam, cum quo Ordini opus hodie sit maxime. At vero cum tibi sciam nihil inde gaudii accidisse, propterea quod ad majora evectus sis, qui humilitatem simplicitatemque ab infantia amas: fit etiam, ut quantumvis subditis tuis etiam omnibus gratuler, tibi tamen compatiar, utpote qui in senio tanto oneri fractos jam humeros (quos junior toties non minus prudenter, quam humiliter subtraxisti) subjicere coactus sis. Nisi quod e diverso me consolatur, quod multis admodum annis, R. P. T. pro singulari sua eruditione, sinceritate, & zelo, Ordini necessaria, ejusdem quibusvis semper interfueris Synodis. Quare omnibus Ordinis negotiis jam assueto, atque apprime erudito, nihil poterit, quod aut tuam prudentiam fugiat, occurrere, aut cujus non absque ullo queas negotio scrupos dissolvere omnes. Itaque propter tuam genuinam humilitatem, cum non audeam tibi veluti gratulabundus occurrere, præ gaudeo tamen, quin tibi me exhibeam non valeo me etiam continere. Igitur quod solum hic reliquum est, perinde (si fas est dicere) ac consolaturus tibi occurram, atque providentiæ divinæ gratias acturus, quæ haud impediri potuit, quin tandem quod aliquando erat futurum, efficeretur: videlicet, ut hæc munia obires, quæ (licet optime iisdem fueris dignus) ne susciperes tamen hæctenus tam sæpe, quam fortiter restitisti. Consolabor quoque meipsum, quod Ordinem nostrum pietas nondum divina deseruit, quæ ut semper, ita nunc quoque integerrimum sincerissimumque nobis, hoc est universo Ordini Patrem dedit Generalem. Habuit enim a sui exordio Domus hæc Cartusæ Major hanc gratiam, nec aliter atque pro hæreditate a divina benedictione hæctenus hanc puto obtinuit, ut semper Priores (idem enim simul & Domus illius, & universi quoque est Ordinis Prior Generalis) habuerit electissimos, nec minus sanctitate, quam eruditione ac prudentia conspicuos. Quos longissimo certe Catalogo tibi, nisi optime notos scirem, recenserem. In quorum album, ut Tua quoque R. P. ascriberetur, nonne dignissimum fuit? quippe quæ post varios in ordine labores superatos, jam ad apicem honoris evecta est. Mereretur quidem scio tua veneranda senectus nunc requiem. Verum ut quæ aliorum sunt, magis atque tua, quomodo semper, ita in finem usque quæras oportet. Nemini non constat, quam feliciter didiceris, non tibi tantum esse natum. Testantur hoc ipsum labores quo tui, quos in Ordine maximos annis fere quadraginta exantlasti. Horum quamvis sæpe numero, frugem senserimus locupletissimam; eorum tamen, quæ adhuc supersunt, ad vineæ tuæ culturam confidimus per te fertilitatem nos recepturos magno adhuc ditio-rem. Reliquum est, ut R. P. T. quandoquidem indignum erat, & vacua occurrerem manu, offeram, dedicem, atque nuncupem Sermones (ut vocant) capitulares F. Joannis Lanspergii nostri, viri certe integerrimi, devotissimique simul in activa, & contemplativa vita, ac sacris litteris exercitatissimi, de Ordine nostro Cartusiano opusculis suis variis jam dudum editis, ac edendis, atque utilissimis laboribus in diversis Ordinis officiis optime meriti. Ad hujus sermonum impressionem jam pridem hortatus fuerat me R. P. divinæ memoriæ D. Guilelmus Bibautius Domus Majoris Cartusæ, imo & Ordinis Prior Generalis, vir usquequaque doctissimus, utpote qui olim haud infirmorum Principum in re literaria præceptor fuerit, atque morum institutor. Hic enim qua erat, tam modestia, quam prudentia singulari præditus, hortabatur, ut post laudatam operam, quam hæctenus de suo jussu in evulgandis Dionysii nostri operibus navavimus, si aliquando ad manus mihi sermones venirent idonei, diebus maxime festivis post primam fratribus legendi typis excusos per varia divulgarem loca. Potuisset idem, cujusmodi postulabat sermones præstare, utpote quos jam olim magna cum laude declamaverat: at humilitate superatus, quantumcumque a me interpellaretur, volebat se vivente operum suorum quicquam in publicum ire. Quæ jam nunc post felicem ejus mortem evulganda affectuose, ut commune bonum exposulamur, ipsius potissimum sermones. Arbitramur enim maximo- pere præstitisse in suis, quod in aliorum desiderabat sermonibus. Certe modus, qui in declamando a plerisque observatur, ubi singuli per ordinem in festis prædicant, non admodum placuit eidem, propterea quod facile contingat, aut lædere, aut lædi, ubi etiam lædendi defuerit animus, dum infirmæ mentes, contra se atque sui suggillationem putant dictum, quidquid forte in reprehensionem contigerit dici vitiorum. Putabat igitur rectius alienum legi sermonem, qui erudiret sicut ac vitia castigaret absque hac pungendi suspicionem. Hujusmodi autem nostri esse Lanspergii sermones ratus eosdem, prælo excudendos commisi. Sunt enim pii nimirum, neque vitiis parcentes, neque carentes eruditione. Hi tamen si Monachis potissimum videamur idonei, sunt tamen pie vivere cupientibus ad interioris hominis tum reformationem, tum cultum omnibus necessarij. Valeat iis R. P. T. quam

## XLIII.

De R. P. D. Pietro Leidenſi cognomento Blomenvenna  
Domus Colonienſis Priore. Ex Procura-  
tore D. Theodoro Petrejo (1).*Ad ann. 1536.*

**P**etrus Leidenſis cognomento Blomenvenna, a primis ætatis ſuæ initiis, uſque ad ſupremum vitæ diem ſingulari gratia præventus fuit a Domino in benedictionibus dulcedinis, & multis præclaris naturæ gratiæque dotibus haud vulgariter ornatus. Non longe autem poſt nativitatem ſuam, cum parentes & fratres ejus peſtis ſuſtuliffet e medio, ipſe etiamnum tenerrimus infantulus ſolus hanc luem, qua tamen jam correptus erat, Domino eum conſervante, evaſit. Matre enim illius ex peſte mortua, cognati quidam illius (proh, auri ſacra fames, quid non mortalia cogis Pectora!) non ignari multas ei relictas opes, omnis humanitatis, ac divini timoris obliti, ut eas ſibi per ſcelus vindicare poſſent, quas illo ſuperſtite jure non poterant, quem ſervare debebant, ejuſmodi conſilio extinguere moliebantur. Infantem nempe ad Matris deſunctæ ubera applicant, ut inde non vitæ, ſed mortis alimentum exugeret. Verum non eſt ſapientia, non eſt prudentia, non eſt conſilium contra Dominum. Contraxit quidem infans peſtem, ſed ab eâ liberatus eſt. Deinde pueritiæ annos magna vitæ innocentia tranſmittens, cum aliquando literis dediffet operam, ſpreto ſæculo, & voluptatibus illius, bono Spiritu, & Chriſti amore inflammatus, Coloniam factus eſt Monachus Cartuſianus an. 1489. Porro bona ſua temporaria in pios uſus elargitus eſt, ut expeditius Chriſtum ſequeretur. Toto vero vitæ ſuæ tempore tam in ſæculo, quam in Religione ſemper Deo devotus fuit, ut ejus Confeſſarii uno ore teſtati ſunt, nunquam in ullum peccatum mortale conſenſit. Natura erat ad vitam contemplativam cum primis habilis: cui cum gratia accederet, multum in eo vitæ genere profecit, adeo ut non raro extra ſeſe raperetur, divini amoris abſtractus dulcedine. Pectus enim mundam, & a vitiorum ſarcina liberum tam facile fertur in Deum, quam ignis tendit ſurſum, et ſaxa in ima labuntur. Cæterum in vita Monaſtica ita ſe geſſit annis fere quinquaginta, ut eſſet omnibus velut exemplar quoddam Religioſæ Converſationis. Electus quippe in Priorem, ac deinde in viſitorem Prov. Rheni, utramque functionem ſtrenue adminiſtravit annis plus minus 29. accerrimus in competendis, ac caſtigandis vitiis, manſuetiſſimus vero in fovendis, & conſolandis afflictiſ, & tribulationum ſarcina laborantibus. Si quos aliquando ob culpam aliquam zelus juſtitiæ objurgare eum compuliffet, faciebat id magna quadam cum gravitate & vehementia, ita ut nunquam commotus eſſe videretur, ſed omnem illam objurgationem, nonniſi ex charitate proſectam teſtabatur mira quadam humilitas, qua ejuſmodi reprehentiones claudere ſolebat; blandiſſimum, & amiciſſimum ſe illis exhibens, quos increpatat; adeo ut bono animo illos a ſe dimitteret. Ubi aliquid vidit fieri inordinate; æquo id ferre animo non potuit, ſed inſtabat opportune, importune, increpabat, obſecrabat; & ſi opus eſſet etiam poenas adhibebat, donec id, quod corrigendum erat, correctum cerneret. Atque ea in parte, ne illis quidem parcebat, quos familiaritate caros habebat, quos etiam offendere non verebatur, juſtitia id exigente, donec ſanctæ obedientiæ, ita ut par erat, cella ſubiret. Sicubi intra urbem Colonienſem, hæreticum aliquem, vel ſuſpectæ fidei concionatorem in Parochiam quandam irrepiſſe didiciſſet, ibi tum vir pius, & Catholice Religionis zelantiſſimus, non ceſſabat per ſe, perque alios quibuſcumque modis

(1) In ſua Biblioth. Cartuſian. Litt. P. pag. 258.

modis poterat hortari, & compellere Magistratum, quoadusque lupus ille procul  
 esset exturbatus; plerisque aliis interim vel stertentibus, vel dissimulantibus, ad  
 quos tamen magis earum rerum cura pertinuisset. Erat in primis carus tam  
 Ecclesia, quam seculari dignitate præditis ob vitæ innocentiam, & morum integri-  
 tatem. Quæ etiam verbis illius apud omnes pondus, authoritatem conciliabat,  
 tamen alioqui erat ingenio simplici, nec admodum in rebus politicis exercitatus.  
 Sed profecto aderat illi gratia Spiritus Sancti, qua factum est, ut longe plus sua  
 simplicitate efficeret ac promoveret, quam plerique sua calliditate, & astutia. Quæ-  
 rebat enim primum Regnum Dei, & justitiam ejus, & omnia alia, Domino bene-  
 dicente, adjiciebantur ei. Probat hoc in utroque statu non mediocriter melius pro-  
 vecta Domus Coloniarum, Ejus quoque ope & auxilio a P. Theodorico Loherio in  
 lucem edita sunt cuncta fere opera D. Dionysii Cartusiani; quod ante pene impos-  
 sibile videbatur, ob nimiam scriptorum molem & multitudinem. Sed & ipse quo-  
 que in divinis Literis haud vulgariter eruditus, libros quosdam conscripsit de vita  
 interna, & adversus hæreticos; quorum alteri ejus in divinorum contemplatione  
 gratiam, alteri catholicæ fidei zelum liquido testantur. Dolebat pio viro, sub Evan-  
 gelii prætextu impuros tenebriones non nisi animas jugulare ac prodere, suasque  
 carnis turpissimas voluptates, & mundi hujus opes, & honores aucupari. Multa  
 de hujus optimi Patris, viri sane Angeli laudibus dici possent, sed proximitatem  
 evitantes, tres illius egregias virtutes hic commemorabimus, nempe virginitatem,  
 mansuetudinem, fortitudinem animi, sive patientiam, quibus ille excellenter orna-  
 tus fuit. Virginitatem quidem ab ipsis incunabulis adeo servavit integram & men-  
 tis & corporis (quod ipse suis familiaribus amicis ingenue sæpe testatus est), ut  
 nunquam alicujus semine concupiscentia, nunquam obscæni cujusvis actus desi-  
 derium ejus mentem tetigerit. Quam ille puritatem, non ocio, & desidia, sed multo  
 labore, & sudore, crebris vigiliis, & precibus stricta sensuum refrenatione, &  
 corporis severa castigatione sibi parasse credendus est. Et licet interdum carnis  
 sentiret impugnationes, eas tamen adeo semper edomuit, ut internam pacem, &  
 victoriam, mentisque munditiam perpetim retineret. Porro mansuetus adeo fuit in  
 omni vita, ut ob quamlibet ipsi illatam injuriam, damnum, vel contemptum,  
 nullum unquam senserit se se ulciscendi desiderium. Denique tam invicta in eo  
 fuit animi fortitudo, & patientia, ut nulla unquam quantumvis gravis calamitas,  
 & afflictio id ad illo extorquere potuisset, ut animo mæreret, ac tristaretur. Aje-  
 bat enim nulla re alia tristari, aut doleri debere hominem Christianum, nisi ob  
 culpam, & peccatum in Deum commissum. Afflictus plerumque his verbis solaba-  
 tur. Nihil utilitatis habet tristitia, nulli quicquam confert, sed multa ex ea incom-  
 moda proficiscuntur, quæ tum speciatim exprimere solebat. Atque hæc tria ob  
 magnam animi tranquillitatem, quam illi peperere, scilicet, & ubique contempla-  
 tioni cum idoneum reddebant. Quamobrem etiam in mensa, præcipue tamen, ubi  
 sacra audiretur lectio, aut inter colloquia salutaria, tanta interdum compunctione  
 cordis liquecebat, ut, erumpentibus liberius lacrymis, gratias non dum absolvere,  
 sed nec inchoare quidem posset. Multo vero etiam magis id patiebatur in divinis  
 officiis, ubi si quid ipse solus in templo vel legere, aut cantare debuisset, & vel  
 unum verbum, quod ad Dei amorem efficacius excitaret, proferre, totus exultabat  
 alacritate spiritus, & præ lacrymis sequentia pronunciare non potuit, idque præci-  
 pue sub vitæ finem annis aliquot. Quam ob causam in præcipuis solemnitatibus,  
 quibus ex officio summam Missam cantare debebat, non raro palam celebrare no-  
 lui: sed secretum delegit locum, ubi inter sacrificandum liberius mactare se pos-  
 set. Erat porro corde mirum in modum tenero, & divino amori dedito, quod  
 sagittis amoris facillime tangi, & subito voluerari posset. Atque ad hæc multum  
 illi contulit vitæ innocentia, spiritualis fecunditas, pax, & tranquillitas animi:  
 quibus ille armis ubicumque esset, nunquam carere voluit. Quo fiebat ut temper  
 hilaris, omnibus sua præsentia adferret consolationem; nec quisquam erat, qui  
 non ejus cuperet frui consuetudine. In conviviis cunctorum animos honestissime  
 recreabat, ita tamen, ut si quid leviter, aut omnino dictum videretur, id non  
 reprensus ad spiritualem significationem, non absque eorum, qui aderant eruditio-  
 ne, & ædificatione accomodaret. Sic ille vir pius, & Deo, hominibusque carus  
 omnem vitam religiose transigens, tandem in morbum incidit, qui & vitæ finem  
 ei attulit; anno nimirum partæ salutis XXXVI. supra sesquimillesimum, ætatis vero  
 70. professionis 48. quippe qui annos natus plus 22. ad Ordinem venit, & decies  
 ad minus Capituli Generalis tempore, majorem Cartusiam in horrendis Sabaudiarum

scopulis sitam, invisit (1). Quam vero ingens bonis omnibus sui desiderium moriens reliquerit (obiit autem pridie Kalendas Octobris, quando Ecclesia Divi Hieronymi festum annuo recolat ritu) præter alia testantur illi lacrymarum imbres, quos non sui modo, verum etiam extranei, dum corpus sepulturæ traderetur, ubertim effundere conspiciebantur.

Cæterum fallitur Possevinus, dum hunc Petrum Leidensem putat esse diversum a Petro Blemenvenna; hoc quippe familiæ fuit nomen, illud patriæ. Porro litterarum, quæ ad posteros transmisit, monumenta hæc sunt:

1. De Bonitate divina libri quatuor.
2. De auctoritate Ecclesiæ.
3. Expositio in Pfam. CXXVI.
4. Contra Anabaptistas.
5. Tractatulus de effusione cordis.
6. Candela Evangelica.
7. Appendix contra abusus Filiorum Ecclesiæ.
8. Vita S. Brunonis.
9. Sermo de eodem.
10. Exhortatio ad juvenes.
11. Directorium parvum contemplari inchoantium.
12. De Invocatione Sanctorum.
13. Enchiridion Sacerdotum.
14. Assertio Purgatorii.
15. Epistola ad Doctorem Arnoldum Tungrensem.
16. Informatio succineta de diversa ratione adorandi Deum, Sanctos & homines.

Quæ quidem omnia Coloniz typis impressa in communi Cartusianorum Bibliotheca adservantur.

## XLIY.

Exemplum Executorialium Conservatorii Caroli V. Imperatoris in Causa Reintegrationis, & Inventarii omnium Bonorum Monasterii SS. Stephani, & Brunonis de Nemore, Tropeæ expeditarum per D. Joannem de Velasco Regium in Calabria Generalem Governatorem.

Ad ann. 1536.

Carolus V. Romanorum Imperator semper Augustus, Rex Germaniæ, Joanna mater, & idem Carolus ejus Filius Reges Castellæ, Aragoniæ, ac utriusque Siciliæ, Jerusalem, Ungariæ, Dalmatiæ & Croatiæ &c. - D. Joannes de Velasco Regius Consiliarius, & in Provinciis Calabriæ Governator Generalis.

**V**olentes retroscriptis Majestatis Cæsareæ mandatis obedire, ut tenemur, harum serie hortamur omnes, & quascumque personas Ecclesiasticas, dicimus, & expres-

(1) Anno porro 1514. simul cum aliis Diffinitoribus, Capitulo Generali sedente, subscripsit Commissioni, & informationi pro recuperanda

Domo S. Stephani de Nemore in Ulteriori Calabria, prout ex Tabulario ejusd. Domus.

se mandamus omnibus, & quibuscumque sæcularibus Provinc. Calabriae, quatenus inspecta per eos forma Rescripti Conservatorii Majestatis Cæsareæ, illa retroscripto Monasterio & fratribus ipsis observentur, & exequantur, observarique, & exequi faciant ad unguem, per quos debet, juxta ipsius continentiam, & tenorem. Et contrarium non faciant prædictæ Personæ Ecclesiasticæ pro quanto Majestati Cæs. morem gerere cupiunt, sæculares vero Majestatis suæ gratiam caram habeant, & pœnam ducatorum mille cupiunt evitare; Præsentanti remanentibus. Datum Tropezæ VIII. Decembris 1536. -- D. Joannes de Velasco -- Cataldus Auditor Dominus Gubernator mandavit mihi Joanni Paulo Marsiano Prosecretario.

## XLV.

Actus publicus Declarationis, Mileti factæ per D. Marcum Salerno Apostolicum Commissarium, pro intimando Papali commonitorio de revelandis Bonis, in quibus Domus Sancti Stephani de Nemore debebat reintegrari, cum expressione Nominum Casalium, testium, & Notariorum, qui denunciationes receperunt (1).

Ad ann. 1537.

In nomine Domini nostri Jesu Christi. Amen.

**S**ub anno Nativitatis ejusdem millesimo quingentesimo trigesimo septimo, Indictione XI. die vero VII. præsentis mensis Decembris. Regnantibus serenissimis Catholicis, ac invictissimis Dominis nostris Dominis Carulo de Haustria V. Romanorum Imperatore semper Augusto; Joanne Matre, & eodem Carulo suo primogenito Regibus Castellæ, Aragonum, utriusque Siciliæ citra, & ultra Farum, ac Hierusalem &c. Regnorum vero suorum in hoc Regno Siciliæ citra Farum anno vicesimo secundo feliciter. Amen. Nos Salustius Restura de eadem Civitate Regia auctoritate ad contractus iudex: Ciccus Lavoniti de Terra Francicæ habitator ejusdem Civitatis publicus ubilibet per totum Regnum Siciliæ citra Farum Regia auctoritate Notarius, & testes subscripti ad hoc vocati specialiter, & rogati, præsentis publico scripto notum facimus, & testamur, quod prædicto die in nostri, & testium subscriptorum præsentia personaliter constitutus Ven. D. Marcus Salerno Neapolitanus Nuntius, & Executor quarundam litterarum gravatoriarum Sedis Apostolicæ ex parte Ven. Monasterii S. Stephani de Nemore Ordinis Cartusienium in Provinciis Calab. ult. obtentar, ut dixit; qui asseruit in subscriptis Civitatibus nostris, & Casalibus Provinciæ Calabriae ulterioris publicasse dictas litteras, & canonicè monuisse omnes, & singulos homines eorundem locorum, supra illarum formam, seriem, & tenorem, & postmodum sententiam excommunicationis promulgasse contra non comparentes, & veritatem scientes, & mediantibus dictis monitionibus, comparuerunt subscripti homines numero quinquaginta septem, coram eodem & Notario Benedicto Comercio cum eo assistente pro Notario. Et revelaverunt, ac narraverunt quod sciebant. Quorum testium revelationes, & narrationes fuerunt

Tom. X.

Y

per

(1) Asservator inter alias Scripturas in Grammatophylacio Dom. Sancti Stephani, & Branno-  
 nis de Nemore in Calabria Ulteriori, a quo hic exemplandum curavimus.

per eundem scriptæ per extensum coram eodem D. Marco , & aliquæ coram eodem , & testibus , qui se subscripserunt ; & de dictis revelationibus , & depositionibus apparet fabricatus processus , quem dictus D. Marcus , tactis corporaliter scripturis , coram nobis , & Reverendissimo Domino D. Quintio de Rusticis Episcopo Militensi & Reverendo Domino Francisco Monaldo ejus Generali Vicario , in temporalibus , & spiritualibus fieri fecit , & attestatus omnes attestaciones testium prædictorum esse veras , & fuisse per eundem Notarium coram eo scriptas , suum sensum verborum revelantium , & in aliquo non discrepare ; Et ad fidem ipse Nuntius , se subscripsit in dicto processu ; & fidem fecit processum esse verum , & Canonicè fabricatum , & suam subscriptionem . . . . . in dicto processu , & veracem dixit , & juravit tactis scripturis , sicque etiam coram nobis dictum processum ratificavit , & approbavit . Ac etiam asseruit dictus Nuntius in defectu dicti Notarii Benedicti ordinarii Notarii per eum electi , qui Notarius haberi propter infirmitatem non potuit interesse in Civitate Reginensi , & per eum fuit ibi electus Notarius Masus Cirianus de dicta Civitate , Scriba Episcopalis Curie ejusdem Civitatis ; ac etiam in Terra Tabernæ elegit Notarium Bernardum de Luca de Terra Zacharifi , qui receperunt , & scripserunt in dictis locis revelationem comparentium virtute monitionum per eum factarum , quas dixit esse veras fidem faciendo de omnibus contentis in eisdem revelationibus , & suam auctoritatem interponendo . Nomina & cognomina hominum comparentium , & revelantium virtute monitionum sunt ista : In Casalibus Montauri , & Gasparinæ , Mattheus Lugata , Petrus de Catanzaro , Agatius Florentinus , Antonius Voce , Dominicus Batrella , Andreas Macrilo , Antonellus Berlingeri alias Locici , Angelus Florentinus , Andreas de Manno , Pipinus de Cimigliano tonnus . Sebastianus Luparhâ , Nicolaus Florentinus , Joannes Romano , Angelus Forchianiti , Petrus de Pulia , Hieronymus de Milano , Dominus Franciscus Forchianiti , Dominus Baptista Voce , Dominus Nicolaus Cavallario , Dominus Bernardus de Vadulato . In Civitate Schillacensi factis monitionibus Canonicè , fuit publicata sententia excommunicationis , & nemo comparuit ad revelationem . In Terra Montispavonis Dominus Marinus de la Ratta , Nicolaus Pappalico , Ramundus Dasta , Nardus Pulice , Angelus Patur . . . In Terra Montis Lionis , Frater Dominicus Romano , Dominus Stephanus Brizi , Frater Bernardus Fuschâ , Angiullus Charisto , Pandolfus Crispo , Aurelius Crispo . In Casali Jerocarni Ferdinandus Frantze , Petrus Nicolaus Donadeo . In Terra Stili , & Casale Bovunchii D. Franciscus Hieracitanus , Frater Jacopus Timpanus , Frater Maurus de Arena , Nicolaus Joannes Vono . In Casali Spatulæ , et Serræ , Dominicus de Tozzo , Stephanus Gaudinus , Sanctus de Tuchlo , Jacobus Rachele , Seraphinus Pileyi , Fabrizius Yanarella , Antonius Dominichino , D. Antonius de Pace , Theodorus Pileyi , Nicolaus Scrivo , Franciscus Chiandolo , Bernardus Barillaro , Joannes Dominichino , Antonius Papa , Riccius Pisano , Joannes Pisano . In Turri Spatulæ D. Jacobus Minnachio , Bernardus de lo Petrone , Frater Nicolaus de Spatula . In Civitate Catarenfi , Cesar Soamarro . In Civitate Reginensi Notarius Petrucius Guardanita . In Terra Tabernæ Bernardus Marincola , Joannes de Castrucis . Requirens me Notarium publicum infra scriptum , quod de præmissis approbatione , & fide processus prædicti publicum Instrumentum facere deberemus ; & quia officium nostrum est publicum , & non potest commode , & juste petenti denegari , ad futura rei memoriam præmissorumque certitudinem , & cautelam prædicti Nuntii , & omnium , quorum , & cujus interest , & interesse potest quomodolibet in futurum actum est exinde hoc præsens publicum Instrumentum per manus mei , qui supra Notarii scriptum , & subscriptum , & quo utor signo signatum , subscriptionibusque subscriptorum judicis , & testium presentium subscriptum , & roboratum . Actum anno , die , loco , mense , Indictione , Regnantibus præmissis .

\* Ego Salustius Restura de Civitate Mileti qui supra Regia auctoritate ad Contractus Judex præmissis interfui , me subscripsi manu propria .

\* Io David Cerasia sui presente Testim .

\* Io Jo: Pet. Thomanello sui presente Testim .

\* Io Pr. Jo: de lo Masare sui presente Testim .

\* Io Jo: Petto de Urso sui presente Testim .

\* Ego qui supra Ciccus Lavoniti de Terra Francicæ habitator Civitatis prædictæ publicus ubilibet Notarius per totum Regnum Siciliae citra Farum Regia auctoritate Notarius præsentis publicum Instrumentum scripsi , & me subscripsi manu propria confeci stipulans , & meo quo utor signo signavi rogatus tamen , & requisitus &c. præsentibus .

Notaro

Notaro Salustio Reçtura Judice ad Contractus .  
 R. D. Francesco Monaldo Generali Vic. Militen.  
 Magnifico Joanne Petro de Urlo.  
 Magnifico David Cerasia .  
 Magnifico Joanne Petro Torello .  
 Ven. Presbitero Joanne de lo Masaro .  
 Notaro Joanne Antonio &c.

## XLVI.

Pauli Papæ III. Bulla (1), Pro Cartusia S. Laurentii  
 de Padula. Pro unione Monasterii S. Ni-  
 colai, facta eidem Domui .

*Ad ann. 1538.*

Paulus Episcopus Servus Servorum Dei ad perpetuam rei memoriam .

**E**Xigit incumbens nobis Apostolicæ sollicitudinis officium, ut ad ea per quæ Mo-  
 nasteriorum, & aliorum locorum Religiosorum quorumlibet, & Personarum,  
 Religioni deditarum profectui, & commoditati valeant salubriter providere, Apo-  
 stolicæ providentiæ partes, prout opportunum fore conspiciamus, efficaciter adhi-  
 bere curemus. Cum itaque Monasterium S. Nicolai de Padula Ord. S. Benedicti  
 Caputaquensis Diocesis, quod dilectus Filius Joannes de Balsamo de Padula Cleri-  
 cus dictæ Diocesis ex concessione Apostolica in Commendam nuper obtinebat, Com-  
 menda hujusmodi, ex eo quod dictus Joannes illi hodie per dilectum Filium Basi-  
 lium de Urbino Fratrem Cartusienis Ordinis Procuratorem suum, ad id ab eo  
 specialiter constitutum in manibus nostris sponte, & libere cessit, nosque cessionem  
 ipsam duximus admittendam; Cessante adhuc eo, quod dum eidem Joanni Com-  
 mendatum fuit, vacabat; modo vacare noscatur ad præsens; & sicut exhibita no-  
 bis nuper pro parte dilectorum Filiorum Prioris, & Fratrum Domus S. Laurentii  
 etiam de Padula dicti Cartusienis Ordinis ejusdem Caputaquensis Diocesis petitio  
 continebat; cum dictum Monasterium a multis annis per Clericos Sæculares in Com-  
 mendam obtentum fuerit, & jam diu Conventu caruerit, & caret de præsentibus; ac  
 in suis structuris aliqua reparatione indigeat, & in illius Ecclesia vix semel in heb-  
 domada Missa celebretur; ac prope illud sere ad dimidium milliare a dicta Domo  
 S. Laurentii, quæ insignis, seu notabilis existit, & in qua divinus cultus, & ob-  
 servantia regularis vigere dignoscuntur; & multæ eleemosynæ continuo fiunt, consi-  
 stat; si Monasterium ipsum, suppressis in eo dicto Ordine S. Benedicti & omni  
 dependentia regulari, præfatæ Domui perpetuo uniretur, annecteretur, & incor-  
 poraretur; Ipsi Prior, & Fratres in dicto Monasterio, aliquos Fratres ejusdem Car-  
 tusienis Ordinis introducerent; ac quod in illius Ecclesia prædicta quotidie Missa  
 celebraretur, efficeretur; illudque in suis necessariis ædificiis reparari facere cura-  
 rent, ex quo divinus cultus, & religio in ipso Monasterio propagaretur, ac illius  
 felici incremento; nec non Fratrum dictæ Domus intemperiei aeris subjectæ, sæ-  
 pius infirmitate detentorum sanitati in dicto Monasterio, in cujus loco salubrior  
 viget aer, recuperandæ consulatur; & alias Prioris, & Fratrum eorundem com-  
 moditatibus salubriter consuleretur: Pro parte Prioris, & Fratrum prædictorum, asse-  
 rentium, fructus, redditus, & proventus dicti Monasterii, & illi forsitan annexorum,  
 quadraginta ducatorum auri de Camera, secundum communem existimationem,  
 valorem annum non excedere, nobis fuit humiliter supplicatum, ut Monasterium  
 ipsum, eidem Domui, ut præfertur, unire, annectere, & incorporare, ac illis in  
 præmissis opportune providere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur,  
 qui

(1) Extat in Cartulario Domus S. Laurentii prope Padulam.

qui dudum inter alia voluimus, quod petentes beneficia Ecclesiastica aliis uniri, tenerentur exprimere verum annum valorem, secundum æstimationem prædictam, etiam beneficii, cui aliud uniri peteretur; alioquin unionem non valeret; & semper & in omnibus commissio fieret ad partes, vocatis, quorum interesset; Priorem, & Fratres prædictos, ac eorum singulos, a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, cenuris, & pœnis, a jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutos fore censentes, ac fructuum, reddituum, & proventuum dictæ Domus, & illi annexorum verum annum valorem, necnon verum, & ultimum ipsius Monasterii vocationis modum, etiamsi ex illo quævis generalis reservatio etiam in corpore juris clausa resultet, præsentibus pro expressis habentes; huiusmodi supplicationibus inclinati, Monasterium prædictum, de quo concistorialiter disponi non consuevit, quovis modo, & ex cuiuscumque persona vacet; etiamsi ejus provisio ex quavis causa ad Sedem Apostolicam specialiter, vel generaliter pertineat; dummodo tempore datæ præsentium, non sit ei de Abbate Canonice provisum, dicto Ordine S. Benedicti, & omni dependentia regulari in eo penitus suppressis, & extinctis, cum annexis huiusmodi, ac omnibus juribus, & pertinentiis suis præfatæ Domui; ita quod liceat eisdem Priori, & Fratribus, per se, vel per alium, seu alios, corporalem possessionem, seu quasi, regiminis, & administrationis, ac bonorum dicti Monasterii propria auctoritate libere apprehendere, & perpetuo retinere; illudque juxta ipsius Cartusienis Ordinis regularia Instituta, regere, & gubernare; Necnon illius fructus, redditus, & proventus, in suorum, & Domus, ac Monasterii eorundem, usus, & utilitatem convertere, Diocesani loci, & cuiusvis alterius licentia, super hoc minime requisita, auctoritate Apostolica tenore præsentium perpetuo unimus, annectimus, & incorporamus, ac in eodem Monasterio Cartusiensem Ordinem instituimus: Non obstantibus Priori voluntate nostra prædicta, ac Lateranensis Concilii novissime celebrati, uniones perpetuas, nisi in casibus a jure permissis fieri prohibentis, & quibusvis aliis constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis. Necnon Monasterii, & Ordinis S. Benedicti juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus contrariis, quorumcumque tenorum existant, per quæ presentibus non est expressa, vel totaliter non inserta, effectus eorum impediri valeat quomodolibet vel deferri; & de quibusquorumque totis tenoribus de verbo ad verbum habentibus sit in nostris litteris mentio specialis. Volumus autem quod propter unionem, annexionem, & incorporationem prædictas dictum Monasterium in spiritualibus non lædatur, & in temporalibus documenta non substat, sed ejus congrue supportentur onera consuetæ. Et insuper ex nunc irritum decernimus, & inane, si secus super his a quoquam, quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contingerit attentari. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostræ absolutionis, unionis, annexionis, incorporationis, institutionis, voluntatis, & Decreti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum. Datum Romæ anno Incarnationis Dominicæ MDXXXVIII. Idus Aprilis, Pontificatus nostri anno V. F. Bernardus.



## XLVII.

Pauli Papæ III. Bulla (1), pro Cartusia S. Laurentii de Padula. Declarat unionem factam Domui prædictæ Monasterii S. Nicolai, validam fuisse; etiamsi summa proventuum illius annuum valorem ducatorum 40. excedat.

Ad ann. 1538.

Paulus Episcopus Servus Servorum Dei; ad futuram rei memoriam.

**E**Xigit incumbens nobis Apostolicæ sollicitudinis officium, ut ad ea favorabiliter, & efficaciter intendamus, per quæ dispositiones quælibet Apostolicæ per nos factæ remotis quibusvis obstaculis debitum sortiantur effectum. Nuper siquidem Monasterium S. Nicolai de Padula tunc Ordinis S. Benedicti Caputaquensis Diœcesis, quod dilectus Filius Joannes de Balsamo de Padula Clericus ex concessione Apostolica in Commendam tunc obtinebat; Commenda hujusmodi, ex eo quod idem Joannes illi tunc per certum Priorem suum ad id ab eo specialiter constitutum, in manibus nostris sponte, & libere cessit; nosque cessionem duximus admittendam, cessante adhuc eo, quod dum eidem Joanni commendatum fuerat, vacabat, modo vacante; Ac pro parte dilectorum Filiorum Prioris, & Fratrum Domus S. Laurentii etiam de Padula Cartusienis Ordinis dictæ Diœcesis nobis exposito, quod cum dictum Monasterium jam multis annis per Clericos Sæculares in Commendam obtentus fuisset, & jam diu Conventu caruisset, & tunc careret, & in suis structuris, & ædificiis aliqua reparatione indigeret; & in illius Ecclesia vix semel in hebdomada Missa celebraretur; ac prope illud fere ad dimidium milliare dicta Domus S. Laurentii, quæ insignis, seu notabilis existebat, & in qua divinus cultus, & observantia regularis vigere dignoscebatur, ac multæ elemosynæ continuo fiebant, consisteret; si Monasterium ipsum suppressis in eo dicto Ordine S. Benedicti, & omni dependentia regulari præfata Domui perpetuo uniretur, annecteretur, & incorporaretur, ipsi Prior, & Fratres in dicto Monasterio aliquos Fratres ejusdem Cartusienis Ordinis introducerent, & quod in illius Ecclesia prædicta, quotidie Missa celebraretur, efficerent; illudque in suis necessariis ædificiis reparari facere curarent; ex quo divinus cultus in ipso Monasterio propagaretur, ac illius felici incremento, necnon Fratrum dictæ Domus intemperiei aeris subjectæ, sæpius infirmitate detentorum pro sanitate in dicto Monasterio, in cujus loco salubrior vigeat aer, recuperanda, consolatione; & alias Prioris, & Fratrum eorumdem commoditatibus salubriter consuleretur: Nos tunc fructuum, reddituum, & proventuum dictæ Domus, & illi annexorum verum annum valorem, necnon verum, & ultimum dicti Monasterii vocationis modum, etiamsi ex illo quævis generalis reservatio, etiam in corpore juris clausa resultet, pro expressis habentes, ipsorum Prioris & Fratrum afferentium fructus, redditus, & proventus dicti Monasterii, & illi forsitan annexorum quadraginta ducatorum auri de Camera, secundum communem æstimationem valorem annum non excedere; in ea parte supplicationibus inclinati Monasterium prædictum, quovis modo, & ex quacumque persona vacaret, dicto Ordine S. Benedicti & omni dependentia regulari in eo penitus suppressis, & extinctis, prædictæ Domui, ita quod liceret eisdem Priori, & Fratribus per se, vel alterum, seu alios, possessionem, seu quasi regiminis, & administrationis, ac bonorum ipsius Monasterii propria auctoritate libere apprehende-

Tom. X.

z

re,

(1) Ex autographa in eadem Domo asservata.

re, & perpetuo retinere; Illudque juxta ipsius Cartusienſis Ordinis regularia inſtituta regere, & gubernare; Necnon illius fructus, redditus, & proventus in ſuos, & Domus ac Monasterii eorundem uſus, & utilitatem convertere, cuiuſvis licentia ſuper hoc minime requiſita per alias noſtras litteras perpetuo univimus, annexuimus, & incorporavimus, ac in eodem Monasterio Cartuſienſem Ordinem inſtituimus, prout in eiſdem litteris plenius continetur. Cum autem ſicut exhibita nobis pro parte Prioris, & Fratrum prædictorum petitio continebat, a nonnullis aſſeretur, fructus, redditus, & proventus Monasterii huiuſmodi, etiam tempore Datæ prædictarum litterarum plus valuiſſe, & valere de præſenti, licet centum ducatorum auri ſummam ſecundum æſtimationem prædictam valore annuum non excederent, neque excedant: Ac propterea ipſi Prior, & Fratres dubitant litteras prædictas de ſurreptionis vitio notari, & ſibi minus utiles reddi poſſe tempore procedente: Nos ne propterea Prior, & Fratres prædictarum litterarum fruſtrentur effectu, providere volentes, ipſosque Priorem, & Fratres, ac eorum ſingulos a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis, a jure, vel ab homine, quavis occasione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt, ad effectum dumtaxat præſentium conſequendum harum ſerie abſolventes, & abſolutos fore cenſentes; eorundem Prioris, & Fratrum in hac parte ſupplicationibus inclinati, volumus, & Apoſtolica auctoritate decernimus, quod litteræ cum omnibus, & ſingulis in eis contentis clauſulis, ac per illas factæ ſuppreſſio, extinctio, unio, annexio, & incorporatio; ac inſtitutio prædicta; necnon inde ſecuta quæcumque a Dat. præſentium valeant, plenamque roboris firmitatem obtineant; ac eiſdem Priori, & Fratribus ſuffragentur in omnibus, & per omnia, perinde ac ſi ipſis litteris, quod fructus, redditus, & proventus Monasterii huiuſmodi, centum ducatorum auri ſummam, ſecundum eandem æſtimationem valore annuum non excedant expreſſum fuiſſet: Non obſtantibus præmiſſis, ac conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, necnon omnibus illis, quæ in diſtis litteris volumus non obſtare, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ abſolutionis, voluntatis, & Decreti infringere, vel ei aſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Romæ apud S. Petrum anno Incarnationis Dominicæ MDXXXVIII. Pridie Idus Novembris, Pontificatus noſtri anno V. -- A. Virioni.

## XLVIII.

Ex Epistoſa R. P. D. Joannis Juſti Lanſpergii D. Theodoricum Loherium Coloniensis Domus Profeſſum, & Vicarium, qua ſuas in Jeſu Chriſti vitam Meditationes ei dedicat.

Ad ann. 1539.

UT hæc meditationes meas ederem fecit Fratris tui germani Hugonis, novi apud nos in Ordine noſtro Chriſti tyronis, tum erga Deum fervor, tum erga me dilectio. Nam Ordini maxime cum idoneum videns, cupiebam hoc quoque exercitiorum genere inſtitui. Eſt enim non paucis a Deo præditus bonis, ingenio pollens admirabili. Eſt præterea innocens, utpote incorrupte integritatis. Quod certe bonum, ut permulta alia, nemini ita poſt Deum accepta referre debet, atque tibi. Quemadmodum & alter germanus tuus Bruno, licet major natu nobiscum Cartuſianus, & Sacerdos, eadem gratia enitens. Horum utrique tu olim ingenti cura, nec minori vigilantia, & vitæ neceſſaria procurare ſtudiſti, & animæ ſalutem. Quid dicam? Nullum non moviſti lapidem, omnes rependiſti conatus, ut hæc in re magis patrem, quam fratrem germanum præſtares: quo ſimul & docti evaderent, & integritatis non amitterent innocentiam. Sudabas quo-

quotidie, ne de mundo quidquam attingerent, sed potius in Ordine Cartusiano tecum Deo servirent. Propterea non passus est Deus tam sancto, tamque pio te desiderio fraudari, Nam innocentes, docti, incorrupti; Deoque devoti tecum hodie non solum in eodem Ordine, verum in eodem quoque Monasterio (Coloniensi nempe) vivunt, Deoque dicati sunt.

## XLIX.

R. P. D. Joannis Justi Lanspergii Cartusienfis ad Serenissimum Imperatorem Carolum V. Epistola,  
qua Libellum de vera Religione,  
& Monasteriis humiliter ei  
offert, & dedit  
cat (1).

*Ad ann. 1539.*

Invictissimo, potentissimo, ac Christianissimo Principi, ac Domino Carolo ejus nominis V. Romanorum Imperii semper Augusto, Germaniæ, Hispaniarum, Hungariæ &c. Regi, Domino sua clementissimo F. Joannes Justus Lanspergius Cartusianus, nomine, & vice Catholicorum omnium, ac probe Christianorum, qui in vera Christiana fide in natione Germanica constantes permanent, gratiam, & pacem in Domino nostro Jesu Christo precatur, & optat quam plurimam.

Quum inter eos omnes, qui Christianæ Reipublicæ gubernacula moderantur, videlicet Reges, Principes, Heroes; non sit, qui divitiis, honore, bonis, sublimitate, & nobilitate, ditionibus, & populis, omnibusque, quæ in mundo præcipua, & præstantia sunt, potentior, potiorque existat, quam tua Cæsarea Majestas: super hæc omnia tamen peculiaris quædam elucet gratia Dei, quod devotione te, & charitate erga ipsum, sinceritate, & constantia in fide, longanimitate, & patientia erga tuos hostes, clementia erga tuos subditos, justitia, & benignitate (prout causa postulat) erga mortales omnes; & ut in summa dicam excellentia omnium virtutum, præter cæteros hujus temporis homines, perfecte donaverit; potissimum tamen omnium bonorum hominum favore, cui pii omnes amici sunt, omnes beneprecantur, & favent, a quo omnia bona sperant, & in quo lætantur, adeo hanc rerum causam justissimæ æquissimæque tuæ Cæs. Majest. omnis dominationis sceptrum, omnis potestatis columnen, & omnium Regnorum imperium a Deo sit demandatum, ut dignissimo, lectissimo, & ab omni æternitate electo, qui hoc ærumnoso, calamitosoque sæculo (quale nunc est) ex rerum summa potiretur. Quo sæculo si non Cæsarem, qualem habemus, haberemus: si inquam tua Cæsarea Majestas non, qualis est, esset, omnis justitia, omnis Dei timor, omnis Dei cultus, omnes bonæ actiones, ipsa denique Catholica, & vera fides, (præsertim in natione Germanica) interiret, extinguereturque. Quod ita tamen multis in locis, jam cæptum inchoatumque est, ut hæc eadem destruantur, deleanturque, & ad exitium perducantur, nisi se tanta industria, excubiæ, hortationes, & Edicta T. Cæsar. Majest. hisce opponerent, & nisi Deus etiam in hostium tuorum cordibus scintillam aliquam timoris, & stuporis erga tuam Cæsaream Majestatem impressisset: Nam sicut T. Cæsar. Majest. Deum Creatorem suum, Dominum supremumque Regem agnoscit, reveretur, timet, honorat, & amat, & huic se subjectum gerit, huic omnem acceptam victoriam refert, omnem fortunam, omnem honorem, & gloriam; quibus isti dies T. Cæsaream Majestatem multifariamque sustollit; ita vicissim T. Cæsar. Ma-

(1) Legitur in fronte enunciati Libelli, qui minora ipsius Joannis Justi Lanspergii. An. 1554. typis Novæsiæ. Coloniæ edit. est inter Opera

jectat. potentia, omnes hostes tuos subjungat, & ab ipso, quicumque se insole-  
 ſcent contra Cæſar. Maieſtatis tuae juſtitiam offerunt, vel deprimunt? Quocirca  
 omnibus tui ſtudioſis, tibiſque morigeris vere Chriſtianis, iſta ſpes, ſolaciumque  
 ſecundum Deum dumtaxat de T. Cæſarea Maieſtate ſuperest, fidei Chriſtiane di-  
 remptionem, Chriſtianarum legum diſſipationem, cultus Dei contemptionem (qui  
 jam per Lutheranam hæreſim, & eos, qui ex eadem radice procreati ſunt, ir-  
 rumpit) per T. Cæſar. Maieſt. adventum (quem cito nobis Deus concedat) & per  
 tuam clementiam, & ſeveritatem correctum iri: corda etiam, quæ tam multa  
 nunc mœſta ſunt (eo quod ante oculos Dei, Deique cultus calumnationem, pro-  
 hibitionemque cernunt) iterum conſolatum iri. Interea lamentabilibus ad Deum  
 lacrymâ vociferamur, quo Deus T. Cæſ. Maieſt. adventum, & caſtigationem, ac  
 reformationem, quam per eandem in S. Eccleſiâ, & in omnibus T. Cæſ. Maieſt. imperii  
 finibus deſtinavit, prorogare, impedireque nolit: Quandoquidem citra T. Cæſ. Maieſt.  
 adventum, citra Cæſ. Maieſt. vim atque potentiam, ſperare non eſt ullam re-  
 formationem futuram, aut hæreſim illam quæ tot jam in locis, totque modis in-  
 vecta eſt, evulſum iri, aut perſecutionem illam proborum, vereque Chriſtiano-  
 rum, qui una cum T. Cæſ. Maieſt. in fidem conſentiunt, ſinem habituram eſſe.  
 Quæ in dies jam augetur præſertim contra illos, qui ſe ſponte cum Deo conſe-  
 deraverunt, & in ipſius ſe rigidius obſequio gerunt: ut nimirum ſunt Monachi  
 homines, qui amplexati ſunt ſectanturque Evangelica illa conſilia, quæ in Evan-  
 gelio Chriſtus docuit, & non cuiſvis homini ex præcepto (propter excellentiam  
 ipſorum) impoſuit, ſed conſuluit, laudavit, commendavitque, & oftendit, quo-  
 modo ad perfectionem ſint neceſſaria, ut ſcilicet eſt caſtitas, voluntaria paupertas,  
 obedientia, & his ſimilia. Tales, inquam; e ſuorum Monasteriorum habitationibus  
 pelluntur, ut ex puſillanimitate ipſimet cedant. Suis bonis, & alimentis neceſ-  
 ſariis privantur, unde in Dei cultu vivere deberent, quæ ipſis largiti ſunt dedi-  
 caveruntque T. Cæſar. Maieſt. Prædeceſſores Cæſares, Reges, Principes, Heroes  
 aliiſque homines probi. Prohibentur Dei laudes canere, Miſſam legere, Venerabile  
 Sacramentum offerre, & idipſum Corpus Dei appellare, aut eidem honorem  
 habere, docere, concionari, confeſſiones audire vetantur. Et cum quibuſlibet  
 victum ſuum emendicare ſit liberum, Religioſis videlicet in Ordinibus Mendican-  
 tibus (qui multum operæ, utilitatisque in Eccleſiâ ſancta hætenus fecerunt) hu-  
 juſmodi elemoſynas petere interdicitur. Item quibuſdam in locis in Germania om-  
 nne genus Religioſorum Lutheranos Concionatores in ſuis Monasteriis tolerare,  
 audireque coguntur? Reliquæ eorum veſtes ſacræ aliaque præcioſa templi ornamen-  
 ta quibuſdam in locis ipſis auferuntur & ſeponuntur, & in emporio publicitus mere-  
 tricibus, & nebulonibus, & cuilibet venalia exponuntur. Et cum Judæis concedatur,  
 ut ſua mercimonia agant, & apud rem familiarem ſuam maneat, hi jam pejus  
 judicantur, & tractantur quam Judæi, qui propter Deum ſponte patrem, matrem,  
 amicos, & temporalem ſuam hæreditatem, & facultates relinquere. His multis  
 in locis non permittitur, ut ſimul mutuo in vita communi convivant, juxta for-  
 mam, & modum vitæ, quam Sancti Apoſtoli poſt Pentecoſten Hieroſolymis cum  
 primis in Chriſtum credentibus hominibus cœperunt, quando in commune vive-  
 bant, & nemo aliquid peculiaris, propriique poſſidebat: quomodo de iis Lucas  
 in actibus Apoſtolorum ſcribit. Quæ vita Chriſto conſinis, prima fuit, & pri-  
 mum vitæ inſtitutum in Republica Chriſtiana poſt Aſcenſionem Chriſti, & incre-  
 mentum aliis quoque in locis accepit, ſcilicet in Alexandria ſub Marco (quem  
 admodum Philo doctiſſimus Judæus de iis multa ſcribit) & etiam num in bene  
 conſtitutis cœnobiis remanet. Tale vitæ genus, & ejus Profeſſores, hæretici per-  
 ſequuntur, damnant, & prohibent, atque contra hos in pulpitis dicunt, & ſcri-  
 bunt, ſicut & contra vetuſtam aliam Eccleſiæ ſanctitatem. Ad hæc non conce-  
 ditur iis in ſuis cœnobiis manere, in quibus tamen in Dei cultu manere percu-  
 perent. Quod proſecto valde eſt miſerabile, præſertim in Deo conſecratis Virgi-  
 nibus, ac ſæminis. Et ſicubi quibuſdam in locis in maxima moleſtia, & anxie-  
 tate in Monasteriis relinquuntur, non tamen alias ſui Ordinis perſonas ad ſe re-  
 cipere permittuntur, vel Novitios ſuſcipere. Non conceditur iis quoque, ut juxta  
 religioſum propoſitum ſui Ordinis, in Dei vivat ſamulatu, tanquam eorum non  
 ſit Chriſtiana vita, cum nunquam non tamen (etiam in antiquo Teſtamento)  
 Dei cultores in mundo extiterint, qui ex ferventiori erga Deum charitate com-  
 manibus Dei mandatis noluerunt eſſe contenti tantummodo obſervandis (ad quæ  
 omnes homines obligati ſunt, modo ſalvi fieri velint). Verum ſponte ſe majori  
 cum laude latius extenderunt ad exequendum, perficiendumque quoad poſſent,  
 AUXI-

auxilio gratiæ Dei, quicquid Deo placitum didicissent: ad quæ non quisvis necessario sunt affecti. Quemadmodum tua Cæsarea Majestas etiam (sicut constat) multa bona, & sublimia Deo opera, ex majori erga ipsum devotione offert, ad quæ non adstrictam a Deo se esse cognoscit. Quod est majoris erga Deum charitatis argumentum, quæ ultra mandata etiam se extendit. Nam cum Deus fragilitatem nostram perspectam habeat, non vult nos prægravare. Idcirco præcepta quoque nobis dedit, quæ (Joanne teste) gravia non sunt. Præter hæc vero sunt multa, quæ Deo grata sunt, non tamen propter excellentiam eorum, præcepta, quæ quisquis amplectitur, & observat, commendandus est, atque confirmandus, nec in isto proposito impediri debet. Nunc autem cum in mundum errores, carnisque vitia irrepant, adeo ut multi non solum nihil obligati ad bona opera faciendâ, & liberi ab omni obedientia esse velint, verum etiam ad suæ malitiæ patrocinationem aliis quoque hominibus bonis bona opera, exercitiaque Religiosa peragere, permittente nolint, eam ob rem statum Monasticum (qui ad bonorum operum exercitationem, & mandatorum Dei in perfectâ Dei charitate adimplerionem, est institutus) persecuntur, & obolefaciunt, falso vituperio, & mendacibus libellis, maledictis, & quomodocumque possunt: & hæc etiam in lingua Germanica, in illiteratum vulgus spargunt. Quæ versutia diaboli est, boni status Monastici invidiosa, qui isto modo homines ab hujusmodi vitæ institutis, & exercitiis retrahit, in quibus potissimum ipsos salvatum iri cognoscit. Quo circa e contrario ego vicissim quoque libellum hunc in lingua Germanica, neminem quidem criminandi, fugillandique causa, sed veritatem simplicem, & nudam de Monastico statu significandi gratia exaravi ad consolationem eorum, qui etiamnum in cœnobiis sunt, & ad instructionem eorum, qui de Monast. ambunt. Quem libellum T. Cæs. Majest. omnem Religionem (quemadmodum T. Cæs. Majest. majores) in veneratione, & honore habenti offero. Omnipotens Deus devotum omnium exaudire orationem velit, quam pro tua salute, diuturnitate vitæ, prospero successu, valetudineque bonâ, & præcipue pro proprio T. Cæs. Majest. adventu fit. Per quam omnem hæresim extirpandam, omnes status corrigendos, & in congruam formam suam redigendos, & omnes oppressos ab æstorum minime Christiano proposito, & a contemptu, qui in primis Deo, tum etiam T. Cæs. Majest. maledictis sit, liberandos fore speramus. Ad gloriam quoque, & decus summe laudandorum Principum, Heroum, Civitatum, locorumque T. Cæs. Majest. edictis hactenus obtemperantium. Quæ sua ipsorum obedientia, quid emolumenti, fructusque ipsis afferat, ipsimet inexperti sunt, & deinceps experientur quam non sine commodo suo. Quamobrem & ipsi, & quotquot adhuc in vera fide constantes permanemus, (qui in Scripturarum Sanctorum fundamento juxta Sanctorum PP. & S. Ecclesiæ explanationem est fundata) T. Cæs. Majest. humiliter, magnisque votis desiderantes adventum præstolamur, & pro eo Deum flagitamus. Sua nos ille exaudire gratia, tuamque Cæsaream Majestatem in diuturna, incolumi, tranquilla, fausta vita conservare, & in omni bono confirmare velit, ad illud usque tempus, quo cum omnibus sanctis majoribus tuis pro temporali æternam justitiæ coronam accipies. Ex Christiana T. Cæs. Majest. morigera Civitate. Colonia. Anno Christi MDXXXIX.

L.

De Venerabili P. D. Joanne Justo, Lanspergio Cartusie  
Coloniensis Professo. Ex P. D. Theodoro Petrejo (1).

Ad ann. 1539.

Joannes Lanspergius, re, & nomine Justus ex celebri ducatu Germaniæ Baviaræ,  
& civitate Lansperga, honestisque parentibus originem duxit. Qui a Domino

Tom. X.

a a

præ

(1) In sua Biblioth. Cartusiana Litt. I. fol. 195.

præventus in benedictionibus dulcendinis, post expletum in alma Universitate Coloniensi studii philosophici cursum, mox florem juventutis suæ in Cartusia ejusdem civitatis Creatori suo offerens, corpore, & animo mundum deseruit, seseque militiæ spirituali viriliter accinxit. Inde qua quantum in omni spiritualis vitæ disciplina profecerit, quam fervidus extiterit amator Dei, quam devotus gloriosæ Virgini matri ejus (hanc enim post Deum unice diligebat) quam obediens erga Superiores, quam durus sibi, quam benignus aliis, quam zelosus pro observantia sacri Ordinis, quam tenax justitiæ, quam assiduus in oratione, quam infatigabilis in labore, quam multis denique verbo & exemplo in vita Dei velut fulgidum sydus in firmamento Ecclesiæ positum luxerit, difficile profecto foret explicatu. Quis porro aliqua hinc nosse volverit, sedulo pioque animo ejus scripta, & libros perleget. Fuit siquidem non modo in sæcularibus literis apprime eruditus, verum etiam interna unctioe Spiritus Sancti non mediocriter illustratus, quo dulce fiebat ei in lege Domini meditari die ac nocte, semperque vel devotis precationibus, aut sacra lectione, vel certe scriptione tempus fructuose deducere, insuper hostiam agni immaculati Deo in altari quotidie immolare. Et his sanctis exercitiis adeo ferventer incubuit, ut ab illis, nec validis quidem (quibus aliquot annis ante mortem premebatur) morbis sineret se avocari, sed supra vires sæpe languens, nihilominus supra vires sese ad ea cogebat. Omnium hominum necessitatibus velut pia mater compatiebatur, seseque petentium consolationi, sive informationi, neglecto interim subinde somno, vel cibo proprio, totum impendere non gravabatur. Nam omnibus aliis benignus & affabilis, sibi autem soli durus, & immisericors fuit. Et ut carnem spiritui repugnantem edomaret, corpus suum jejuniis, vigiliis, flagellis, ciliciis, & aliis pœnitentiæ laboribus assidue macerabat. Aliquamdiu etiam Loricam ferream ad nudam carnem circa renes occulte portavit. A cibus delicatis, a verbis superfluis ociosis, sive nocivis seipsum summo studio temperabat. Unde quilibet facile colligere potest, quanto amore puritatis mens ejus fulserit intus, qui carnis sensuumque suorum tam strenuus castigatorem extitit foris. Quoniam absque hujusmodi castigatione, quisquis se puritatem mentis, & corporis adipisci putat, seipsum misere dicit: umbram sequens, & aerem verberans, obedientiam Superioribus suis tam in gravibus, quam levibus rebus adeo simpliciter, & absque ulla discussione, aut murmuratione quacunque exhibebat, ut omnes id magnopere mirarentur. Cujus rei gratia, cum in officio Prioratus Domus Cantavii prope Juliacum (quod ex sola obedientia susceperat) propter loci humiditatem suæ naturæ prorsus contrariam ex vomitu sanguinis sæpius usque ad mortem ægrotaret, nunquam tamen importune a suis Superioribus exegit ad salubriorem locum, (licet id maxime desideraret) remitti. Unde paulo ante obitum suum pro informatione cujusdam Fratris, graviter testabatur se in ordine contra Superiorum suorum voluntatem nec uno verbo scienter unquam fecisse. Quapropter tantam cordi, & verbis ejus Deus infudit gratiam, & sapientiam, ut non solum Fratres, sed & Principes quoque, & Magnates terræ eum requirentes monita salutis magna cum aviditate, & reverentia ab eo haurirent, ipsumque uti Dei amicum, seu potius Deum in ipso loquentem honorarent. Et quia in operibus bonis in Domo Dei servum se fidelem, & prudentem exhibebat, misericors Dominus ipsum pro incremento salutis suæ calculo, piti si, tussique violenta, imo & vomitu sanguinis, diversisque aliis gravibus ac diuturnis languoribus velut aurum in igne in hoc sæculo (quod orare subinde, quemadmodum etiam in scriptis ejus reperimus, solebat) a peccatis suis plene (uti speramus) purgare dignatus est. Nam mirabili patientia sustinebat pœnas omnes, & dolores, quibus supra modum, præsertim circa finem vitæ vexabatur; adeo ut intuentes stuperent: dicerentque ipsum supernaturaliter in vita conservari. Quod nemini mirum videatur, cum a medicis sæpe desperatus, & morti adjudicatus sit, eo quod epar, & pulmō læsa, & corrupta multis annis contra eorum sententiam valetudinarius supervixerit. Adeoque patientissimo hæc aliaque complura animo ferebat, ut ne vel unum impatientiæ verbulum ab ejus processerit ore. Et quando aliqui Religiosi, seu etiam sæculares, & magnates ipsum invisentes percunctarentur, quidnam haberet, semper respondit: vel bene se habere, vel cum Divo Job: sicut Domino placet, sit nomen Domini benedictum. Sæpius tædudit eum diutius vivere, propter nimios, excessivosque dolores, cupiebatque dissolvi, & esse cum Christo, maxime propter gravissimam Ecclesiæ Catholicæ ruinam, animarumque damnationem sanguineis lacrymis merito descendam: quas passim absque modo, & fræno per libros Erasmi, Lutheri, & aliorum Monastici Ordinis desertorum (quos a Deo dicebat datos in reprobum sensum) videbat corruptas ad infernum cur-

currere, cum talibus Pseudodoctoribus excæcatus hodie credat mundus. A quorum lectione ipse penitus abstinebat; abstinendumque omnimode monebat: tum quia parum bonæ frugis habeantur, tum quia absque aliquo periculo, vel contagio vix legi, quod sermo eorum ut cancer serpat, tum etiam quod non modo omnis doctrina, sed etiam omnes libri ipsorum prohibiti, & damnati essent. Qua etiam re permotus, uti erat mire amans, & sitiens salutis animarum, multa subinde edidit scripta, nihil nisi pietatem, sanam fidem, eximium in Deum proximumque amorem spirantia; ut pro sua virili parte quoad ejus fieri posset, jam everfos, & corruptos ab errore, & nexibus diaboli, quibus videbat innumeros tam tenaciter obligatos, clausis oculis in flammis tartareas properare, extraheret, nutantes ac titubantes firmaret, stantes corroboraret, tepidos accenderet, conantes juvaret, imperitos instrueret, currentibus calcem adderet, Deo servire cupientibus tanquam probe exercitatus, & peritus Dux regium monstraret iter. Denique nemini non aliquam adferret utilitatem. Quod sane Deo favente, & scriptis ejus gratiam haud vulgarem aspirante, cecidit illi non infeliciter. Talem quippe in Dei Ecclesia fructum fecit, ut inter Ecclesiasticos Doctores, non postremo sit loco adnumerandus. Et quia contemni solent hi, qui quod docent, ipsi non præstant, seipsum studuit virtutum omnium tanquam vivum quoddam simulacrum exhibere, nihilque in se admittere, quod doctrinæ illius repugnaret, aut pondus detraberet. Ita fiebat, ut quidquid diceret, aut scriberet plurimum haberet energiæ, & auctoritatis etiam apud magnos, & eruditos ævi istius viros; qui in illo certis indiciis Christi Spiritum habitantem, & per os ejus tanquam organum sua verba exprimentem animadvertentes, tum dictum tum scriptum illius sæpe non mediocriter permovebant. Erat siquidem in tota illius vivendi ratione mixtus candor, columbina simplicitas cum prudentiâ multiplici conjuncta, Christiana integritas, prompta erga quosvis benevolentia, propensa benignitas, suavis, nec tamen dissoluta affabilitas, odium peccati, justitiæ amor, contemptus mundi, & rerum terrenarum, paupertatis ingens studium, charitas flagrantissima. Quis namque ad illum unquam accessit, qui non senserit illius se exhortationibus adjutum? Quis illius familiari usus colloquio, non aliquid lucri reportavit? Non solum erga Fratres suos promptissimam alacritate talem se gessit; sed etiam erga extraneos, & ignotos. Evangelicum præstare virum reipsa semper studuit, non solum ore Evangelium, ut multi hodie solent circumferre. Execrabatur plurimum impios dogmatistas nostrorum temporum, quod cum tota vitâ ab Evangelii præscripto discrepent, tamen se jactent Evangelicos, & a Deo illuminatos videri velint, quorum illi impudens temeritas, & vesana impudentia, summæ erat invisâ, ita tamen, ut illorum doleret vicem, ploraretque cæcitatem, & amentiam, qua tum seipsos, tum alios complures in æternam conjicerent miseras, & calamitates: licet id illi nullius pensi habeant, ob vastissimas cordis tenebras, & præfractam animi obstinationem. Porro sæpe in lucubrationibus suis eorum reprehendit, & confutat errores, non alio sane consilio, quam ut his agnitis resipiscant, aut certe alii eisdem non implicentur. Est enim hoc commune sanctis Dei hominibus, ut cupiant ac nitantur diabolica fraude deceptos eripere, & ad veram salutis viam revocare. Non enim sere possunt animarum pericula, quibus multo magis, quam multis corporis incommodis cruciantur: sed & ipsa Dei omnipotentis multiplex injuria, quam accipit ex peccatis hominum supra modum illos cruciat, ob ingentem erga illum amorem, qui facit ut etiam minima in seipsis peccata non sinant inulta abire. Possemus adhuc multa in hujus Venerandi Patris commendationem plena fide scribere, sed quia ex scriptis ille suis abunde cuivis manifestus est, longam texere historiam superfluum judicamus. Feliciter vixit, & felicem vitam obitus felix consecutus est. Non potuit namque mala perire morte, qui etiam cum viveret, ita vixit, tanquam propediem moriturus. Non necesse habuit mortis timere insidias, qui nihil in se residere patiebatur, quod posset mortis terrorem incutere. Dum vixit omne peccatum, & quicquid in morte prægravare posset, diligentissime a se profligare conatus est, ut morte adventante, non tum demum, quod multi stolidissime faciunt, ad mortem se præpararet, sed ipsam mortem tanquam vitæ aditum lætissimus exciperet. Et certe unum illum ex eorum fuisse numero minime dubitamus, qui & vitam in patientia & mortem habent in desiderio. Quid enim illum delectaret vivere, qui uti jam ante diximus, tam variis cruciabatur morbis, ut mortuo, quam viventi esset similior? Ergo indesinenter suspirabat ad mortem, ut posset venire ad conspectum gloriæ Dei. Et quamvis aliquandiu dilatus fuerit, nec pro voto exauditus, tandem tamen post multos fideles labores, & patientiæ coronas, fructumque animarum, quem in Ecclesia Dei, & Ordine Cartusiano, verbo, calamo, & exemplo tulit uberrimum,

sacra-

facramentis Ecclesiasticis religiose munitus, & omnia sua errata aliquoties scrupulose, pieque confessus, bene compos mentis, postquam in sancto Ordine Cartulianorum annos XXX: laudabiliter, sancteque vixerat, sanctum spiritum suum Deo reddidit, a quo illum acceperat. III. Idus Augusti (nempe die II.) Anno ab Orbe Redempto MDXXXIX.

Cæterum lucubrationis Lanspergii, quæ extant, sunt hæc.

- I. In totius anni Dominicales Epistolas, & Evangelia paraphrases, adhibitis ad singulas Dominicas Concionibus singulis, interdum binis. Prodierunt primo Coloniz in 8. apud Melchiorem Novesianum an. 1545. Deinde paulo post, nempe anno 1553. eadem rursus ibidem in folio recusa sunt; ac postremo Antuorpiæ in 8. apud Hæredes Joannis Stelfii an. 1575.
  2. Opera vero minora Lanspergii, quæ in folio duobus voluminibus Joannes Novesianus, suis, ac Materni Cholini sumptibus anno ab orbe redempto 1555. excudit, hæc continent.
    - I. Enchiridion Militiæ Christianæ; quod & Mylius separatim an. 1607. Coloniz in 12. impressit.
    - II. Alloquia Jesu Christi ad animam fidelem, quæ etiam separatim Lovanii an. 1572. prodierunt.
    - III. Canones vitæ spiritualis.
    - IV. Exercitia, præcationesque pro infirmis.
    - V. Epistolarum Paræneticarum libros duos.
    - VI. Exercitiorum Christi formium librum unum.
    - VII. Vitam Servatoris nostri Jesu Christi in centum quinquaginta meditationes concinnatam, quæ & seorsum in 8. apud Gennepaum an. 1537. auctore adhuc vivente prodit.
    - VIII. Pharetram divini amoris, quam novissime in Ubiis recudit Conradus Butgenus in 12. an. 1607. Prodit item apud eundem an. 1620. Et in Italia Venetiis an. 1549. in 8. per Paulum Gherardum. Ibidem in 8. an. 1586., & demum an. 1605. itidem in 8. per Petrum Ricciardi.
    - IX. Hymnorum diversorum librum unum.
    - X. Meditationum in XXII. Thren. lib. 1.
    - XI. Soliloquiorum lib. 1.
    - XII. Threnorum de Beatissima Virgine. lib. 1.
    - XIII. Homiliæ 56. in totam passionem, & Agonem Jesu Christi, & aliæ nonnulla de eadem materia.
    - XIV. Demonstrationem elegantem, quænam sit Religio Evangelica ad Carolum V. Imperatorem an. 1539.
    - XV. Dialogum inter militem Lutheranum, & Monachum.
    - XVI. Speculum perfectionis Christianæ.
    - XVII. Sermones Capitulares, qui in præcipuis anni Festivitatibus concionis loco capitulariter recitari solent, & Religiosis præcipue conveniunt. Unde & hunc in usum parva quoque portatili forma, auctore adhuc superstite, impensis Quentelii sunt impressi, ac Reverendo P. Joanni Guilhardo totius Ordinis Generali dedicati. (1)
- Cæterum an liber Candelæ Evangelicæ, qui sub nomine Joannis juxta Coloniz apud Eucherium Cervicorum an. 1527. prodit, genuinus Lanspergii nostri censendus sit factus, consule Possevinum. Monemus hoc loco lectorem Enchiridion

(1) His alia adjungit Morotius Theatr. Cronolog. Part. IV. ad an. 1539. n. CXXIV. nempe: Manuale Equitis Christiani, Gallico eloquio interpretatum a P. Joanne de Bylli Priore Cartulæ Montis Dei, & in lucem editum Parisiis an. 1571. in 4. apud Guillelm. Chaudiere. Exercitia Spiritualia devotissimis Rosariis, & aliis præcationibus distincta. Vener. an. 1575. Enchiridion vitæ spiritualis ad perfectionem, Parisiis apud Michaellem Roinium 1573. quæ duo notantur a Possévino: Vita S. Gertrudis lib. 5. Italice interpretati & excusi Ve-

netiis 1660. apud Nicolaum Pezzana traductore Vincentio Buondi, una cum Exercitiis spiritualibus. Liber quinque partibus spiritualis gratiæ Revelationum, & Visionum B. Mariæ Virginis, Italiq; auribus accommodatus, ab Antonio Balladino Venetiis apud Pezzanam 1660. una cum præfatis vita, & exercitiis spiritualibus Divæ Gertrudis. Liber titulo Candelæ, qui Coloniz prodit an. 1527. apud Cervicorum, non esse genuinum Lanspergii factum, sentit Possévinus, sed ab alio auctore elaboratum, qui noluit suum nomen prodere.



Militiæ Christianæ Joannis Lanfpergii, quod An. MDCVII. Colonia Ubiorum apud Hermannum Myllum recudi curavimus, non esse idem illud quod in Indice Clementino prohibitum legitur. Illic enim dumtaxat proferitur Complutensis Editio, quæ in Hispaniis prædit, non autem aliæ, quæ Censorum approbatione publici juris sunt effectæ: qualis in primis est hæc nostra.

MEMORABILIA ANNO 1541. DE S. ANNO 1541.

De P. D. Michaeli N. de Vercelli Cartusie Bononien-  
 sis Professo, ac Vicario. Ex perantiquis  
 ejusdem Domus Monumentis.

Ad ann. 1541.

**M**ichael N. Vercellis in Insubria natus, celeberrimis artium liberalium profes-  
 soribus Bononiæ imbuendus traditur; sed quamvis plurima ingenii laude  
 floreret, tunc tamen ad suburbanam, sub Divi Hieronymi Titulo Cartusiam se  
 conferret, tandem Deo inserviendi artem ibi ediscere constituit. Posito tyrocinio  
 iussus est Nicolao Gozzadino ad vice-Prioris munus, quod gerebat, profundum  
 ob senium minus idoneo. Incidit in ea tempora, quibus Borbonius illatis in diti-  
 nem Pontificiam signis, Bononiæ accessit. Monachis ad hospitium S. Annæ intra  
 mœnia ad unum dilabentibus, Michael repetens illud Davidicum: Dominus prote-  
 ctor vitæ meæ, a quo trepidabo? in medio ostii constitit, Ducem armis insolentem  
 prostratus ante crucem mira animi æquanimitate excepit, eoque religiosa simplici-  
 tate delinito, militem etiam furentem a ruinis, & incendiis compescuit. Patriis  
 Bononiensibus gratiosissimis ad Bellunenses ades transmitti summis, imisque præci-  
 bus extorsit, ubi uni notus Deo, hominibus se occuleret. Bononia reclamante  
 & commune decus abscessisse, expostulatoriis ad Ordinis Protoparentem literis dolen-  
 te, suæ professionis stationi se restituere cogitur. Ingemuit partam apud homines  
 æstimationem secretioni a turbis secessu officere, obtinuitque a Deo pro occidis  
 mundi, perennibus cæli, morte intercedente, honoribus evehi. Nam Bononiæ ac-  
 cedit, non recta cœnobium petiit, sed divertit ad quamdam evulgati nominis San-  
 ctimonialem ex III. Ordine Militantium sub divo Francisco, quam ineluctabili  
 decumbentem morbo cognoverat: Huic myiæ, inquit: Venetanda; & charissima  
 Mater, velim vestrum mihi languorem concedatis; cui illa contingat tibi ex vo-  
 to. Inde ad hospitium S. Annæ se contulit, & ecce mirum! Detrahuntur Michaeli  
 ocreæ, apparet in calcaneo pestiferæ vis carbunculus, cui nullus ante præcesse-  
 rat tumor, aut dolor. Admoveretur ignis, sed frustra. Sanctimonialis convalescit.  
 Michael occumbit. Qui Monasterio præerat, ut consuetam ad Hospitium turbam,  
 & Michaelis cultum, Cartusienis humilitatis de more, averteret, evulgavit eum a  
 prima insequentis diei luce in S. Annæ exponendum. Interim cum nocte intempe-  
 sta ad S. Hieronymum ejus jussu efferretur: pius astus Optimatum paucis inno-  
 tuit, qui ad funus convolantes ad supremam usque conclamationem justa ei per-  
 solverunt. Jacet ad pedes magnæ crucis Cæmeterio prominentis.

LII.

Ordinatio facta an. 1542. in Generali Cartusianorum  
Capitulo. De lectura linguæ Græcæ a Car-  
tusianis non frequentanda.

Ad ann. 1542.

**A**Nnis præteritis (1) facta est ordinatio & prohibitio in Capitulo Generali super lectura librorum Erasmi (2), tanquam Cartusianæ Religionis contraria, & minus necessaria, & ob id reprobata. Jam vero nonnulli sunt, qui apud semetipsos non tantum scioli videri volunt, verum etiam affirmant hi neminem ad veram scientiam, & intellectum Scripturæ posse pervenire, nisi in lingua græca sit eruditus. Igitur quidam obliti sanctæ rusticitatis nostri Propositi, ut apud vulgares scioli videantur, tempus pro sacris lectionibus ipsis concessum expendunt, quadam animi curiositate in litteris græcis nonnullis simul, & hebraicis. Quapropter hortamur in Domino omnes nostros subditos, ut sint memores arrepti Propositi, & Cartusianæ simplicitatis, ut desistant ab hujusmodi curiositate, tempus infructuose expendendo in hisce litteris præscriptis. Sed potius studeant semetipsos exercere in piis exercitiis vitæ Jesu Christi, qui nos docuit verbo & exemplo mititatem, & humilitatem; ut sic talibus exercitiis valeant pervenire ad secreta interioris hominis, quod quidem nostra vocatio requirit. Alioquin hujusmodi lectionem græcarum litterarum non omittentes per Visitatores Provinciæ arceantur ab eisdem; & si necesse fuerit, non desistentes semel moniti ab eisdem Visitatoribus corrigantur, ut cæteri timorem habeant. Quod & ipsis Visitatoribus injungimus.

LIII.

R. P. D. Theodorici Loher a Stratis Hildesienſis Car-  
tusianæ Prioris Epistola (3) ad Reverendissimum P.  
D. Petrum Leyden Majoris Cartusianæ Prio-  
rem, & totius Ordinis Generalem  
secundam Partem Homiliarum  
Dionysii Cartusiani de Sanctis  
inſcriptam illi dedicat.

Ad ann. 1542.

Reverendo in Christo Patri D. Petro Leydensi Majoris Cartusianæ Ordinisque  
Cartusianensis Universi Priori Generali, Frater Theodicus Loher a Stra-  
tis Cartusianæ Hildesienſis in Saxonia citra meritum Prior, S. D.

**P**ostquam Cartusianæ Majoris, atque adeo universi Ordinis nostri Cartusiani fa-  
ctus es Prior Generalis, interim magno mihi desiderio, studioque etiam de-  
bito

(1) In Charta Capit. ann. 1537.

(2) Hujus continentie, & tenoris: Libros, & lectionem Lutheri, & Erasmi, ac aliorum, qui sanam, & Catholicam doctrinam non sapiunt, & Religionis statum impie adversantur, interdiciamus omnibus personis nostri Ordinis sub pena disciplinæ generalis. Super quo Priores, & Visitatores diligenter invigilent, & pari pe-

na plestant eos, qui de præscriptorum opinio-  
nibus, & erroribus disceptare, aut colloquia ha-  
bere, contra hujusmodi voluntatem, & ordina-  
tionem nostram præsumserint.

(3) Legitur præfixa eidem Operi Sermonum  
de Sanctis R. P. Dionysii Richelii Cartusiana  
nuncupati, Typis editorum an. MDXLII. apud  
Coloniam Ubiorum sumptibus Petri Quentel.

bito fuit, novo tuo honori, imo verius oneri, chartaceo aliquo munere congratulari, & quanquam desiderio isti, studioque erga te meo jam pridem obstitit Hildesienfis nostra promotio, quin potius remotio ab urbe Coloniensi, amotioque a pristinis studiis meis; tamen ita nunquam intermisi curam hanc, quin, quæcumque tandem daretur occasio satisfaciendi votis his, ea mihi nequiquam omitteretur. Itaque cum paucos ante menses negotia Cartusie Hildesienfis me Coloniæ appulissent, ac tumultus bellici undique insonantes, præter spem diuſus ibidem tenerent, in magnis afflictionibus, & ærumnis meis, hoc nactus sum commodi, quod præter expectationem se mihi obtulit, studiis erga te nostris abunde satisfaciendi facultas. Opportune enim sub prælis erant jam tum tertio excudendæ Dionysii nostri Homeliez, & quia in illarum parte, ea quæ speciatim agit de SS. haud ita longe processum erat, non licuit detentionis meæ tempus in otio transigere, sed institi per me, meosque, ut Dionysii nostri Sermones, maxime vero isti de SS. jam tertio summa diligentia in lucem prodirent. Et cum princeps ille felicitis memoriz, qui priores horum sermonum editiones inscriptæ fuerunt, jam pridem naturæ concessisset, multæ & graves causæ huc nos egerunt, ut publicationem Sermonum Dionysii de SS. tertiam sub tui nominis auspicio fieri vellemus. Primum, quod olim Prior existens in Valle S. Spiritus prope Gosnaium, ac Provincia Picardiz Visitator, non vulgarem in promovendis Dionysii nostri laboribus affectum, benevolentiam mihi ostenderis singularem. Deinde quod Venerabili, ac piissimo, mihiq; nunquam satis laudando viro D. Petro Leydensi Agrippinensibus Cartusie dignissimo quondam Priori, Rhenensisque Provincia Visitatori, cui potissimum debetur, quod Dionysii nostri sudores, hucusque perducti sunt, conterraneus, cognominis, consanguineusque existas. Postremo, quod ea nunc sit tempestas, ut ejusmodi exempla, qualia in hoc libro complura de Sanctis narrantur, quum piis omnibus, ac singulis, tum vero in primis non opportuna modo, sed prope etiam scitu opportuna sunt iis, qui in potestatibus, dignitatibus, aut publicis officiis constituti, festisque, & bellis afflicti heu! nimium experiuntur, quantum necessaria sit patientiæ virtus. Quanquam ut harum causarum suppeteret nulla, cui dignius offerrentur hi de Sanctis Sermones, quam ei, qui Sanctissimorum cultui maxime deditus est, qui Sanctissimorum vitam summe cupit, non tam prædicare, quam imitari? Nec enim vereor R. P. quod P. T. moveat mira quædam, & insolita hoc in opere de SS. referri, quæ propterea quibusdam videri possint a veritate aliena, quæ nostris temporibus, aut raro, aut nunquam contingant. Multa enim olim in Sanctis mirabilia fecit Deus, aut in confirmationem fidei, aut in testimonium Sanctitatis, aut ut sanctæ eruditioni robur adderet, quo latius propagaretur, minusque dubitaretur de ejus veritate. Quæ omnia cum hodie non sint necessaria, non sunt etiam expetendæ miracula. Evangelium ubique jam prædicatum est, fides recepta; nec licet in dubium vertere quicquid pro vero perpetueque dogmate Sancta Ecclesia semel statuerit. Fuerint licet homines, qui ad consilia evocati, quique in nomine Jesu collecti, Ecclesie & nomen, & rem expresserunt: Spiritu Sancto tamen in his, quæ fidei sunt, nullo pacto ambigendum est, esse imbutos; quandoquidem non suo nomine sed Ecclesie, imo ejus, qui suo nomine congregatis, se in medio eorum affore pollicetur, fuerunt adunati. Hæc dixerim, ut quantæ sit authoritatis, quantæ venerationis, quicquid a Conciliis, quicquid ab Ecclesia, quod ad dogmata fidei attinet, est institutum probem. Itaque habet Verbum Dei authoritatem suam, habet Ecclesia quoque nihilominus authoritatem suam, qua constat, qua cognoscimus quid sit, quidve haberi debeat Verbum Dei. Nam Augustinus Evangelio non crederet, nisi eum egeret Ecclesie authoritas. Ergo illa super omnem est Scripturam. Habent præterea scripta alia Sanctissimorum (tametsi canonica non sint) authoritatem suam, cui ubi manifesta non fuerit impietas, temere refragari illicitum sit. Inter hæc ponimus, quæ de Sanctissimorum gestis, vitisque scripta sunt, quibus non juxta ea, quæ nobis, qui peccatores sumus, adsunt, sed juxta illorum de quibus narratur sanctitatem, credendum est. Sunt, qui vitas Sanctissimorum, & spiritus opera, propterea quod ipsimet in carne sint, calumniantur, & quicquid sibi non est familiare (nihil enim præter carnem sentiunt) veritati detractum putant. Ego vero quæcumque pia, quæcumque verbo Dei (in sensu tamen quem spiritus loquitur) non sunt contraria recipio. Verum ita recipio, quatenus me ædificent, non ut usquequaque omnia, ceu firma indubitataque ad credendum me urgeant; neque enim in illorum cupio haberi numero, qui prudentiæ humanæ quæ stultitia est apud Deum, tribuunt omnia, pietati nihil. Hi namque dum omnia peruestigant,

dum

dum omnia scrutantur, dumque singulorum petunt rationem, ubi in Dei operibus  
 tam nequiverint invenire, mirabilia Dei protinus fabulas mentiuntur. Equidem  
 vix verbis, consequi possum, quam passim, dolore mansueti hos blaterones,  
 quorum tam animus, quam verba nunquam non derogant pietati. A quibus nullo  
 boni est stomachandum in eos potissime, qui omnes Sanctissimorum historias rident,  
 qui antiquitati detrahunt, calumniantur devotionem, nihil verum existimantes, quos  
 quid Titus corum Livius, aut Valerius, aut Plutarchus, Justinusve non scripse-  
 rint; ubi vero si quamlibet absurde, quamlibet suspecte quid dixerint, protinus  
 verum esse, ad bilem usque contendunt. Num quicquid Trogus, aut Florus, aut  
 reliqui id generis historici non dixerint, falsum putabimus? Proh pudor, inum ethois  
 quis aut solis, aut plusquam Christianis esse credendum? An & Christiani suos non  
 habent auctores, quorum tam fidei, quam auctoritatis facile, ut opinor, credendum  
 sit? Quæ hæc est Christianorum civitas, Cordelio Tacito, aut Svetonio credere,  
 historis Ecclesiis non credere. Admirari vitas Casarum, cælitum vitam aspernari?  
 Quid, quod tam multa nugis simillima, quædam dicta nefaria, plurima deni-  
 que fidei Christianorum contraria apud Ethnicos referuntur, de his tamen dubitare  
 nefas putant Christiani? Quid quod nostrates adeo juvant, quicquid in libris pa-  
 ganorum offendunt, licet fidei Christianæ palam sit inimicum, atque cum veritate  
 ex diametro pugnet? Taceo, quod ubi auctores sive pagani, sive judæi, quippiam  
 de re Christiana tractant, ubi quippiam, quæ in sacris quoque libris positis  
 adstruitur, referunt, adeo dissidat a veritate, ut ea plane ridicula, & iners quæ nu-  
 gis permixta videat, quisquis vel parum sacra fuerit lectione imbutus. Itaque si  
 Ethnici Scriptores adeo deprehendantur a veritate deviasse, si adeo impudenter  
 mentiti sunt, ubi canonica nostrorum librorum obstitit, aliterque nos instruit au-  
 ditoritas, quid in reliquis eorum historiis esse potest veritatis, quantum in codicibus  
 Ecclesiasticis nulla est mentio, unde refelli queant? Aut si veræ sunt historię, quas  
 scripsere Pagani, quomodo præter ipsos, populum istum posset alius quamvis Christia-  
 nus, verum scribere, præsertim cum ipsa sint, quæ traduntur in Gestis Sanctissi-  
 morum, licet non pari habeantur auctoritate, quam scriptura Canonica. Quod  
 si cuncta, quæ de Sanctissimorum vitis scribuntur, ficta esse oporteat, propterea  
 quod vel incerto auctore hæc ipsa sola nobis tradidit antiquitas, vel quod rara  
 admodum & miranda in his legantur, multo magis hoc modo de canonicis libris  
 complura forent eradenda, ubi per multa scribuntur quæ parum ( ut reverentia  
 factorum librorum salva loquar ) conferunt morum honestati, aut gravitati. Per-  
 multa ( ingenue fateor ), leguntur in Sacris libris, quorum nisi Canonica nos  
 compelleret auctoritas, ea nequaquam crederem, cum pleraque deliramentis simi-  
 llima videantur. Jam vero quæ Ecclesiæ ea nobis tradit auctoritas omni veneratio-  
 ne suscipio; nec minus omnibus scripturis divinis habeo fidei, quam si Christum  
 ipsum sua voce mihi loquentem audirem; minusque dubito de his quæ ibi lego,  
 quam quæ auribus audio, oculis video, manibus contrecto. Et quemadmodum  
 certissime credo per Evangelium exhibita, quæ legis figuris, & Prophetarum vati-  
 ciniis per Spiritum Sanctum fuerunt prædicta, ita pari certitudine, credo sequen-  
 di adventus promissionem, ac diversa malorum, bonorumque præmia. Hæc R. P.  
 scribo, ut ea quæ de Sanctissimorum vita, ac obitu nobis traduntur, tamen tam  
 præstans eorum non sit auctoritas, quam est Canonica Scripturæ, nequaquam ef-  
 se contemnendam, quæ mira, aut singularia ibi referuntur, quando in Sacra Scri-  
 ptura quoque leguntur, quæ aut ridicula, aut incredibilia videbuntur, si de cano-  
 nicis libris dubitare licebit. Nihil igitur calumniandum, quamvis rarum, quamvis  
 mirabile, modo sit pius: quandoquidem cuncta quæ per sanctos suos operatus est  
 Deus, mirabilia sunt. Tuum igitur est Reverende, & sapientissime Pater has Dio-  
 nysii Homilias, sive Sermones, & Historias, seu citata exempla, quibus & Chri-  
 stus in suis Sermonibus creberrimè usus est, non aspernari. Lege, quæ soles de-  
 votione, Sanctissimorum gesta, eruditionibus juxta piis, ac castis intermixta, &  
 quæcumque fidem juvant, quæcumque compunctionem administrant, quæcumque  
 honestis moribus conducunt, cujusmodi est omnis eruditio Dionysii; his patroctina-  
 re, meque illorum numero, qui tibi summopere favent, qui te suscipiunt, & au-  
 gnificiunt, quæso adscribe. Deus omnipotens te nobis servet longævum, qui  
 Ordini Cartusiano unus vivis, & Pater, & moderator. Colonia ex Conventu Car-  
 tusien, pridie S. Bartholomæi Apostoli. MDXLII.

## LIV.

Sententia Diffinitiva Regiæ Cameræ Summariaë, pro  
reintegratione meri, & mixti Imperii, & omni-  
modæ Jurisdictionis in Casalibus Montauri,  
& Gasparinæ, pro Monasterio S. Ste-  
phani contra Principem Squil-

laccii (1), 21. Octo-  
bris 1542.

Ad ann. 1542.

In Dei nomine, Amen.

Alphonſus Davalos de Aquino &c.

**U**Nde nos, qui supra viſo præſenti Proceſſu, & totius præſentis cauſæ meritis; Viſis denique videndis, attentis attendendis, & conſideratis conſiderandis, habitaque ſuper his matura deliberatione, cum conſilio diligenti per ea quæ vidi-  
mus, & inſpeximus, animumque noſtrum, & cujuſlibet recte judicantis, & Deum  
timentis movent, movereque poſſunt, & debent: Chriſti, & B. Mariæ Virginis  
ejus glorioſæ Matris nominibus invocatis, de quorum vultu judicia recta procedunt,  
& oculi judicantium reſpiciunt veritatem, ſanctis quatuor Evangeliiſ  
coram nobis præpoſitis, & per nos reverenter inſpectis: Per hanc noſtram diffini-  
tivam ſententiã, dicimus, pronuntiamus, ſententiamus, decernimus, et declaramus,  
Venerabiles Priorem, & Fratres Monasterii S. Stephani de Boſcho nomine dicti  
Monasterii principales, ut principales, & Alexandrum Imperatorem eorum Procu-  
ratorem, ut procuratorem eſſe reſtituendos, & reintegrandos ad merum, & mixtum  
Imperium, cum omnimoda jurisdictione civili, & criminali, & ad ejus poſſeſſio-  
nem, ſeu quaſi Caſalium Montauri, & Gasparinæ, & dictum merum, & mixtum  
Imperium cum dicta jurisdictione civili, & criminali, eſſe uniuersum, & rein-  
tegrandum cum aliis bonis, & juribus dicti Monasterii, prout hac noſtra diffini-  
tiva ſententiã, reintegrari, reſtitui, & uniri debere decernimus, & declaramus.  
Necnon per hanc eandem noſtram diffinitivam ſententiã condemnamus illuſtram  
Principem Squillacii principalem ut principalem, & Franciſcum Barbam ejus Pro-  
curatorem, ut procuratorem ad relaxandum, reſtituendum, & aſſignandum dictis Prio-  
ri, & Fratribus dicti Monasterii nomine quo ſupra, & dicto eorum Procuratori, ut  
procuratori, dictum merum, & mixtum Imperium cum dicta jurisdictione civili,  
& criminali, & eorum poſſeſſione, ſeu quaſi dictorum Caſalium. Neutram ipſa-  
rum partium in expenſis condemnantes ex cauſa. Hanc noſtram taliter in his ſcri-  
ptis proferentes ſententiã, &c.

Conſenſu.

Litteriſ pro notatore.

Leſta, lata, & recitata fuit præſens Sententia in banca Regiæ Cameræ Sum-  
mariaë per me Joa: Paulum Criſpum ejuſdem Cameræ Aſſor. Magiſtrum die 21.  
menſis Octobriſ 1542.

Aſſiſtentibus

Extenſe Domino Bartholomæo Camerio Locumten.

Magnifico Domino Franciſco Reverterio.

Magnifico Domino Franciſco Antonio Villano.

Tom. X.

c c

Ma-

(1) Ex Originali in Archivo Domus Sanctorum Stephani, & Brunonis de Nemore aſſerv.

Magnifico Domino Andree Stinca.  
 Magnifico Domino Alphonso Guerrierio  
 Magnifico Domino Rodorico Luxanio.  
 Magnifico Domino Joanne Orificio  
 Presidentibus &c.

Præsentibus

Magnifico Domino Antonio Baraputio Fisci patrono,  
 Magnifico Petro Masturtio Procuratore Regii Fisci,  
 Nobili Pirro Antonio Litteris pro Notatore.

LV.

Aliud Decretum Regiæ Camerae in favorem S. Stephani  
 de Nemore interpositum super nullitatibus con-  
 tra prædictam latam sententiam pro parte  
 Principis Squillacii: 18. Novem-  
 bris 1542.

*Ad ann. 1542.*

Super Nullitatibus allegatis per egregium Franciscum Barbam Pro-  
 curatorem Illust. Principis Squillacii in sententia lata per Re-  
 giam Camerae in favorem S. Stephani de Bosco.

**V**is per Magnificum V. J. D. D. Franciscum Reverterium Præsidentem Regiæ  
 Camerae, & causæ Commissarium Actis, & nullitatibus per dictum Franci-  
 scum Barbam allegatis; Et de his facta relatione in banca Regiæ Camerae Sum-  
 marie coram excellenti Domino Bartholomæo Camerario Locumtenente, & aliis  
 Magnificis Dominis Præsidentibus ejusdem Regiæ Camerae, fuit per dictam Regiam  
 Camerae, advocatis partium auditis consensu provisum, & decretum, quod dicta  
 sententia lata in favorem Monasterii S. Stephani del Bosco per dictam Came-  
 ram die 21. Octobris 1542. non obstantibus dictis nullitatibus allegatis exequatur,  
 prout præsentis Decreto exequi debere decernimus & declaramus juxta sui seriem,  
 & tenorem. Hoc suum &c.

Consensu . Litteris pro Notatore.

Joannes Paulus Crispus Mag. Actorum.

Eadem die Marcus Mancinus Porterius Regiæ Camerae retulit  
 intimasse egregio Francisco Barbæ personaliter, modo, & forma ut supra.

Lit-

## LVI.

Litteræ (1) Commissionales Alphonsi Davalos Locum-  
tenentis, & Præsidentium Regiæ Camere Summa-  
riæ, nobili Viro Joanni Berardino de Penna  
directæ, pro immittendo Monasterio San-  
ctorum Stephani, & Brunonis de Ne-  
more in realem, & corporalem  
possessionem, seu quasi, meri,  
& mixti Imperii, ac omni-  
modæ jurisdictionis Civi-  
lis, & Criminalis, Ter-  
rarum Montauri, &  
Gasparinæ; contra  
Illustrem Princi-  
pem Civitatis  
Squillacii.

*Ad ann. 1542.*

Alphonsus Davalos de Aquino Miles Ordinis aurei velleris, Marchio Vasti, Ay-  
monis, Princeps Montis Herculis, Comesque Montis Odorisii, Regius Col-  
lateralis Consiliarius Regni hujus Siciliæ Magnus Camerarius, Locumte-  
nens, & Præsidentes Regiæ Camere Summarie, Nobili Viro  
Joanni Berardino de Penna fidei Regio salutem.

**S**Cire te facimus, qualiter vertente causa, & differentia in Sacro Regio Consi-  
lio inter Venerabiles Priorem, & Fratres Monasterii S. Stephani de Bosco  
ex una, & Illustrem Principem Squillatii ex altera super petitione restitutionis  
possessionis, & jurisdictionis Casalium Montabri, & Gasparinæ, & aliis prout in  
processu, & actis causæ prædictæ continetur, fuit causa ipsa postea remissa in-  
stante Procuratore dicti Illustris Principis, ex quo vertebatur interesse Regii Fi-  
sci, ad dictam Regiam Camera. In qua fuit processum ad certos actus. Et  
tandem visis videndis, & consideratis considerandis, fuit per dictam Regiam Ca-  
meram prolata, & promulgata sententia tenoris sequentis. XXI. Octobris 1542. In  
Dei nomine Amen. Alphonsus Davalos de Aquino &c. Unde nos, qui supra vi-  
so præsentis processu, & totius præsentis causæ meritis; visis denique videndis...  
per hanc nostram diffinitivam sententiam, dicimus, pronuntiamus, sententiamus,  
decernimus, & declaramus, Venerabiles Priorem, & Fratres Monasterii S. Ste-  
phani del Bosco... esse restituendos, & reintegrandos, ad merum, & mixtum  
imperium, cum omnimoda jurisdictione civili, & criminali, & ad ejus possessio-  
nem seu quasi Casalium Montauri, & Gasparinæ &c. ut supra. Et die 27. Octo-  
bris 1542. comparuit in dicta Regia Camera Franciscus Barba Procurator illustris  
Principis Squillatii, & dixit dictam sententiam nullam. Et factis hinc inde re-  
plicationibus; Tandem per dictam Regiam Camera fuit interpositum decretum  
tenoris sequentis: 18. Novembris 1542. super nullitatibus allegatis per egregium  
Fran-

(1) Extant Originaliter in Archivo Sanctorum Calabria.  
Stephani, & Brunonis de Nemore in Ulteriori

Franciscum Barbam Procuratorem ill. Principis Squillacii in sententia lata per Regiam Camera[m] in favorem S. Stephani del Bosco. Visis per Magn. U. J. Doct. Dominum Franciscum Reverterium Præsidentem Regiæ Camere Summarie, & causæ Commissarium actis, & nullitatibus. Facta relatione in banca Regiæ Camere Summarie coram Domino Bartholomæo Camerario Locumten. & aliis Magnificis Dominis Præsidentibus . . . consensu provisum, & decretum, quod dicta sententia lata in favorem S. Stephani del Bosco . . . non obstantibus dictis nullitatibus allegatis exequatur &c. ut supra.

Et in præsentiarum pro parte prædictorum Venerabilium Prioris, & Fratrum dicti Monasterii S. Stephani del Bosco, fuit in eadem Regia Camera inflatum pro executione præinsertæ sententiæ. Nos considerantes, quod vanum esset sententias ferre, & decreta interponi, nisi earum, & eorum debita executio subsequeretur: propterea tibi dicimus, & officij Regia auctoritate qua fungimur committimus, & mandamus, quatenus receptis præsentibus te personaliter conferas ad dicta Casalia Mentuari, & Gasparinæ, & ibi cum fueris dictos Priorem, & Fratres dicti Monasterii S. Stephani del Bosco, seu eorum legitimum Procuratorem reintegrare debeas ad merum, & mixtum imperium cum omnimoda jurisdictione civili, & criminali, & ad ejus possessionem seu quasi Casalium prædictorum Mentuari, & Gasparinæ, dictumque merum, & mixtum imperium cum dicta jurisdictione civili, & criminali, unire, & reintegrare debeas, & facias cum aliis juribus, & bonis dicti Monasterii, juxta tenorem, & formam præinsertæ sententiæ, quam ad unguem exequi, & observare debeas. De quibus omnibus fieri facias publicum instrumentum pro cautela dicti Monasterii. Mandantes per præsentis Magnificis Governatori, & Auditoribus Provinciarum Calabriae, & signanter Sindicis, Electis, Universitatibus, & hominibus dictorum Casalium Mentuari, & Gasparinæ, & Officialibus aliis, quibuscumque tam Regiis, quam Baronum, quatenus in præmissis per te exequendis pareant, faveant, obediant, & intendant, ac omne auxilium, consilium, & favorem necessarium, & opportunum præstent, prout a te fuerint requisiti. Et contrarium non faciant, pro quanto gratiam Cæsar. Majest. charam habent; & pœnam ducatorum milie per quemlibet cupiunt evitare. Præsentibus præsentantibus remansuris. Datum Neapoli in eadem Regia Camera Summarie die V. mensis Decembris MDXLII. Bartholomæus Camerarius M. C. Locumtenens: Franciscus Reverterius: Ioannes Paulus Crispus Magister Actorum: Reg. in Commune XV. fol. CCL. Nardus Antonius de lo sterza Actuarius: Executoria sententiæ Regiæ Camere Summarie in favorem Venerabilium Prioris, & Fratrum Monast. S. Stephani del Bosco, contra illustrem Principem Squillacii, super jurisdictione civili, & criminali, mero mixtoque imperio Mentuari, & Gasparinæ.



## LVII.

Instrumentum ad favorem Monasterii SS. Stephani, &  
 Brunonis de Nemore, de & super accepta possessio-  
 ne, & redintegratione meri, & mixti imperii cum  
 omnimoda Jurisdictione Civili, & Criminali  
 Ferrarum Montauri, & Gasparinæ, vigore  
 duorum Decretorum Regiæ Camerae  
 Summarie contra, & adversus  
 illust. Principem Civita-  
 tis Squillacii (1).

*Ad ann. 1543.*

**I**N nomine Domini Nostri Jesu Christi Amen. Sub anno Nativitatis ejusdem Domini millesimo quingentesimo quadragesimo tertio, Indictione I. die vero V. mensis Januarii: Regnantibus Carolo de Urbia, Divina favente Clementia Romanorum Imperatore, Rege Germaniæ, Joanne Matre. Eodem Carolo primogenito Regibus Castellæ, & Aragonum, utriusque Siciliæ, citra, & ultra farum, Hierusalem, Ungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ &c. Regnorum suorum in hoc Regno Siciliæ citra farum anno 27. feliciter amen. In Casali Montevri. Nos Petrus Nicolaus Donadeo de Terra Arenarum Regia auctoritate ad contractus Judex: Benedictus de commercio de Terra Francicæ publicus ubique per totum Regnum Siciliæ citra farum Regia auctoritate Notarius, & testes subscripti ad hoc specialiter vocati, & rogati. Præsenti . . . publico notum facimus, & testamur quod prædicto die ibidem in nostri præsentia personaliter constitutus Reverendus D. Timotheus de Geliis Prior Venerabilis Monasterii Sancti Stephani del Bosco, & Venerabilis Frater Bruno de Francica Procuratores ejusdem Venerabilis Monasterii prout nobis per publicum eorum procurationis instrumentum confectum manu mei Notarii constat, qui habentes, & tenentes in eorum manibus executorias literas expeditas a Regia Camera Summarie pro executione sententiæ latæ per eandem Regiam Cameraam in favorem Monasterii præsentis, contra illustrissimum Principem Squillacii, in causa, & differentia vertente inter Venerabile Monasterium S. Stephani de lo Bosco, Priorem, & Monachos Monasterii prædicti actores, & prædictum Illustrissimum Principem; Conventum super petitionem restitutionis, possessionis, jurisdictionis Casalium Montauri, & Gasparinæ, cum merito, & mixto imperio, & omnimoda jurisdictione causarum civilium, & criminalium dictorum Casalium, Illustrissimo Magnifico Joanne Bernardo de Penna Commissario, & executore ad id per eandem Regiam Cameraam specialiter deputato: exhibuerunt, & præsentaverunt cum instantia, eidem Magnifico Commissario & executore, requirendo quatenus dictarum litterarum vigore Monasterium ipsum, & Procuratores prædictos nomine ejusdem Monasterii reintegrare ad omnia contenta in ipsa sententia, & literis executorialibus ipsius Regiæ Camerae Summarie, & maxime ad merum, & mixtum Imperium cum omni jurisdictione civili, & criminali ad ejus possessionem, seu quasi dictorum Casalium Montauri, & Gasparinæ, & dictum merum, & mixtum Imperium cum dicta jurisdictione civili, & criminali, unire, & integrare debeat cum aliis jurisdictionibus, & bonis dicti Monasterii. Factaque dicta instantia, præsentatisque dictis literis executorialibus, aliisque receptis supra caput, cum ea qua decuit reverentia,

Tom. X.

d d

tia,

(1) Extrat Originaliter in Cartulario Domus Sanctorum, e quo transcribo curavimus.

tia, & illis visis, Regio sigillo solito impressis, sanis, & integris, omni vitio, & suspitione carentibus, volens præfatus executor exequi sibi commissa, & parere mandatis, ut obedientiæ filius existens in Casali Montauri congregare fecit Petrum Spandò Syndicum, Michaellem Vatrellam, & Julianum Joannem Electos dicti Casalis, & infra scriptos homines Illustrem Cæsarem Richio, Joseph de Cantario. Angelum Reverendum Antonium de Catanzaro, Antonium de Cangiano, Antonium Catabrone, Antonium Umbrello, Petrum de Badulato, Magn. Angelum Pallone, Bernardum Catabrone, Agitium Chella, Antonium Cimaci, Petrum Frisolone, Petrum Majorchino, Franciscum Corapi Apuleum, Joannem Matthæum Clarito, Matthæum Vadolischanum, Petrum de Milana, Bernardinum Capuon, Antonellum Berlingeri, Dominicum Raspa, Petrum Chella, Nicolaum Mercum, Franciscum de Magena, Marcum Codaspoti, Damianum Scaglione, Dominicum Marcellum, Jacobum Marcum, Augustinum Macrello, Cæsarem Corapi, Verardum Prorami, Jambarum de Catanzaro, Antonium, Joannem, Simonem Ablato, Joannem Vatrella Notarium, Stephanum Berlingeri, Nardum Macrello, Joannem Tejano Colellam Longhera, Nicolaum de Jannolo, & nonnullos alios homines dicti Casalis, facientes majorem, & sanioerem partem dicti Casalis, & ipsam Universitatem representantes, ut dixi, convocato, præcedente publico edicto, & proclamationibus in locis solitiis, & consuetis dicti Casalis, prout cum juramento mihi Notario retulit Mercurius de Amato Siculus, serviens Casalium Serræ, & Spatulæ, & nuncius ad id specialiter deputatus, prædictum Dominum Commissarium, & executores congregatos in Platea publica dicti Casalis, juxta Domum magnifici Francisci Corapi, & juxta Domum Apostoli Joannis, juxta Domum Antonii Catabrone, & alios confines, ubi asserunt Universitatem ipsam congregari solitam, & parlamenta facere, quibus hominibus, & Universitati congregatis, idem Dominus Commissarius alta, & intelligibili voce dictas literas executoriales ipsis præsentibus, & audientibus lectæ fuerunt, & sunt tenoris sequentis videlicet,

Alfonfus de Avolos de Equino Miles Ordinis aurei Velleris, Marchio Vasti, Aimontis, Princeps Montis Herculis, Comes Montis Odorii, Regius Collateralis Consiliarius Regni hujus Siciliæ Magn. Cam. Locumtenens, & Præses Regiæ Cameræ Summaræ, Nobili Viro Joanne Bernardino de Penna fidei Regio salutem. Scire te facimus, qualiter vertente la causa, & differentia in S. R. C. inter Venerabiles Priorem, & Fratres Monasterii S. Stephani del Bosco, ex una, & Illustrissimum Principem Squillacii ex altera, super petitione restitutionis, & jurisdictionis Casalium Montauri, & Gasparinæ, & aliis, prout in processu, & actis causæ prædictæ continentur &c. fuit postea causa ipsa remissa instante Procuratore dicti Illustrissimi Principis, ex quo vertebatur interesse Regii Fiscii, per dictam Regiam Cameram prolata, & promulgata sententia tenoris sequentis XXI. Octobris 1542.

In Dei nomine Amen. Alfonso de Avolos &c. Unde nos qui supra viso præfenti processu, & istius præfentis causæ meritis, visis denique videndis, attentis attendendis, & consideratis considerandis, habitaque super his matura deliberatione, consilio diligenti, per ea quæ vidimus, & inspeximus, animumque nostrum, & cujuslibet rectius judicantes, & Deum timentes, movent, movere possunt, & debent, Christi, & B. Mariæ Virginitis ejus gloriosæ Matris nominibus invocatis, de quorum voto recta judicia prodeunt, & oculi judicantium respiciunt veritatem. Sacrosanctis quatuor Evangeliiis coram nobis propositis, & per nos reverenter inspectis, per hanc nostram diffinitivam sententiam, dicimus, pronunciamus, sententiamus, decernimus, & declaramus, Venerabiles Priores, & Fratres Monasterii S. Stephani de Bosco, non hic dicti Monasterii principales ut principales, & Alexandrum Imperatum eorum Procuratorem, ut Procuratorem, esse restituendos, & reintegrandos ad merum, & mixtum imperium cum dicta jurisdictione civili, & criminali, & ad ejus possessionem, seu quasi Casalium Montauri, & Gasparinæ, & dictum merum, et mixtum imperium, cum dicta jurisdictione civili, et criminali, esse uniendum, et reintegrandum cum aliis bonis, et juribus dicti Monasterii, prout hac nostrâ diffinitiva sententia reintegrari, restitui, & uniri debere decernimus, et declaramus; nec non per hanc eandem diffinitivam sententiam condemnamus Illustrissimum Principem Squillacii, ut Principalem, et Franciscum Barbam ejus Procuratorem, ut Procuratorem, ad relaxandum, restituendum, et assignandum dictis Priori, et Fratribus dicti Monasterii nomine quo supra, et dicto eorum Procuratori, ut Procu-

ratori, dictum merum, et mixtum imperium cum dicta jurisdictione civili, et criminali, et eorum possessione, seu quasi dictorum Casalium. Neutram ipsarum partium in expensis condemnantes ex causa. Hanc nostram taliter in his scriptis proferentis sententiam etc.

Et die 27. Octobris 1542. comparuit in dicta Regia Camera Franciscus Barba Procurator Illustris Principis Squillacii, et dixit dictam sententiam nullam. Et factis hinc inde replicationibus tandem per dictam Regiam Camera[m] fuit interpositum Decretum tenoris sequentis 18. Novembris 1542. Super nullitatibus allegatis per egregium Franciscum Barbam Procuratorem Illustris Principis Squillacii in sententia lata per Regiam Camera[m] in favorem S. Stephani de Bosco: Visis per Magnificum U. J. D. Franciscum Reverterium Præsidentem Regiæ Camere Summarie, et causæ Commissarium actis, et nullitatibus per dictum Franciscum Barbam allegatis. Fuit per dictam Regiam Camera[m], Advocatis partium auditis consensu provisum, et decretum, quod dicta sententia lata in favorem S. Stephani del Bosco per dictam Camera[m] die 21. Octobris 1542. non obstantibus dictis nullitatibus allegatis, exequatur, prout præsentis decreto exequi debere decernitur et declaratur juxta sui seriem, et tenorem. Hoc suum etc.

Et in præsentiarum pro parte Venerabilium Prioris, & Fratrum dicti Monasterii S. Stephani de Bosco, fuit in eadem Regia Camera instatum pro executione præinfertæ sententiæ, Nos enim considerantes, quod vanum esset sententias ferri, & decreta interponi, nisi earum, & eorum debita executio subsequeretur. Propterea tibi dicimus, & officii regia auctoritate, qua fungimur, committimus, & mandamus, quatenus receptis præsentibus te personaliter conferas ad dicta casalia Montauri, & Gasparinæ, & ibi cum fueris, dictos Priorem, & Fratres dicti Monasterii S. Stephani del Bosco, seu eorum legitimum Procuratorem reintegrare debeas ad merum, & mixtum imperium cum omnimoda jurisdictione civili, & criminali, & ad ejus possessionem, seu quasi, Casalium prædictorum Montauri, & Gasparinæ, dictumque merum, & mixtum imperium cum dicta jurisdictione civili, & criminali unire, & reintegrare debeas, & facias cum aliis juribus, & bonis dicti Monasterii, juxta tenorem, & formam præinfertæ sententiæ, quam ad unguem exequi, & observare debeas, De quibus omnibus fieri facias publicum instrumentum pro cautela dicti Monasterii, Mandantes per præsentes Magnificis Gubernatori, & Auditoribus Provinciarum Calabriae, & signanter Sindicis, Electis, Universitatibus, & hominibus dictorum Casalium Montauri, & Gasparinæ, & Officialibus aliis quibuscumque, tam Regiis, quam Baronum, quatenus in præmissis per te exequendis faveant, pareant, obediant, & intendant, ac omne auxilium, consilium, & favorem necessarium, & opportunum præsent, prout a te fuerint requisiti, & contrarium non faciant, pro quanto gratiam Cæsareæ Majestatis charam habent, & pœnam ducatorum mille per quemlibet cupiunt evitare. Præsentibus præsentantibus remansuris. Datum Neapoli in eadem Regia Camera Summarie die V. mensis Decembris 1542. Bartholomæus Camerarius Magni Camerarii Locumtenens, Franciscus Reverterius, Joannes Paulus Crispus Magister Actorum, Registr. in commun. XV. fol. 150. Nardus Antonius de lo Riczo Actuarius.

Quibus Litteris executorialibus lectis, ut supra, in primis, & ante omnia, dixit dictus Dominus Commissarius, qui amovit virtute suæ commissionis omnes, & singulos officiales Ill. Principis habentes merum, & mixtum imperium, & jurisdictionem civilem, & criminalem in dicto casali, & illas exercentes; & coram nobis mandavit prædictis Sindico, Electis, & hominibus, quod hinc antea, & de cætero prædicto Ill. Principi, & ejus Officialibus nullam obedientiam præstare debeant, neque eis, & eorum mandatis parere in dictis jurisdictionibus. Et sic amovit Lucam Cimamachi Magistrum juratum, eidem in nostri præsentia mandando, quod pro quanto gratiam Cæsareæ Majestatis charam habet, & pœnam ducatorum mille &c. dictum officium exercere non debeat, sine confirmatione faciendâ per dictum Reverendum Dominum Priorem, & Procuratores Monasterii prædicti. Quibus, ut præmittitur, gestis una cum Sindico, Electis, & hominibus prædictis, nobisque Judice, Notario, & Testibus infrascriptis præsentibus, idem Magnus Commissarius pro vera, vacua, expedita, & corporali possessione, seu quasi, jurisdictionis dicti Casalis, quod non habere partas, neque muros invenimus, introduxit dictum Dominum Reverendum Priorem, & Venerabilem Fratrem Brunonem Procuratorem ut supra, eis tradendo prædictam jurisdictionem, seu quasi præsentis jurisdictionis per ingressum, introitum, & exitum ad dictum Casale, ipsis Procuratoribus introeuntibus, & exeuntibus, & circumeuntibus dictum Casale. Et postea dictus Domi-

nu-

us Commissarius non divertendo ad actus extraneos continuatim una cum dictis  
 Sindico, Electis, & hominibus accessit, & ingressus est quamdam Domum ipsius  
 Monasterii in eodem Casali existentem, juxta Domum Antonii Mamacrelli, juxta  
 Domum Cæsaris Richii vinella mediante, vias publicas, & alios confines, quam  
 pro nunc constituit ad regendam Curiam, & jura reddendum, & prædictis præsen-  
 tibus, & universitatem representantibus in signum veræ, realis, & corporalis  
 possessionis, seu quasi meri, & mixti imperii, cum omnimoda jurisdictione civili,  
 & criminali dicti Casalis, tradidit, & consignavit baculum justitiæ, quem in mani-  
 bus habebat, prædicto Reverendo Domino Priori, & Procuratori præsentis, & re-  
 cipienti. Nec non tradidit, & consignavit bancam justitiæ ad jura red-  
 dendum, in quo dictus Reverendus Dominus Prior, & Procurator pro tribunali  
 affidentes, cum Regio Notario Stephano Berlingeri de dicto Casali Montauri pro  
 Actorum Magistro deputato per dictum Reverendum Dominum Priorem Curiam  
 regendo, & pro tribunali sedendo, & justitiam ministrando omnibus petentibus.  
 Et recta dicta Curia more solito dictus Reverendus Commissarius, & Executor  
 mandavit dictis Sindico, Electis, & hominibus, universitatem, ut supra, repræsen-  
 tantibus, quod pro quanto gratiam Cæsareæ Majestatis charam habent, & sub pœna  
 duratorum mille, quod in omnibus, & per omnia observare debeant omnia, &  
 singula contenta in dictis litteris executorialibus; & dicto R. Domino Priori, &  
 Monachis præsentibus, & successive futuris, & Officialibus per dictum Monaste-  
 rium instituendis in cognitione meri, & mixti imperii, & omnimoda jurisdictione  
 civili, & criminali parere, & obedire debeant, dictumque Monasterium Priores  
 & Monachos in dominos, & veros possessores, seu quasi jurisdictionis cognoscere  
 eosque defendere, & fovere justis auxiliis, & favoribus debitis, & opportunis.  
 Præsentibus dictis Sindico, Electis, & hominibus, & alta voce vulgariter dicentibus  
 che lo parati obedire quanto el predicto Commissario ha ordinato, & in ditte  
 littere esecutoriali se contene. Et obedientiam præstiterunt prædicto Domino Prio-  
 ri nomine quo supra, manum osculando, sponte signum obedientiæ præferentes,  
 & sic modo præmissis dictus Commissarius, & Executor reintegravit, restituit, &  
 consignavit possessionem, seu quasi, meri, & mixti imperii, & omnimodæ jurisdic-  
 tionis civilis, & criminalis prædicti Casalis Montauri, prædictis Patribus ut supra  
 pacifice, & quiete, nemine contradicente, & supradictis hominibus se contentanti-  
 bus, uniendo dictum merum, & mixtum imperium, & omnimodam jurisdictionem  
 civilem, & criminalem, & reintegrando cum aliis jurisdictionibus, & bonis dicti  
 Monasterii, & omnia, & singula præmissa exequendo juxta tenorem, & formam  
 dictarum litterarum executorialium. Quibus gestis, & peractis Magnificus Dominus  
 Commissarius nos Judicem, Notarium, & Testes requisivit, ut de præmissis, unum  
 & plura publicum & publica, instrumentum & instrumenta pro cautela Mona-  
 sterii prædicti, & futura rei memoria conficere deberemus. Et similiter prædicti  
 Reverendus Dominus Prior, & Frater Bruno Procuratores nos prædictos Judicem,  
 Notarium, & Testes requisiverunt, ut de prædictis omnibus, & singulis ut supra  
 gestis, vel executis per dictum Dominum Commissarium, & executorem pro futu-  
 rura certitudine & cautela Monasterii prædicti unum & plura, publicum seu  
 publica, instrumentum vel instrumenta conficere deberemus. Et quia officium no-  
 strum publicum est, & juste petentibus denegari non potest: idcirco exinde hoc  
 præsens publicum Instrumentum manu mea scriptum confeci, publicavi, & stipulavi  
 & in hanc publicam formam redegi, signo meo solito, & consueto signatum, atque sub-  
 scriptionibus subscriptorum judicis, et testium præsentium subscriptum, et roboratum.  
 Actum anno, die, loco, mense, indictione, et regnantibus præmissis. Præsentibus Pe-  
 tro Nicolao de Terra Arenarum ad contractus giudice: Magnifico Matthæo de Riggio  
 de Civitate Terræ novæ: U. J. D. Magnifico Francisco Jannicza de Rocca Angi-  
 tulæ: U. J. D. Magnifico Laurentio Rois de Napoli: Magnifico Michaelæ Vulca-  
 no de la Padula: Domino Julio Rosso de Terra Montispavonis: No. Jacobo  
 Migalio: No. Antonello Migalio: No. Mundarello Russo: Joanne Sestito de  
 eadem Terra Montispavonis: Magistro Jo. Francisco de lo pesce de Abrutio:  
 Magistro Bartholomæo Florentino: No. Bartholo Protarci de Monteleone: Nicolao  
 Antonio de lo pesce de Abrucio: Michaelæ Angelo Florentino: Magistro Mariotto  
 Florentino: Magistro Roccho Florentino: Jacobo Penetta de la Grotteria. Et  
 sic de præmissis omnibus; et singulis ut supra gestis, et executis, stipulatis, et  
 requisitis, idem Dominus Commissarius, ad aliquem alium actum non divertendo  
 gradatim, et successive una cum eo, nobis Judice, Notario, et testibus præfatis  
 vocatis, rogatis et requisitis, accessit ad Casale Gasparinæ, et cum ibidem essemus

congregati, fecit Apostolum Furchiniti Syndicum dicti Casalis, et infra-scriptos homines videlicet Federicum Furchiniti, Bestianum Spatea, Baptistam Catrambone, Bestianum Furchiniti, Joannem de Aggresta, Dominicum Spatea, Ferdinandum Furchiniti, Tiberium de Taberna, Stephanum Madonna, Sanctum Madonna, Petrum Paluci, Jacobum Florentinum, Dominicum Lupaca, Simonem Voci, Berardinum Madonna, Nardum Catrambone, Apostolum Curchio, No. Antonellum Romano, Joannellum Spatea, Massentium Sponte, Nicolaum Romano, Pipinum de Ginigliano, Matthzum de Macrina, Joannem Petrum Madonna, Hieronymum Romano, Agatium Florentino, et nonnullos alios homines dicti Casalis facientes majorem, et sanio-rem partem Casalis predicti, et ipsam universitatem representantes, ut dixerunt, convocatos precedente publico edicto, et proclama in locis solitis, et consuetis dicti Casalis, prout cum juramento mihi Notario retulit Hieronymus de Amato Siculus serviens Casalium Serræ, et Spatulæ, et nuncijs ad id specialiter deputatus per dictum Dominum Commissarium, & Executorem congregatos in platea publica dicti Casalis juxta domum Petri Paluci, juxta apothecam Andreæ, juxta domum Philippi Paluci, & alios confines, ubi asseruerunt universitatem ipsam congregari solitum, & parlamentum facere. Quibus omnibus, & universitate congregatis, idem Dominus Commissarius, legit alta, & intelligibili voce dictas literas executoriales, ipsis presentibus, & audientibus: quibus literis lectis, ut supra; in primis, & antea omnia dixit dictus Dominus Commissarius, quod amovit virtute suæ commissionis omnes, & singulos officiales Ill. Principis habentes merum et mixtum imperium, et jurisdictionem civilem, et criminalem in dicto Casali, et illa exercentes. Et coram nobis mandavit predictis Sindico, et hominibus, quod in antea de cætero predicto Ill. Principi, et ejus officialibus nullam obedientiam præstare debeant, neque eis, et eorum mandatis parere in dictis jurisdictionibus: Et sic amovit Bestianum Forchiniti Magistrum juratum dicti Casalis, eidem in nostri presentia mandando, quod pro quanto gratiam Cæs. Majest. charam habet, et sub poena ducatorum mille dictum officium exercere non debeat, sine confirmatione per Reverendum Dominum Priorem, et Procuratores Monasterii predicti. Quibus ut præmittitur gestis, una cum Sindico, et hominibus predictis nobisque Judice, et Notario, ac testibus predictis presentibus, idem Magnus Commissarius, pro vera vacua, expedita, et corporali possessione seu quasi jurisdictionis dicti Casalis, quod non habere portas, neque muros invenimus, introduxit dictum Reverendum Dominum Priorem, et Venerabilem Fratrem Brunonem Procuratorem ut supra, eis tradendo præfatam possessionem, seu quasi predictæ jurisdictionis, per ingressum introitum, et exitum ad dictum Casale Gasparinæ; ipsis Procuratoribus introeuntibus, et exeuntibus, circumeuntibus dictum Casale Gasparinæ. Et postea dictus Dominus Commissarius non divertendo ad actus extraneos continuatim una cum predictis Sindico, et hominibus, accessit, et ingressus est quamdam Domum Hieronymi Romani, in eodem Casali existentem, juxta Domum Sancti Madonna, juxta Domum Domnæ Moranæ de Interrano, vias publicas, et alios confines, ut dixerunt, quam pro nunc constituit ad regendum Curiam, et jura reddendum. Et predictis presentibus, et ipsam universitatem representantibus in signum veræ, realis, & temporalis possessionis, seu quasi, meri et mixti imperii, et omnimodæ jurisdictionis civilis, et criminalis dicti Casalis Gasparinæ, tradidit, et consignavit baculum justitiæ, quem in manibus habebat, præfato Reverendo Domino Priori, et recipienti. Necnon tradidit, et consignavit baculum justitiæ, quem in manibus habebat, præfato Reverendo Domino Priori, et Procuratori presenti, et recipienti; Necnon tradidit, et consignavit bancum justitiæ ad jura reddendum, in quo dictus R. Dominus Prior, et Procurator pro tribunali sedit, affidente cum eo Notario Stephano Berlingeri pro magistro Actorum Deputato per dictum Reverendum Dominum Priorem Curiam regendo, et pro tribunali sedendo, et justitiam ministrando omnibus petentibus. Et recta dicta Curia more solito dictus Dominus Commissarius, et executor, mandavit præfatis Sindico, et hominibus, ipsam universitatem, ut supra representantibus; quod pro quanto gratiam Cæs. Majest. caram habent, et sub poena ducatorum mille in omnibus, et per omnia, observare debeant omnia et singula contenta in dictis literis executorialibus et dicto Reverendo Domino Priori, et Monachis Præfati Monasterii presentibus, et successive futuris, et officialibus, per dictum Monasterium instituendis in cognitione meri et mixti imperii et omnimodæ jurisdictionis civilis, et criminalis parere, et obedire debeant, dictumque Monasterium Priores, et Monachos in dominos, et veros possessores seu quasi dictæ jurisdictionis cognoscere, eosque defendere, et sovère justis auxiliis, consiliis,

liis, et favoribus debitis, et opportunis, præsentibus dictis Sindico, et hominibus, alta voce vulgariter dicentibus: che so per obedire quanto dicto Commissario ha ordinato, et in ditte littere executoriali se contiene: et obedientiam præstiterunt præfato Domino Priori nomine quo supra manum osculando, obedientiam præstiterunt. Et sic modo præmissis Dominus Commissarius, et Executor reintegravit, restituit, et consignavit possessionem, seu quasi, meri, et mixti imperii, et omnimodæ jurisdictionis civilis, et criminalis præfati Casalis Galparinæ prædictis Procuratoribus recipientibus, ut supra pacifice, et quiete nemine contradicente; et supra dictis hominibus se contentantibus, uniendo dictum merum, et mixtum imperium, et omnimodam jurisdictionem civilem, et criminalem, reintegrando una cum aliis jurisdictionibus, et bonis dicti Monasterii; omnia et singula præmissa exequendo juxta tenorem, et formam dictarum litterarum executorialium. Quibus gestis, et peractis idem Magnus Dominus Commissarius et Executor, requisivit nos Judicem, Notarium, et testes, ut de præmissis unum vel plura, publicum et publica, instrumentum vel instrumenta, pro cautela dicti Monasterii, & futura rei memoria conficere deberemus. Et similiter præfatus R. Dominus Prior, & Venerabilis Frater Bruno Procuratores, nos prædictos, Judicem, Notarium, & testes requisiverunt, ut de prædictis omnibus, & singulis, ut supra gestis, & executis per dictum Dominum Commissarium, Executorem pro futura certitudine, & cautela Monasterii prædicti, & omnium, quorum, seu cujus interest, vel interesse poterit quomodolibet, & in futurum, unum & plura, publicum seu publica, instrumentum et instrumenta conficere deberemus. Et quia officium nostrum publicum est, et juste petentibus denegari non potest; Idcirco exinde hoc præsens publicum instrumentum manu mea scriptum confeci, publicavi, et stipulavi, et in hanc publicam formam reddidi, signo meo solito, et consueto signatum, atque subscriptionibus subscriptorum judicis, et testium præsentium subscriptum, et roboratum. Prædictaque omnia ad futuram rei memoriam, et cautelam Monasterii prædicti, atque omnium quorum, seu cujus interest, et interesse poterit quomodolibet in futurum. Actum anno, die, loco mense, Indictione, et Regnatibus præmissis etc.

✠ Ego Petrus Nicolaus Donadeus de Terra Arenarum, qui supra ad contractus judex interfui præmissis, et ideo testor manu propria, et meo signo signavi.

✠ Ego Michael Vulcanus de Padula pro teste interfui.

✠ Ego Bartolomæus Potesti de Terra Montisleonis pro teste interfui.

✠ Ego Rocchus de Florentia pro teste interfui.

✠ Ego Joa. Franciscus de Paliczi fui præsentis Testimonio.

✠ Ego Franciscus Yenniczius de Terra Roccæ angitulæ interfui pro teste.

✠ Ego Mondarello Russo de Montepaone testor.

✠ Ego Antonellus Migalius de Terra Montispavonis fui præsentis.

✠ Ego Dominus Julius Ruffus de Montepaone præsens fui testor.

✠ Ego qui supra Benedictus de Commerciis de Terra Francicæ publicus ubilibet per totum Regnum Siciliae citra Farum Regia auctoritate Notarius rogatus, & requisitus hoc præsens scripsi, & me subscripsi -- Præsentibus Petro Nicolao Donadeo de Terra Arenarum Judice ad contractus -- Magnifico Matthæo de Riggio de Civitate Terræ Novæ U. J. D. -- Magnifico Jannieza de Rocca Angitulæ, U. J. D. -- Magnifico Laurentio Rois, de Neapoli -- Magnifico Michaeli Vulcano de Padula -- D. Julio Russo -- D. Jacobo Migalia -- No. Mondarello Russo -- Magistro Joanne Francisco de la pesce de Abrutio -- Magistro Bartholomæo Florentino. No. Bartholo Portari de Terra Montisleonis -- Nicolao Antonio de la pesce de Abrutio -- Michaeli Angelo Florentino -- Magistro Mariotto Florentino -- Magistro Roccho Florentino, & Jacobo Panetta de la Grotteria.

## LVIII.

Instrumentum publicum de primo accessu Domini Joannis Berardini de Penna Regii Commissarii ad Terram Gasparinæ pro reintegrando Monasterio S. Stephani de Nemore in possessionem, seu quasi jurisdictionis Civilis, & Criminalis suorum Casalium Montauri, & Gasparinæ, deque protestatione Officialium Illustris Principis Squillacii(1).

*Ad ann. 1543.*

**I**N nomine Domini nostri Jesu Christi. Amen. Sub anno Nativitatis ejusdem Domini MDXLIII Indictionis I. Die vero V. mensis Januarii. Regnantibus Carolo de Austria divina favente clementia V. Romanorum Imperatore semper Augusto Rege Germaniæ, Joanne Matre, eodem Carolo primogenito Regibus Castellæ Aragonam Utriusque Siciliæ citra, & ultra Farum Hierusalem, Ungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Regnorum suorum in hoc Regno Siciliæ citra farum anno vigesimo septimo feliciter. Amen. In Casali Gasparinæ, Nos Petrus Nicolaus Donadeo de Terra Arenarum Regia auctoritate ad contractus judex: Benedictus de Commerciis de Terra Francicæ publicus ubilibet per totum Regnum Siciliæ citra Farum Regia auctoritate Notarius, & testes subscripti ad hoc vocati specialiter, & rogati, præsentis scripto publico, notum facimus, & testamur, quod prædicta die, in nostri præsentia personaliter constitutus Magnus Joannes Berardinus de Penna de Neapoli Commissarius per Regiam Cameram Summarizæ destinatus ad tradendum, & consignandum possessionem, seu quasi, meri & mixti imperii, & omnimodæ jurisdictionis civilis, & criminalis Casalium Montauri, & Gasparinæ Venerabilibus Priori, & Monachis Monasterii S. Stephani de Bosco, cum Reverendum Dominum Timotheum de Giliis Priorem, & Venerabilem Fratrem Brunonem de Francia Procuratores dicti Monasterii reintegrasset, & induisset in possessionem præfatæ jurisdictionis virtute suæ Commissionis Casalis Montauri pacifice, & quiete, nemine contradicente, ad alium actum non divertendo, sed continuatim accedendo ad dictum Casale Gasparinæ, ut etiam ad ejusdem meri & mixti imperii, & omnimodæ jurisdictionis civilis, & criminalis, seu quasi possessionem, eisdem Procuratores, nomine Monasterii prædicti induceret, & reintegraret, invenit, prout etiam nos Judex, Notarius, & Testes invenimus, aliquos homines ibi estantes; Videlicet Notarium Antonium Assantum, Joannem Antonium Ferrarum, qui dixerunt se esse Syndicos Civitatis Squillacii, Joannem Saluca, quem dixerunt Procuratorem Vice-principis Squillacii, Magnificum Troilum Cesare, Magnificum Petrum Jacobum Vela, Not. Camillum Sacheta, & Not. Franciscum Græco de eadem Civitate Squillacii, cum dicto Reverendo Priore, & nonnullis hominibus; & præfatus Commissarius dixit vulgari sermone: Che Gentiluomini son questi? Et respondit Magnus Troilus prædictis vulgari sermone: Questi so li Sindici della Cità di Squillace; & lo Priore del Signor Vice-principe di Squillace. Quibus

(1) Ex. Anthographo in Armario Cartusæ Astorum Reg. Cam. Summarizæ extracta sub die Sanctorum Stephani, & Brunonis asservato Copia legali per Joannem Paulum Crispo Mag. 26. Maji. 1544.

bus statim præfatus Dominus Commissarius, ostensis Regiæ Cameræ executorialibus litteris, & de iis edita copia, modo sequenti eos requisivit, videlicet: Io ve requedo per quanto avete cara la grazia della Maestà Cesarea, e sotto pena di docati mille, che in questo assignare de possessione del mero, e misto Imperio, & onnimoda jurisdictione civile, & criminale, quale io intendo dare, & assignare al Reverendo Priore di S. Stephano, & soi Procuratori de questo Casale de Gasparina per virtù di queste lettere executoriale, non me debiate dare nullo impedimento, ne impaccio, anzi ve requedo debiate darne onne adjuto e favore necessario me serà. Cui idem Magnus Troilus, cum maxima reverentia respondit vulgariter: Noi Signor Commissario, non semo per contravenire alli mandati de' Superiori, ma semo per obedire, & obtemperare quanto in dette lettere se contene, ed haverle quella reverentia se ricerca: solum semo venuti per fare una semplice protesta, che ditta possessione quale se piglierà in futurum non habia de pregiudicare a le ragioni dell' Ill. Signor Principe. Super quibus omnibus, & singulis dictus Commissarius Regius, nos Judicem, Notarium, & testes, ut de præmissis publicum Instrumentum conficere deberemus ad futuram rei memoriam, & cautelam, quorum seu cuius interesse poterit, quomolibet in futurum; & fuit stipulata protestatio dictum effectum continens per dictum Notarium Franciscum Græco. De qua protestatione ex parte dictorum Procuratorum fuit respondendo petita copia; Et requisiverunt nos præfatos, ut pro futura certitudine de prædictis omnibus ad cautelam Monasterii prædicti, unum vel plura, publicum seu publica, instrumentum & instrumenta conficeremus. Unde ex requisitionibus prædictis ad futuram rei memoriam, & cautelam Monasterii, atque omnium, quorum seu cuius interest, & interesse poterit quomodolibet in futurum actum est exinde, hoc primum publicum instrumentum per manus mei, qui supra Notarii scriptum, & subscriptum, & quo utor signo signatum, atque subscriptionibus subscripti Judicis, & Testium præsentium subscriptum, & roboratum. Actum Anno, die, loco, mense, Indictione, & Regnantibus, qui supra. ✠ Ego Petrus Nicolaus Donadeus de Terra Arenarum, qui supra iudex ad contractus interfui præmissis, & ideo testor manu propria; & meo solito signo signavi. ✠ Ego Franciscus Jannitius de Terra Rocce Angitulæ, interfui pro teste. ✠ Ego Mundarello Russo de Montepavone interfui, Testor. ✠ Ego Antonellis Migalius de Terra Montispavonis interfui pro teste. ✠ Ego D. Julius Ruffus de Terra Montispavonis præsens fui, Testor. ✠ Ego qui supra Benedictus de Commerciis de Terra Francicæ publicus ubilibet per totum Regnum Siciliæ citra Farum Regiâ auctoritate Notarius rogatus, & requisitus hoc præsens scripsi, & me subscripsi. -- Præsentibus Petro Nicolao Donadeo de Terra Arenarum iudice ad contractus -- Magnifico Laurentio Ruis de Neapoli -- Magnifico Francisco Yannicza de Rocca Angitulæ -- Magnifico Michaelæ Vulcano de Padula -- Not. Batholo Portarti de Mnteleone -- Venerabili Domino Julio Russo -- No. Antonio Migalio. -- No. Jacobo Migalio -- No. Mundarello Russo. -- Magistro Bartholomæo Florentino. -- Magistro Roccho Florentino. -- Magistro Joa. Francisco de lo pesce. &c.



## LIX.

In Cauſa Patris D. Benedicti de Silice Cartuſiæ Caprea-  
rum Prioris; ad inſtantiam Ordinis, ſive PP. Viſita-  
torum Romæ contra ipſum velut inobedientem  
intentata, coram Jacobo Puteo Sanctiſſimi  
Domini Cappellano, & Auditore Dele-  
gato: Requiſitoria Partium, & inhi-  
tio, quod nullus ſe intromittat  
in Cauſa ſub pœna nul-  
litatis actus &c.

*Ad ann. 1543.*

Jacobus Puteus U. J. D. Domini PP. Cappellanus, & ipſius ſacri Palatii cau-  
ſarum, cauſæque, & cauſæ, & partibus infraſcriptis ab eodem Domi-  
no noſtro Papa auditor ſpecialiter deputatus. Uniuerſis, & ſingulis DD. Abbati-  
bus, Prioribus, Præpoſitis, Decanis, Archidiaconis, ſcholasticis, Cantoribus, Cu-  
ſtodibus, Theſaurariis, Succentoribus, Sacriſtis, tam Cathedralium, & Metropoli-  
tanarum, quam Collegiatarum Canonicis, Parochialium Eccleſiarum Reſtoribus, ſeu  
loca tenentibus, eorundem Plebanis, Viceplebanis, Capellanis curatis, & non cu-  
ratis, Vicariis perpetuis, cæteriſque Presbyteris, Clericis, Notariis, & Tabellio-  
nibus publicis quibuſcumque, per Civitates, & Diœceſes nullius, ac alias ubili-  
bet conſtitutis, ac eorum cuilibet in ſolidum, ac illi, vel illis, ad quem, vel  
ad quos præſentes literæ noſtræ pervenerint, ſalutem in Domino, & noſtris hu-  
juſmodi, imo verius Apoſtolicis firmiter obedire mandatis. Noveritis, quod cum  
Sanctiſſimus in Criſto Pater et Dominus Paulus Divina providentia Papa III-  
quamdam commiſſionem, ſive ſupplicationem papiri cedulaſ nobis per certum ſuum  
Curſorem præſentari fecit, quam nos ea, qua decuit reverentia, accepimus hujus-  
modi ſub tenore: Beatiffime Pater, licet ut novit Sanctitas veſtra inter alios di-  
verſorum Ordinum religioſos, Ordo Cartuſienſis maxime inter alia in ſummo bono  
obedientiæ fuerit, prout eſt fundatus, proinde ipſius Ordinis profeſſi etiam omni  
ambitione poſtponita talem obedientiam præcipue obſervare, et ſuorum ſuperiorum  
mandatis obedire teneantur, et propterea quidam Benedictus de Silice Alacrinæ  
Diœceſis juxta deputationem de ipſo in generali præſentis anni proxime celebrato  
Capitulo ad Prioratum S. Jacobi Inſulæ Capri, ſive Caprearum, Capritanen Diœ-  
ceſis ejuſdem Ordinis in Priorem deputatus accedere, & ibidem ejuſdem Prioratus,  
& illius Conventus regimen, et curam ſuſcipere, et gerere debuiffet. Neſcitur ta-  
men quo ſpiritu ductus ad Prioratum Monafterii SS. Stephani, et Brunonis del Bo-  
ſco vulgariter nuncupati, nullius, ſive Squillacenſis, vel alterius Diœceſis, vel for-  
ſan alium Prioratum, ſeu ad ejuſdem Ordinis Generalatum aspirans, per quaſdam  
aſſertas literas, a Sanctitate veſtra, ut dicitur, extortas, in ejuſdem ultimo dicti  
Prioratus, Prioratu, ſeu forſan, ut aſſeritur dicti, Ordinis Generalatu, ut dicitur  
ad tempus, vel perpetuo ſe creari, deputari, et ordinari extorſit. Forſan etiam  
cum prætenſorum executorum deputatione, licet nulliter, et indebite, et contra  
conſtitutiones, ordinationes, et Privilegia, et regularia prædicti Ordinis, ſive Con-  
gregationis inſtituta, et non minus obreptitie, quam ſubreptitie, et quia, Pater  
ſancte, hujusmodi negotium, ultra quod ſcandalofum, et peſſimi exempli exiſtit,  
in nimis grande damnum, et præjudicium dicti Ordinis ſeu Congregationis cede-  
ret, et totaliter bonum obedientiæ infringeret. Propterea devoti Sanctitatis veſtræ,  
Ordinis Generalis Viſitatores, et alii ejuſdem Ordinis ſive Congregationis Præla-  
ti, vel Fratres, ſuo, et ejus nomine, vel illorum, qui præſentes poſſunt com-  
muniter, vel diviſim adhærere, vel adhærere volunt jure mediante præmiſſis ob-  
viare proponunt, et occurrere, ne ipſis, vel Ordini, aut Congregationi prædicte  
tale

tale vulnus inferatur. Igitur sanctitati vestre humiliter Supplicat omnes præfati, quatenus causam, et causas, quam, et quas habent, et movent, habereque, et movere volunt, et intendunt contra, et adversus dictum B. adversarium, et de superscripta subtractione obedientiæ, et de illius compulsionem, ad accedendum ad dictum Prioratum S. Jacobi, et suæ deputationis effectuione, necnon obreptionem, et subreptionem prædictarum, et quarumcumque aliarum præsentiarum litterarum desuper præmissarum extortarum, et defectus intentionis earumdem, tam communiter, quam divisim alicui ex vestri Sacri Palatii Apostolici causarum Auditoribus, etiam summarie audiendam, cognoscendam, decidendam, sineque debito terminandam, una cum omnibus, et singulis illorum incidentibus, descendentibus, emergentibus, annexis, et connexis, cum potestate dictum Adversarium, omnesque alios, et singulos tam in decreto quam executione citandi præsentium tenore ad partes dicen. . . . nominandi in Romana Curia, extra etiam et in partibus citandi, et etiam sub censuris, et etiam pecuniariis suo arbitrio moderandis poenis inhibendi; Et in eventu non partitionis, illas incidisse, vel etiam incurrisse declarandi, aggravandi, reaggravandi, interdicendi, ac auxilium brachii sæcularis invocandi, aliisque facultatibus necessariis, et opportunis committere, et mandare dignemini, constitutionibus, et ordinationibus Apostolicis, cæterisque in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque Statutis, omnium, et singulorum præmissorum pro expressis habentibus. Quæ commissio binas in ejus exter. . . mutar. . . diversarum manum habebat signaturas, quarum Prior erat talis; De mandato Domini nostri PP. audiat Magister Jacobus, subrogatus Magistri Antonii citet, inhibeat etiam sub censuris, et poenis, procedat summarie, ut petitur, et justitiam faciat; posterior vero talis; Placet Domino nostro PP. R. Cardinalis de Carpo. Post cujus quidem Commissionis, sive supplicationis cedulæ præsentationem, et receptionem nobis, et per nos, ut præmittitur factam, fuerunt pro parte Reverendorum Patrum dictorum, Generalis, Visitatorum, et aliorum Ordinis Cartusienis sive ejusdem Congregationis Prælatorum, vel Fratrum, suo, et etiam nomine illorum qui præsentibus communiter, vel divisim adhærent, vel adhæreere volunt principaliter in præinserta Commissione nobis, ut præmittitur facta principali nominat. debita cum instantia requisiti quatenus sibi citand. . . . una cum inhibitione sub censuris, et aliis poenis etiam pecuniariis extra Romanam Curiam, et ad partes, contra, et adversus Benedictum de Silice, ex adverso principalem, in eadem nobis facta, et præinserta commissione ex adverso principali nominatim, omnesque alios, et singulos, sive communiter, vel divisim interesse putantes, et in executione citand. . . hujusmodi nominandi, juxta, et secundum dictæ nobis factæ, et præsentatæ commissionis cum formam, continentiam, et tenorem in forma solita, et consuetam decernere, et concedere dignemur. Nos igitur Jacobus Puteus subrogatus Auditor præfatus attendentes requisitionem hujusmodi fore justam, et rationi consonam, volentes in causa, et causis hujusmodi, et inter partes dicta commissione contentas jure, et legaliter procedere, ac partibus ipsis dante Domino justitiam ministrare, ut tenemur; Idcirco auctoritate Apostolica nobis commissam, et qua fungimur in hac parte, vos omnes, et singulos supradictos et vestrum quemlibet in solidum tenore præsentium requirimus, et monemus primo, secundo, tertio, et peremptorie; Vobisque nihilominus, et vestrum cuilibet in virtute sanctæ obedientiæ, et sub excommunicationis poena, quam in vestrum quemlibet Canonica monitione præmissa, si ea quæ vobis in hac parte committimus, et mandamus neglexerit, seu distulerit contumaciter adimplere, ferimus in his scriptis districte præcipiendo mandamus, quatenus infra sex dierum spatium post præsentationem, seu notificationem præsentium vobis, seu alicui vestram factam, & postquam pro prædictorum RR. Patrum Dominorum, Generalium, & Visitatorum, & aliorum Ordinis Cartusienis sive de consort. principalium super hoc, & vigore præsentium fueritis, & quilibet, seu alter vestrum requisitus, immediate sequentes, quorum sex dierum, duos pro primo, duos pro secundo, & reliquos duos dies vobis universis, & singulis supradictis, & vestrorum cuilibet pro tertio, & peremptorio termino, ac monitione Canonica assignamus, ita tamen, quod in his exequendis unus vestrum alterum non expectet, nec unus pro alio, seu per alium se excuset, præfatum D. Benedictum de Silice ex adverso principalem, omnesque alios, & singulos, sua communiter, vel divisim interesse putantes, & in executione præsentium nostrarum litterarum nominandos in eorum propriis personis, si ipsorum præsentia commode haberi poterit, alioquin in hospitibus habitationum suarum, si ad ea vobis tutus pateat accessus, & in Prioratu Monasterii S. Stephani, & Brunonis

del Bosco vulgariter nuncupati, nullius, sive Squillacensis, vel alterius Diæcesis, in Parochiali, seu Parochialibus, sub qua, vel quibus degunt, & morantur: Sin autem in Cathedrali nullius, sive Squillacensis, nec non Parochiali, seu Parochialibus, sub qua, vel quibus degunt, & morantur alijs Ecclesijs, & Conventibus quibuscumque, in quibus, ac ubi dum ibidem Populi multitudo ad divina audienda, aut alias legitime congregata fuerit, ex parte nostra, monitione Apostolica auctoritate, alta, & intelligibili voce, peremptorie citare curet, ita tamen quod verisimile sit citationem nostram hujusmodi, ad ipsorum citandorum notitiam indubitata devenisse, ne de præmissis, vel infrascriptis ignorantiam aliquam ostendere valeant, seu etiam quolibet allegare: Quos nos etiam & eorum quemlibet tenore præsentium sic citamus, quatenus tertia die post citationem nostram hujusmodi, per vos, seu alterum vestrum eis factam, immediate sequenti, si dies ipsa trigesima juridica fuerit, & nos, vel alter forsan loco nostro subrogandus Auditor, ad jura reddenda, & causas audiendas pro Tribunali sederimus, vel sederit; alioquin proxima die juridica immediate sequenti circa, nos, vel subrogandum Auditorem præfatum Romæ, vel alibi, ubi tunc Dominus nostro PP. cum sua Romana Curia residebit in palatio causarum Apostolico, mane hora audientiæ causarum consueta, ad jura reddendum, & causas audiendum, pro Tribunali sedere contigerit compareant in judicio legitime coram nobis, seu subrogando Auditore prædicto per se, vel Procuratorem, seu Procuratores suos, idoneum, vel idoneos, ad causam, & causas hujusmodi sufficienter instructi, cum omnibus, et singulis actis authenticis, litteris, scripturis, instrumentis, processibus, privilegijs, aliisque juri- bus, et . . . . . causam, et causas hujusmodi, tantum, seu eam; et eas quomodolibet concernentibus, præfatis Dominis Generali, Visitatoribus, et alijs Ordinis Cartus. . . . . principalibus, seu eorum Procuratoribus legitime, de, et super omnibus, et singulis in supradicta nobis facta, et præsentata commissione contentis de justitia, et sponione, ex causa, et causis hujusmodi, et ad omnes, et singulos actus, terminos gradatim, et successive, etiam usque ad diffinitivam sententiam inclusive debitis, et consuetis terminis, et dilationibus procedentes, ut moris est, et processuri, et procedi visuri, aliasque dicturi, facturi, allegaturi, audituri, et recepturi, quidquid justitia suadebit, et ordo dictaverit rationis. Certificamus nihilominus eisdem sic citatos, quod sive in dicto citationis termino, ut præmissum est comparuerint, sive non: Nos nihilominus, seu subrogandus Auditor præfatus, ad partis comparentis, et causam, sive causas hujusmodi prosequi curantis instantiam ad præmissa omnia, et singula, ut alias prout justum fuerit, procedemus, seu procedet, justitia mediante, dictorum citatorum contumacia, seu absentia in aliqua non obstante. Et insuper ut . . . . . quod lite, et causa, seu causis hujusmodi, sic ut præmittitur coram nobis in Romana Curia Judicio pendente, nihil sit in partibus innovandum, per quemcumque, seu attentandum. Idcirco vobis omnibus, et singulis supradictis quibuscumque præsentis nostræ litteræ diriguntur, et cuilibet vestrum auctoritate Apostolica supradicto modo, et forma præmissa tenore præsentium committimus, et mandamus, quatenus post legitimam dictæ citationis executionem Reverendo in Christo Patri, et Domino Dei, et Apostolicæ Sedis gratia Episcopo Squillacensi, ejusque in spiritualibus, et temporalibus Vicario, seu Officiali Generali, cæterisque Officialibus Judicibus, Commissariis, Delegatis, Subdelegatis, Ordinariis, et Extraordinariis quibuscumque, per Civitatem, et Diocesim nullius, sive Squillacensis prædictæ, et alibi ubilibet constitutis, et præsertim cuidam Benedicto de Silice, ex adverso principali, omnibusque alijs, et singulis quorum interest, intererit, seu interesse poterit quomodolibet in futurum, quibuscumque nominibus censeantur, et quacumque præfulgeant dignitate, de quibus pro parte eorundem Dominorum Generalis, Visitatorum, et aliorum Ordinis Cartusien- sis, et litem constituentium principalium, vigore præsentium super hoc fueritis requisiti, seu alter vestrum fuerit requisitus sub excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententijs, et censuris, et poenarum auctoritate de Camera boni, et justii ponderis pro una, ipsi Camera Apostolicæ, et pro alijs mediocribus parti applicandorum poenis, quas scriimus On his scriptis; quosque quomodolibet hujusmodi nostræ inhibitioni contravenientem, incurrare volumus ipsa facto, juxta dictæ Commissionis vim, formam, continentiam, et tenorem inhibentis. Quibus nos etiam, et eorum cuilibet tenore præsentium sub eisdem censuris, et poenis inhibemus, ne ipsi, seu eorum alter, in causa, et causis hujusmodi, per se, vel alium, seu alios publice, vel occulte, directe, vel indirecte quovis quæsito colore, vel ingenio, in litis pendente, et jurisdictionis nostræ hujusmodi . . . . .

. . . Apostolicæ Sedis vilipendium, et contemptum, dictorumque PP. DD. Generalis, Visitatorum, et aliorum Ordinis Cartusienſis ( alias consortium ) . . . principalium, jurisque ipsorum præjudicium, et gravamen quicquam attemptare, seu innovare præsumant, sive præsumat. Quod si secus factum fuerit, id totum revocare, et ad statum pristinum reducere, et ad dictæ excommunicationis, et aliarum sententiarum, et pœnarum declarationem, earumque aggravationem, reaggravationem, Interdicti Ecclesiastici appositionem, et auxilii brachii sæcularis invocationem procedere curabimus justitia mediante. Diem vero, seu dies citationis, et inhibitionis vestrarum hujusmodi, atque formam, et quicquid in præmissis feceritis, seu alter vestrum duxerit faciendum, nobis, per nostrarum litterarum patentes, aut Instrumentum publicum harum seriem, seu designationem in se continentes sive continens . . . . . præsentibus quantocitius poteritis fideliter intimare curatis. Absolutionem vero omnium, et singulorum, qui præfatam nostram excommunicationis sententiam incurrerint, sive incurrerint, nobis, vel Superiori nostro tantummodo reservamus. In quorum omnium, et singulorum fidem, et testimonium præmissorum, præsentibus litteras, sive præsentibus potius publicum Instrumentum hujusmodi, nostrarum citationem, inhibitionem in se continentes exinde fieri, et per Notarium publicum, nostrumque in hujusmodi causa coram nobis scribam infra scriptum subscribi, & publicari mandavimus, sigillique nostri jussimus, & fecimus appensione communiri. Datum, et actum Romæ in Domo habitationis nostræ sub anno a Nativitate Domini 1543. Indictione prima die vero Sabati 17. Mensis Martii: Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris, et Domini nostri Domini Pauli divina providentia Papæ III. anno IX. presentibus ibidem providis viris Magistris Claudio Sablone, & Jacobo de Bague Notariis publicis, scribisque nostris Clericis Lugdunensis, sive Burgensis, & Viridunensis respectivè Diocesis testibus, ad præmissa omnia & singula vocatis, adhibitis specialiterque, rogatis subrogatis in locum Reverendi Prioris Domini Marci Antonii Marfotti dum vixit coadiutoris nostri. Approbo ego Martinus Sthenus Notarius infra scriptus - Et ego Martinus Sthemus - Clericus Cameracensis Diocesis publicus Apostolica auctoritate Notarius Reverendique Prioris Domini Jacobi Putei Auditoris surrogati præfati et hujusmodi causæ coram eo scriba qui dictæ citationi cum inhibitione, ut prius insertæ, omnibusque aliis, et singulis, dum . . . ut præmittitur fierent, et gerentur, una cum prænominantis testibus præsentis interfui, eaque sic fieri vidi, et audivi etc. Adest signum, cum subscriptione hac - Pedetentim.

## LX.

**Bulla Pauli Papæ III. Pro Cartusienſi Ordine (1). Confirmat Bullas Urbani V. Sixti IV. & Innocentii VIII. dans facultatem absolvendi etiam a Casibus Apostolicæ Sedi reservatis in die Nativitatis & Purificationis B. Mariæ,**

Paulus Papa III. &c. Dilecte Fili, salutem, & Apostolicam Benedictionem.

**C**um sicut nobis nuper exponi fecistis alias felici recordationis Urbanus V. Personis vestri Ordinis Cartusienſis, quod liceret eis habere altaria portatilia, super quibus in Domibus, Grangiis, Cellariis, & aliis locis congruentibus, & honestis, ad Domos, seu Prioratus dicti Ordinis spectantibus Missam celebrare valerent; Et piæ memoriæ Sixtus IV. quod Majoris Cartusæ, Gratianopolitanæ Diocesis, & alii quin-

(1) Extat impressa in Calce Novæ Collectionis Statutor. Ord. Cartusienſis. fol. 10. Et citat. Cap. VII. n. 13. II. Part. eorum Statutor.

quingenta ejusdem Ordinis Domorum Priores, per Priorem Domus Majoris Cartusie hujusmodi eligendi, Personas dicti Ordinis ab omnibus peccatis etiam Sedi Apostolicæ reservatis absolvere possint. Ac quod omnibus Personis hujusmodi Ordinis liceret in quolibet Festo Nativitatis B. Mariæ eligere sibi Confessorem, dicti Ordinis, qui eas ab omnibus peccatis etiam S. Sedi reservatis absolvere posset. Et recolendæ memoriæ Innocentius VIII. Romani Pontifices Prædecessores nostri Prioribus dicti Ordinis, quod paramenta Altarium, Cruces, & Casulas, ac alia ad divinum cultum pertinentia benedicere valerent per diversas eorum litteras concesserint, & indulserint, prout in eisdem litteris plenius continetur; & propterea nonnulli ejusdem Ordinis dubitent, an in aliis locis, seu Ecclesiis ad Domos sui Prioratus Ordinis hujusmodi non spectantibus celebrare, & an Confessores per Personas dicti Ordinis pro tempore electi, personas ipsas ab excommunicatione tam majori, quam minori, & omnibus aliis censuris absolvere possint. Et insuper nonnulli facultate eligendi Confessorem hujusmodi nimium large uti, & illius verba tam late interpretari possent, quod exinde magnum animarum damnum sequeretur. Præterea multoties pro animarum salute expediat facultatem, quæ Majoris Cartusie, & aliis quingenta ejusdem Ordinis Domorum Prioribus per Priorem Domus Majoris Cartusie hujusmodi pro tempore electis in vim litterarum Sixti Prædecessoris hujusmodi competit, & Vicariis Monialium per Priorem Domus Cartusie hujusmodi concedi, rursus a nonnullis hæsitetur, an Priores dicti Ordinis in vim litterarum Innocentii Prædecessoris hujusmodi corporalia, & pallas benedicere possint, nobis supplicari humiliter fecistis, ut vobis, & vestrum cuilibet, quod etiam in aliis locis, & Ecclesiis in quibus pro tempore fueritis, sive ad Domos, & Prioratus Ordinis hujusmodi spectent, sive non spectent, Missam celebrare valeatis, concedere, et indulgere, atque vobis in præmissis opportune providere de benignitate apostolica dignaremur.

§. 1. Nos igitur vota Personarum Religiosorum, quæ spretis mundanis illecebris sub regulari observantia gratum altissimo student exhibere famulatum paterno affectu prosequentes vos, et vestrum singulos a quibusvis excommunicationis suspensionis, et interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, et pænis, a jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existitis ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, et absolutos fore censentes: necnon tenores litterarum Prædecessorum hujusmodi, ac si de verbo ad verbum insererentur pro expressis habentes, hujusmodi supplicationibus inclinati

§. 2. Vobis, et vestrum cuilibet, ut etiam in aliis locis, et Ecclesiis in quibus pro tempore fueritis, sive ad Domos, et Prioratus Ordinis hujusmodi spectent sive non spectent, Missam celebrare.

§. 3. Et a modo in antea, non solum in Nativitatis prædictæ, sed etiam in quolibet Purificationis ejusdem B. Mariæ Festo Confessorem dicti Ordinis, qui vos ab excommunicatione tam majori quam minori, et omnibus aliis censuris absolvere possit, sic tamen, quod nullus dicti Ordinis facultate eligendi Confessorem hujusmodi uti, aut illius verba interpretari, seu limitare valeat, nisi prout tu Fili Petre moderne, et pro tempore existens Prior Domus Majoris Cartusie hujusmodi eadem facultate uti mandaveritis, et illius verba limitaveritis, et interpretati fueritis, eligere possitis.

§. 4. Quodque tu Fili Petre, et pro tempore existens Prior Domus Majoris Cartusie hujusmodi, ultra præfatos quingenta Priores, etiam alios viginti, sive Priores sive Vicarios Monialium, ita ut numero sint septuaginta, qui alias juxta formam litterarum Sixti Prædecessoris hujusmodi personas dicti Ordinis, et alias eidem Ordini commissas ab omnibus peccatis etiam dictæ Sedi reservatis absolvere possint, eligere valeas.

§. 5. Ac quod Priores Domorum hujusmodi Ordinis, non solum paramenta Altarium, Cruces, & Casulas, verum etiam Corporalia, & Pallas, ac alia ad divinum cultum pertinentia perpetuis futuris temporibus benedicere possint Apostolicæ auctoritate tenore præsentium concedimus, et indulgemus.

§. 6. Ac quidquid secus, seu contra formam, et modum limitationis, et interpretationis per te Fili Petre, et pro tempore existens Prior Domus Majoris Cartusie hujusmodi, circa facultatem eligendi Confessarium pro tempore facturum, gestum, et factum, seu attentatum fuerit, irritum, et inane decernimus.

§. 7. Et insuper cum contingat diversos diversarum Institutionum Religiosos, et personas erroribus, et hæresi Lutherana relictis, resipiscere, et ad Catholicam

veramque fidem revertendo ad S. Matris Ecclesie gremium confugere, Tibi fili Petre, qui etiam totius ipsius Ordinis Generalis existis: quod dicti Ordinis personas omnes a Lutherana, et aliis hæresibus ad ipsum Ordinem revertentes, ac eas, quæ ex lectione librorum Lutheranorum, et similium prohibitorum excommunicationem, et forsitan etiam irregularitatem quomodolibet incurrerint, Ordini prædicto recipere, et eos in foro conscientie dicta Apostolica auctoritate absolvere, et cum eis, ac qualibet earum super ipsa irregularitate eadem auctoritate Apostolica dispensare.

§. 6. Et ne locorum distantia animarum saluti obesse valeat, et supradictis quinquaginta Prioribus, per te, ut præfertur pro tempore electis, viginti Priores, quos ad hoc conscientia tua magis idoneos judicaverit, qui pariter Personas dicti Ordinis, et quamlibet earum ab omni vinculo Excommunicationis, ut præfertur absolvere, et cum eis, ac qualibet earum super irregularitate per eas incurta dispensare eadem auctoritate Apostolica possint, eligere, et nominare valeas etiam eisdem auctoritate, et tenore, concedimus, et indulgemus. Non obstantibus præmissis, et Constitutionibus, et Ordinationibus Apostolicis, nec non Domorum, et Ordinis prædictorum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, Consuetudinibus, necnon omnibus illis, quæ Prædecessores præfati in eorum litteris voluerunt non obstare, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud S. Petrum sub annulo Piscatoris die XXIII. Decembris MDXLIII. Pontificatus nostri anno X.

*A tergo.*

Dilectis filiis Petro moderno Majoris Cartusie Gratianopolitane Diocesis, et aliis aliarum Domorum Prioribus, ac Fratibus, et Personis Cartusiensis Ordinis.

## LXI.

Exemplum Decreti (1), per Regiam Cameram Summarie an. 1544. expediti, quo cautum fuit Monasterium S. Stephani de Nemore non debere taxari pro Adhois, & sua Casalibus esse immunia ab omni jurisdictione.

*Ad ann. 1544.*

Die XXII. Martii 1544.

Super Mandato expedito per Regiam Cameram Summarie contra Venerabile Monasterium S. Stephani de Bosco Ordinis Cartusienium super Adhois petitis, & taxatione Adhois, pro terris, seu Casalibus Spatulæ, Serræ, Bumbugi, Montauri, & Gasparinæ Provinciæ Calabriae Ultra, & aliis, prout in Mandato, & actis latius continetur.

Visis per Magnificum Dominum Franciscum Reverterium; U. J. D. & Præsidentem dictæ Regiæ Camere privilegiis productis ex parte dicti Venerabilis

(1) Ex Copia ejusdem authentica in Archivo laudatæ Cartusie Sanctorum Stephani, & Brunonis de Nemore asservata in pergamena, ubi in fine ita legitur: Præsens Copia decreti, extracta est ab ejus Originali Decr. per me Bartholomæum Feltrium Scribam Regiæ Camere Summarie, quod Originale conservatur penes Jacobum Anton. de Penna Officiale dictæ Ca-

meræ, & facta collatione de verbo ad verbum concordat, meliori semper salva; Et in fidem &c. Magnificus Magister Actorum dictæ Camere ipsam sua propria manu subscripsit, sigillumque ejusdem Camere apposuit consuetum. Datum Neapoli in eadem Regia Camera die XXII. mens. Martii MDXLIV. Joannis Paulus Crispus Mag. Actorum. Adest Sigillum.

lis Monasterii super concessionibus factis dictarum Terrarum, seu Casalium Spatulæ, Serræ, Bumbugi, Montauri, & Galparina per Retroprincipes, & Reges hujus Regni expeditis, v3; Comitis Rugerii Imperatoris Friderici, et confirmationis expressæ per Cæsaream Majestatem per quæ clare apparet, quod dicta Casalia, seu Terræ fuerunt, et sunt penitus libera ab omni solutione, et servitio, et burgenatica; fuit per eandem Cameram facto, verbo de eisdem per dictum Dominum Franciscum Revorterium omnium consensu, et decretum dictas Terras seu Casalia fore, et esse burgenatica, et tanquam burgenatica non debere taxari pro dictis Adhois; et per consequens dictum Monasterium non esse molestandum pro causa prædicta. Hoc suum etc.

Consensu, Nardus Antonius Pronotarius etc.  
Joannes Paulus Crispus Magister Actotum etc.

## LXII.

## Ordinatio Capituli Generalis Cartusianorum ex Charta anni 1544.

*Ad anno 1544.*

**E**T quia ubi gubernaculum disciplina negligitur, et contemnitur, restat, ut Religio, et observantia periclitetur, et divina Majestas graviter offendatur, cum dolentes valde audiverimus in eadem Domo contra omnem formam juris, Decreta Sedis Apostolicæ, Statuta, et ordinata Capituli Generalis, et ultra quam facultates Domus sustentare valeant, tantas ibidem fuisse receptas puellas, itaut locus Chori, Dormitorii, Refectorii ipsius Domus pro tot Sororibus minus sufficiens reddatur, et omnes Sorores stalum, seu sedem in Choro habere nequeant, et in divinis horis persolvendis magna sit confusio, et ubique abusus; maxime cum ipsa receptio supernumeralis sit ipso jure nulla. Et præter id ad majus detrimentum, et ruinam Regularis observantiæ, et honestatis, sicut experientia docuit, contra juris, et Ordinis ordinata, plures jam Moniales sibi fieri fecerunt cameras, et caminos, et multo plures reædificare, et construere conantur; Nos Diffinitores Capituli Generalis, ex diversis mundi partibus uno spiritu in unum per Christum congregati, matura consilii deliberatione præhabita, attendentes, quod periculosum, ac ridiculum sit traditiones Sanctorum Patrum absque legitima, et rationabili causa immutare, declaramus formam juris, Decreta Summorum Pontificum, sub Censuris formidandis facta, Statuta Ordinis, ac Capituli Generalis salubriter ordinata esse reverenter, et firmiter tenenda, et observanda: Et ad formam illorum prohibemus, ne de cætero aliqua puella minoris ætatis decem, vel duodecim annorum, et ultra numerum statutum Monialium, quam facultates Domus nutrire, et sustentare possunt, quovis modo ibidem recipiatur: nullæ cameræ, vel camini de novo ædificentur, aut jam ædificata perficiantur, vel reparentur. Declarantes ne super annum in contrarium Reverendus Pater Cartusæ, quidquam decernere habeat, quousque sequens Capitulum Generale consulta S. Sede Apostolica super his aliter divino honori, et animarum saluti pro-viderit.

R.D.

## LXIII.

R. D. Petri Marneſ Leidenſis Majoris Cartuſiæ, ac totius Ordinis Generalis Prioris ordine XXXVI.  
 Epiftola, ad S. Ignatium Societatis Jeſu Præpoſitum, de participatione ſpiritualium bonorum inter ambos Ordines conſtabilienda.

*Ad ann. 1544.*

Frater Petrus humilis Prior Majoris Cartuſiæ, cæterique Definitores Capituli Generalis Ordinis Cartuſienſis, Reverendo in Chriſto Patri, ac devotis Viris Dominis Ignatio Præpoſito, ſuiſque Fratribus novæ Societatis nominis Jeſu ubilibet locorum conſtitutis, ſalutem, quam præparavit Deus diligentibus ſe.

**A**udita fama odorifera, Fratres in Domino dilectiſſimi, de veſtra exemplari converſatione, ſalutari doctrina, & voluntaria paupertate, cæteris virtutibus, quibus in tenebris noſtri deplorandi ſæculi refulgentes, perhibemini homines in via perditionis errantes ad arctam viam ſalutis revocare, vacillantes ſtabilire, ſtantesque ad proficiendum in virtutibus ſtimulare, at magnum in Domino Eccleſiæ Catholice fructum afferre, gavifi ſumus in Domino, gratias illi agentes, quod in tanta deſolata Eccleſiæ calamitate, qua præmimur, excitare dignatus eſt, et mittere novos operarios in vineam ſuam, recordatus miſericordie ſue. In quo quidem ſancto opere cupientes vobis pro noſtro modulo cooperari, fraternitatem veſtram obſecramus per charitatem ejus, qui pro vobis non dubitavit animam ſuam ponere, ne in vacuum gratiam Dei recipiatis; ſed in ſancto propoſito perfeverantes, in omnibus exhibeatis vos ſicut Dei miniſtros in multa patientia, non deficientes inter labores, pericula, et perſecutiones, quæ omnibus pie vivere volentibus occurrere ſolent: tempore enim ſuo metetis non deficientes. Et nos Fratres, ſi quid poſſumus apud Dominum divinis ſacrificiis, orationibus, abſtinentiis, cæterisque piis exercitiis, quorum omnium vobis, et ſueceſſoribus veſtris, in vita pariter, et poſt mortem ſingularem concedimus participationem, veſtris piis orationibus libenter cooperabimur in Domino, poſtulantibus, ut nos viciffim in orationum, et bonorum participatione commendatos ſuſcipere dignemini. Datis Cartuſiæ, ſub ſigillo noſtro Anno Domini 1544. Feria V. poſt Dominicam Captate. Sedente noſtro Capitulo Generali.

Ordinationes Capituli Generalis Ordinis Cartuſienſis  
 anni 1545.

*Ad ann. 1545.*

## I.

**L**ibri omnes per Summum Pontificem, Cæſaream Majeſtatem, Catholicas Univerſitates, & Capitulum Generale prohibiti, ex toto Conventu eliminentur, et in manus Commiſſarii noſtri Viſitatoris Alemanniæ inferioris tradantur, ut cum ipsis, quod illi viſum fuerit, agat.

## II.



## II.

Priorem Domus N. licet conversatio illius non sit talis, qualem nostra vocatio & salus animarum requirat, in officio usque ad sequens Capitulum continuamus sub spe perfectæ emendationis eorum, quæ in manus Commissariorum Reverendissimi N. & Visitationum Provincie promisit, & per Notarium scripta nobis allata sunt. Qui nisi de præteritis emendaverit, & Capitulum proximum de Curia vendita in Estefeldt scriptis suis legitime informaverit, sciat se pro meritis suis proximo Capitulo tractandum.

## III.

Et D. N. ibidem professus stabiliat se, & suis indecentibus scriptis Capitulum Generale de cætero molestare non præsumat, neque R. Patrem nostrum super annum; alias graviter punietur.

## LXV.

Relazione de' Magnifici D. Gio: Bruno Razionale, e D. Antonio Chiarito Archivarjo della Camera della Sommaria intorno alla ricognizione fatta de' Diplomi della Real Certosa di S. Stefano del Bosco in Calabria, al Regio Configliere Signor D. Onofrio Scaffa, Spettabile Consultore del Regno di Sicilia, Presidente della Regia Camera, e Commessario.

*Ad ann. 1545.*

**E**ssendosi nel dì 30. del mese di Gennaro del corrente anno riferita in questo Tribunale dal fu Presidente D. Filippo Corvo la causa tra il Regio Fisco, e Denuncianti, colla Real Certosa di S. Stefano del Bosco circa le' pretensioni fiscali sopra li Feudi di Spatola, Serra, Montauro, Gasparrina, Bivongi, e Monte Pavone, posseduti da essa Certosa: dal magnifico Dottor D. Carlo Franchi Avvocato della medesima si disse in Ruota, che prima di passar avanti nell' accennata causa, faceva istanza di riconoscerli i Regali privilegi attenentino a suddetti Feudi, e comechè i medesimi Reali privilegi si erano di già trasportati in questa Capitale, ed esistevano nell' Ospizio de' RR. PP. Certosini sito nel luogo denominato S. Maria Spina Corona, o sia Incoronata, perciò domandò che colà coll' intervento del Signor Marchese Cito spettabile Luogotenente della Regia Camera, del Signor Presidente Commessario, e del Signor Avvocato Fiscale del Real Patrimonio si fossero riconosciuti, ed esaminati i suddetti privilegi, affinchè in ogni futuro tempo non si possa più difficoltare la di loro sussistenza, e validità, per il di cui effetto ne aveva il magn. Procuratore di detta Real Certosa presentata una forma l' istanza.

Esaminatafi dal Tribunale la domanda suddetta, con decreto del soprascritto giorno fu decretato: che la domandata ricognizione si praticasse da noi sottoscritti coll' intervento del Signor Marchese Luogotenente, Signor Presidente Commessario, e Signor Cavalier Vargas Macchiucca Avvocato Fiscale del Real Patrimonio, come dal decreto in questi atti fol 147.

Per esecuzione del qual decreto nella mattina di Venerdì 9. del corrente si fece l' accesso del divisato luogo, nel quale oltre le persone del detto Signor Marchese

chese Cito, di V. S., come Commessario, e del Signor Cavalier Vargas Macchiucca Avvocato Fiscale del Real Patrimonio, intervenne ancora il magn. Procurator Fiscale del Real Patrimonio, il Magn. Secretario della Regia Camera, ed il Magn. D. Domenico Pelusio, Avvocato destinato da S. M. ( Dio guardi ) alli denunciati Domenico Gian Giacotti, e Santo Timpano, i quali parimente assistarono. Ed in primo luogo fu esibito il privilegio del Re Guglielmo II. spedito nella Città di Palermo nel mese di Febbrajo 1173. settima indizione.

Altro privilegio dell' Imperador Federico II. colla data in Brindesi nel mese di Marzo 1224. 12. indizione.

Altro dell' Imperador Carlo V. spedito in Ispruchas del mese di Giugno 1530.

Una voluminosa Platea formata d' ordine del detto Imperador Carlo V. dal Dottor D. Nicolò Angelo de Amectis incominciata nel 1533. e compita nel 1533.

E finalmente fu esibito un privilegio conservatorio dell' istesso Imperador Carlo V. colla data nel Castello nuovo di questa Città di Napoli spedito all' ultimo del mese di Gennajo 1536.

In sequela avendo il suddetto magnifico Avvocato D. Carlo Franchi rappresentate le ragioni, per le quali credeva, che li mentovati privilegj, e Platea fossero bastevoli a porre in sicuro la giustizia della Real Certosa, dal Signor Cavalier Vargas Macchiucca Avvocato Fiscale del Real Patrimonio si disse, che tre cose doveansi considerare, ne' suddetti documenti esibiti; La prima riguarda la verità estrinseca de' medesimi; la seconda la verità intrinseca, e la terza l' interpretazione. Che a Periti spettava riconoscere la verità estrinseca colle necessarie osservazioni, e comparazioni, dove si potevano avere monumenti autentici. Che i Periti dovevano confrontare le copie di detti Documenti sistenti negli atti coll' originali, e vedere se sono uniformi, e trovandosi qualche difformità, notarla, con tutto il dippiù, che stimeranno colla di lor perizia. In quanto poi alla verità intrinseca, nascente da tempi, da anacronismi, da formole, dallo stile, e da altre circostanze, che si sogliono considerare in questi casi, si anderanno parimente riflettendo, e considerando, e dopo la relazione de Periti, si riserbava egli di mettere sotto la considerazione de Signori Ministri quelle riflessioni, che stimerà proprie per difesa della ragion Fiscale. L' interpretazione poi è parte tutta del Tribunale, e niente vi ha che fare la perizia. Onde a tempo suo egli anche fu di ciò ne darà le preghiere all' istesso Tribunale; siccome il tutto si rileva dall' atto del magn. Segretario in questi atti fol. 256. ad 258.

Dopo di che s' incominciò la ricognizione de' cennati privilegj, e platea, quali essendosi minutamente considerati, osservati, e riconosciuti, si diè a noi l' incarico di esaminarli, e riferire quell' occorre.

Essendoci per tanto seriamente applicati al divisato esame, abbiamo stimato per prima collazionare i suddetti originali privilegj colle copie date alle stampe, e presentate per parte di detta Real Certosa negli atti della presente controversia, e così anco praticare per la platea per quelle particole anco in stampa, sistentino negli suddetti atti.

In quanto a privilegj di Guglielmo II. Federico II. e Carlo V., questi concordano colle copie in stampa presentate negli atti suddetti intitolati, Atti tra l' Università, e Cittadini della Serra colli RR. PP. Certosini &c. fol. 338. ad 349., e riserba di alcune poche parole, che non sono intelligibili, ma che non possono alterare la sostanza de' medesimi privilegj, e nella copia del privilegio dell' Imperador Carlo V. fol. 348. a r. loco signato, vi è aggiunta una parola dittante, *aque*, che non si vede nell' originale.

Per la platea formata nel 1534. dal Dottor D. Nicolò Angelo de Amectis d' ordine dell' Imperador Carlo V. Questa ocularmente si vede esser antichissima in carta pergamena, consistente in fogli scritti num. 288. Dal foglio primo sino al foglio 267. si descrivono tutti gli atti preliminarj, e beni della detta Real Certosa; dal foglio poi 268. sino al foglio 288. si vedono descritti i beni novamente acquistati, e novamente ritrovati.

Incomincia la suddetta Platea nella prima pagina . . *Gloriosus & Omnipotens Deus &c. in principio Mundi &c.*, e nella fine della pagina 267. finisce: *Datum & factum anno de mense, die, loco, Indictione, & Regnantibus præmissis &c.* colla sottoscrizione, e segno del Notar Bartolommeo Levati della Città di Taverna, e Testimonj.

Collazionate le particole in stampa sistentino negli atti suddetti fol. 349. ar. ad 358. a r. colla suddetta platea originale le medesime concordano fra di loro,

a ri

a riferba di alcune parole non sostanziali, che chiaramente si vedono, o esser errore dell'amanuense, o di stampa, come sono appunto *fol. 350.* di detti atti . . si dice nella platea . . *Infra* . . e nella stampa si dice . . *Infra scripta* . . Nel detto foglio 350. si dice nella platea . . *In quo anno* . . e nella stampa . . *intrando* . . Nel foglio suddetto 350. a r. nella platea si legge . . *omne*, e nella stampa si legge *nunc* . . Nel detto foglio nella platea si legge *Ecclesiam* . . e nella stampa . . *Terram* . . Nel foglio 351. nella platea si legge . . *publicam* . . e nella stampa *propriam* . . Nel foglio 352. vi manca la parola . . *existens* . . che nella platea si legge; Nel foglio 354. a r. della copia in stampa manca il nome di Alfonso Tassone, che si legge nella platea originale; e tralasciamo di riferire altri simili errori per non esser troppo prolissi.

Collazionato il mentovato privilegio conservatorio dell'Imperador Carlo V. colla copia in stampa al fogl. 359. concordano fra di loro, e soltanto vi è l'errore seguente. Nell'originale si legge . . *Quam in aliis gratiis, concessionibus, & privilegiis* . . e nella copia in stampa leggesi . . *Quam alias gratias, concessionibus, & privilegia*.

Indi siamo passati all'esame de' suddetti privilegi, e platea, per quello riguarda la di loro antichità, e fatte tutte quelle osservazioni, che in simili occorrenze sogliono, e devono praticarsi: non abbiamo (per quanto oculare ispezione dimostra) rinvenuto alcun vizio, o dubbio della suddetta di loro antichità.

Se avessimo nel nostro grande Archivio, o in altro pubblico luogo rinvenuto qualche originale privilegio del Re Guglielmo II. e dell'Imperador Federico II. si sarebbe da noi proceduto alla comparazione di essi con quelli di sopra descritti, esibiti per parte della detta Real Certosa di S. Stefano del Bosco. Ma come che niun privilegio de' suddetti Serenissimi Regnanti abbiam potuto rinvenire in questa Metropoli, con tutto che fatte ne avessimo delle ricerche nelli Archivj di non poco antichi Monisterj. Però le forme de' caratteri, co' quali essi privilegi scritti sono, le di loro arie, l'ortografia in quelli usata, i pergameni che i medesimi contengono, e finalmente i titoli, che in tali privilegi si leggono usati da menzionati Sovrani, le formole, gli anni di lor regnare, le Indizioni, e gli Uffiziali, che in quelli si vedono intervenuti, sono corrispondenti, così co' due privilegi del nominato Re Guglielmo II. segnati nel 1172. uno spedito a favor della Chiesa di Girgenti in Sicilia, che vien rapportato dal Pirri nella Sicilia Sacra nel *tom. I. fol. 699. e 700.* dell'edizione di Palermo del 1733. e l'altro della Cattedrale di Giovinazzo recato dall'Ughelli nella sua Italia Sacra nel *tom. VII. fol. 725.* dell'ultima edizione; come ancora con due altri privilegi del nominato Imperador Federico spediti uno nel 1220. a favore del Monistero di Monte Casino recato dal Gattola nella sua opera *Accession. ad hist. Abbat. Casinens. tom. I. fol. 290., e 291.* e l'altro nell'anno 1222. della Cattedrale di Teano che si ha nel citato Ughelli in detta sua opera *tom. VI. fol. 563. e 566.* ci fan giudicare, che li medesimi due privilegi fossero stati da' nominati Sovrani segnati; tanto più perchè nel Privilegio dell'Imperador Carlo V., di cui qui appresso doremo far parola da noi esaminato, è verificato, vi è interamente inserito il già detto privilegio spedito dal Imperador Federico II. nel 1224. nel quale tra l'altro leggesi: *Confirmantes ei (cioè alla Certosa) universa privilegia, concessionibus, & libertates, quas ibitam a Rege Rogerio, quam ab aliis Regibus Guillelmo primo, & secundo pia memoria, & divis Augustis Domino Imperatore Herrico, & Domina Imperatrice Constantia parentibus nostris eidem Monasterio sunt indulta &c.*

Non così però è accaduto per i due di sopra descritti privilegi del Serenissimo Imperadore Carlo V. poichè nel nostro grande Archivio si sono rinvenuti quattro privilegi dell'istesso serenissimo Imperadore.

Il primo è della data di Aquisgrana de' 23. Ottobre 1520. di Cavalleria a favore di Pietro di Ambrosio di S. Severino.

Il secondo è dell'istessa data, e luogo, anco di Cavalleria a favore di Luzio Terribile di questa Città di Napoli.

Il terzo è della data nella Città di Bormacia a' 15. Gennaro 1521. e contiene una salvaguardia conceduta a' RR. Canonici Lateranensi nell'Isola di Tremiti nel Regno di Napoli.

Ed il quarto è della data dalla Città di Toledo a 8. Giugno 1525. e contiene la concessione fatta ad Alonso Sanches dell'ufficio della Tesoreria Generale di Napoli.

Esaminatifi da noi i suddetti quattro privilegi, e comparata la sottoscrizione di-

dittante -- Yo el Rey -- con quelle sistentino nelli divisati due privilegi esibiti per la detta Real Certosa di S. Stefano del Bosco, abbiamo riscontrato, che la dittatura così delli quattro, come delli due, sia coetanea, e le suddette sottoscrizioni simili fra di loro, e fatte da un solo scribente.

Non abbiamo potuto comparare l' altre sottoscrizioni sistentino nelli divisati due privilegi della Certosa de' Regenti, ed altri Ufficiali, a causa che nelli quattro privilegi ritrovati nel grande Archivio si osservano le sottoscrizioni di altri Regenti, ed Ufficiali, che non sono in quelli della Certosa, e ciò proviene dalla diversità de' tempi, non essendo i privilegi suddetti contemporanei, e soltanto abbiamo comparata la sottoscrizione del Regente Lofredo, sistente ne' suddetti quattro privilegi, con quella dell' istesso Regente sistente nel privilegio della Real Certosa nel 1536., e l' abbiamo ritrovate simili fra di essi, e parimenti fatte da un solo scribente.

Onde per quanto la nostra perizia ci permette non incontra alcun dubbio nel dire, che i suddetti due privilegi esibiti per parte della Regal Certosa di S. Stefano del Bosco siano simili in tutte le suddette loro parti alli divisati altri quattro privilegi ritrovati nel di sopra menzionato grande Archivio della Regia Camera. Tutto sottoponiamo alla savia giudicatura di V. S. a cui facciamo divotissima riverenza - Di V. S. Napoli 30. Giugno 1758. - Divotissimi obbligatissimi Servitori il Razionale Gio: Bruno - Dottor Antonio Chiarito Regio Archivario del Tribunale della Regia Camera.

### MANTISSA AD APPENDICEM I.

*Quoniam in colligendis monumentis, quæ ad Cartusiensem Historiam illustrandam conducunt, ipsa rerum varietas, atque improbus in expiscandis veterum fragmentis labor, confusionem gignere solent; hinc factum est, ut inter occupationes, quibus distineor, & urgentium operarum typographicarum festinationem, nonnulla monumenta e loco suo exciderint. Ea igitur, ne temere omitterentur, heic apponenda duxi; quæ sane Lector ex adscripto anno suis singula locis per se ipse referet.*

## I.

Ordinatio Capituli Generalis anni 1524. Ex  
 charta ejusdem.

Ad ann. 1524.

Quamvis multis & arduis sub hoc generalis Capituli confesso negotiis prægravamur, & curis pene innumeris distringimur, operosiori tamen mentis sollicitudine, a majori labore incumbimus circa eos, quos per inopiam spiritus aut infirmitatem carnis a suæ salutis tramite aberrare cognoscimus. Hinc est, quod relatione plus quam veraci didicimus, & evidentiâ factorum in dies colligimus, quosdam nostræ Cartusianæ vocationis professos, aut damnata cujusdam Lutheri doctrina, corruptos, aut sua concupiscentia abstractos, & illectos a nostra Religione apostatasse, & velut canes ad suum vomitum reverbos, in gravissimam Divinæ bonitatis offensam, animarum suarum jacturam, multorum scandalum, & nostræ Religionis ignominiam. Quæ licet ita se habeant, Christiana commiseratione commoti, nolimus paternæ justitiæ flagella, sed indulgentissimæ matris ubera errantibus oviculis nostris porrigere. Hortamur itaque eos, qui istiusmodi sunt, & in visceribus Jesu Christi obsecramus, ut ab erroribus, quibus se inseruerunt, ad agnitionem veritatis redeant, & ad Cartusianam Religionem, suæ salutis ovile revertantur, ut qui, Deo permittente ad oram discesserunt, in æternum Deo, & Ordini adhæreant. Quod si fecerint, omnes Priores, Rectores, atque alias quascumque nostræ Religionis personas monemus, ut pientissimi Jesu Christi vestigia imitantes, omnes & singulos de via perditionis ad suarum professionum Domos revertentes, sinceræ charitatis affectu excipiant; stola suæ professionis, licet temere per eos abjecta, rursus eos induant, & fraterni amoris obsequia eis impendant. Si vero hac tanta lenitate & gratia sponte sibi per nos oblata, ad cor redire, & a diaboli laqueis se explicare noluerint, sed pertinaci furore excæcati amplius adhuc in peccatorum suorum sordibus sordescere, & curam carnis in desideriis agere velint, nec circa salutem eorum dormitasse videamur, quæ Juris & Statutorum nostrorum sunt insequentes, per viam justitiæ procedere decrevimus. Quapropter monemus & in virtute Sanctæ obedientiæ præcipimus omnibus nostri Ordinis Visitatoribus, Prioribus, ac cæteris Officialibus, ut juxta formam juris & nostrorum Statutorum tenorem, cum omni diligentia, zelo, atque labore, invocato etiam ad hoc si opus fuerit brachio seculari, omnes a nostra Religione apostatantes, auctoritatem Ecclesiæ Romanæ contemnentes, & Constitutiones ejusdem verbo & opere detestantes, capiant, vel capi faciant, captos firmis carceribus intrudant & custodiant, donec Capitulum generale vel R. Pater de eorum contritione & ementationis proposito informatus, de ipsorum statu ordinaverit vel dispensaverit; & eandem poenam sustineant ejusdem Lutherianæ doctrinæ fautores & defensores. Qui vero ad Dei, & Ordinis obedientiam sponte redierunt, erunt sine voce in tractatibus, & ubique in Conventu ultimum locum tenebunt ad Ordinis voluntatem. Hanc autem duplicem, misericordiæ scilicet & justitiæ, viam illis impendimus, ne, quod ab sit, cum ipsi perversa sua voluntate perierint, sanguinem ipsorum de manu nostra requirat Dominus. Et quia in hujusmodi & aliis animarum periculis & adversitatibus constituti, solemus pro remedio & consolatione, ad Deum preces nostras effundere, ideo pro errantium Fratrum nostrorum salute, & Regum, & Principum Christianorum pace & concordia, singuli devote Deum orent, & in omnibus Missis privatis de vivis, dicatur Collecta *Deus qui corda*, vel *Prætere* in plurali *Famulorum tuorum*, usque ad sequens Capitulum generale.

## II.

Incipit quidam Tractatus Statutorum Ordinis Cartusienſis  
pro Novitiis ejuſdem Ordinis, proficere in ipſius  
obſervantiis conſuetis cupientibus valde  
utilis, & neceſſarius (1).

Ad ann. 1531.

**I**ntrantes Eccleſiam Novitii capucia remove ſicut cæteri debent, uſque ad ſe-  
des ſuas, nudatis capitibus incedentes: ſimiliter cum exire Eccleſiam contige-  
rit, capucia remove debent, ſignantes ſe. Ingreſſi vero Eccleſiam, & in Cho-  
rum, in medio inclinient reverenter ad Sacramentum deſuper altaris, deinde Prio-  
ri, ſi tranſeant coram illo: item tunc ſtent in ſedibus ſuis verſa facie ad altare,  
donec ad miſericordias, vel ſuper formulas, prout tempus poſtulat, inclinient. A  
laudibus enim Vigilæ Natalis Domini uſque in craſtinum Octabarum Apparitio-  
nis, & a Paſcha in craſtinum octabarum Pentecoſtes, & in infra octabas corporis  
Chriſti, Aſſumptionis, & Natalis B. Mariæ, & in feſtis XII. Lectionum ad miſeri-  
cordias inclinamus, omni vero alio tempore procumbimus ſuper formulas. Quam-  
diu autem ſuper formulas, vel miſericordias inclinamus, ab omni ſtrepitu, ſic in  
Canone Miſſæ, quantum poſſimus, abſtinemus. Et in Eccleſiam intrare, vel per  
Chorum tranſire caveamus. Si autem contigerit, quando intramus, vel eximus, dici  
Gloria Patri, vel Gloriam hymni, vel Dominus vobiscum, ad Miſſam, ubicum-  
que ſumus, ſtatim inclinamus, caventes, ne alicui dorſum in faciem vertamus.

Cum ſoli aliquid in Eccleſia dicimus, & cum dicitur Pſalmus Te Deum, &  
quoties pronuntiatur Evangelium, & cum dicitur Pſalmus Benedictus, Pſalmus  
Magnificat, ac etiam Pſalmus; quicumque vult, Conſiteor, Kyrie eleyſon ad Miſ-  
ſam, Gloria in Excelsis, Credo in unum; & quoties incipitur hymnus Veni crea-  
tor Spiritus, omnes capucia removemus.

Cum autem dicitur Alleluja, Veni S. Spiritus, genua ſectimus. Surgentes a  
venia ſtamus recti. i. non innitimur hinc, vel inde.

Item quoties ſine capuciis eſſe debemus, non innitimur, ſive faciem habemus  
ad Altare, ſive non; excepto Sacerdote; cum dicit Benedictiones, & cum dicit  
preces, & orationes in ſede ſua, vel ſuper formas; & cantore hebdomadario  
ad ſuffragia S. Joannis, & omnium Sanctorum; & etiam toto Conventu, cum  
dicitur Conſiteor.

Cum Sacerdos dicit orationem in ſede ſua, vel ſuper formas, eo ſurgente,  
ſurgimus omnes poſt Benedicamus Domino, vel Requieſcant in pace. Cum vero  
eſt ad lectorium, ſurgimus, cum dicitur In unitate Spiritus Sancti. Ad Miſſam  
autem, ad orationem ante Epistolam, donec reſponderemus Amen, non deponimus  
ſedes noſtras.

Ad orationes in fine Miſſæ ſurgimus, cum dicitur In unitate Spiritus ſancti.

In Canone Miſſæ, niſi neceſſitas aliud cogat, faciem noſtram capucio totali-  
ter cooperimus: alio vero tempore in omnibus locis, ita ut facies noſtræ appa-  
reant, capucia noſtra tenere debemus.

Oculos autem noſtros ſemper, & ubique, maxime vero in Eccleſia, & in  
Reſectorio tenere nos convenit, ne nobis murmurandi, aut detrahendi materiam  
offerant, aut ridendi.

Manus noſtras in Eccleſia, & ubique cum ſumus ſine Capa extra Cucullam,  
& ſimul habere debemus, niſi cum aliquid tenendum eſt nobis, vel agendum.

Nec

(1) Ex Cod. MS. in Biblioth. Cotton. ſub  
effigie Neroniſis A. 3. fol. 130. Auctore P. D.  
Joanne Obiit die 16. Novembris anni 1531.  
Barmanſonio Londinen. Cartuſ. Priore, de quo

Piſteus Nicol. Brigam. Anton. Poſſevia. &  
Theod. Petrejus Biblioth. Cartuſ. fol. 157. Extat  
apud Monafterium Anglican. a pag. 951. ad 959.

Nec debemus tenere digitos complexos, & connexos.

Cum Capas habemus in Choro, vel alibi, quando inclinamus, vel quando sedemus, oras Capæ hinc inde ante genua nostra complicare debemus, nisi tenemus aliquid, vel agamus.

Tibias pedum non nimis debemus extendere, divaricare, vel cancellare.

Nec debemus, dum Psalmodia dicitur, libros alios revolvere, nec ad hospites vage respondere.

Item quando soli fallimus .i. quando deficimus, veniam accipimus super formam. Cum liber nobis cadit, vel eum cadere facimus, veniam accipimus super formam. Quando inclinandum est, si non inclinamus, nisi cum pulsati a socio, non debemus moleste ferre, sed veniam accipimus.

Cum ad Missam non sumus, ad Confiteor venientes ad sedes nostras, veniam accipimus super formam. Similiter facimus, cum orationi non interfumus, quæ sit ante horam.

Caritatis Horis Prior de Ecclesia primus exiit, nisi aliqua necessitas eum remanere compellat. Post Priorem, primus in Ordine, deinde cæteri per ordinem.

Semel in die, non tamen in Conventu ascendentes ad gradum Altaris, genua flectimus.

Qui fragilitatem incurrunt, quamvis inde confessi fuerint, non debent tamen ea die gradum majoris Altaris ascendere, nec etiam ibidem veniam sumere.

Quando incipimus ad Vesperas hymnum Ave maris stella, veniam accipimus in Ecclesia super formas, alibi prout opportunitas fuerit. Similiter facimus ad singula eorum, quæ subsequuntur, scilicet Ave Maria, sive sit Invitatorium, sive Responsorium, seu Versiculus, vel etiam Offertorium; necnon & ad Salve Sancta parens, atque Salve Regina.

Item quando incipitur Veni S. Spiritus; & in Lektionem quodam dicimus Ave gratia plena, similiter veniam accipimus.

Item in Letania Paschæ, & Pentecostes, cum pronunciatum Sancta Trinitas, veniam accipimus; nec surgimus, donec dictum sit Sancta Maria ora.

Item veniam accipimus, cum incipimus versum O crux ave spes unica. Similiterque facimus in Parasceve, cum incipitur a Diacono Antiphona Nos autem; & cum incipimus Hymnum Veni Creator Spiritus, & etiam in Natali Domini, quando incipitur Invitatorium Christus natus est.

Item quandocumque Corpus Domini nobis præsentibus portatur ad communicandum, ubicumque sumus, veniam accipimus. Inclinamus nudatis capitibus versa facie ad Altare, cum ante Evangelium signantes nos dixerimus Gloria tibi Domine; & quando inceptum est Gloria in excelsis Deo, Credo in unum, & quando gradum Altaris ascendimus, & cum transimus ante Altare.

Sed & quando Capitulum, vel etiam Refectorium intramus, inclinamus ad Crucem.

Inclinamus super misericordias, quando dicitur Gloria Patri; nec surgimus, donec dictum est Spiritui Sancto. Eodem modo inclinamus, quando post Evangelium dicitur Antiphona Te decet laus. Et quando in Gloria in excelsis Deo dicitur Adoramus te; & in Credo in unum, quando dicitur Simul adoratur; Et cum post Offertorium Sacerdos vertit se ad populum dicens: Orate Fratres, & quando post Præfationem dicitur Sanctus; & quando preces, & orationes ad matutinas, & horas dicuntur in diebus festivis, & omni tempore cum ad Missam dicuntur orationes. Tamen quando sacratum aqua benedicta, & ad primas orationes, quæ post Passionem dicuntur in Parasceve, stamus versa facie ad Altare. Procumbimus vero diebus ferialibus super formas ad Pater noster ante horæ initium, & ad Gloria Patri, nec surgimus, donec dictum sit Spiritui sancto. Similiter facimus ad preces, & orationes, quæ ad Matutinas, & horas dicuntur, & in spatio Missæ, quod est inter Sanctus, & Agnus Dei; in quo festivis diebus stamus versa facie ad Altare.

Quoties nomen Jesu, vel nomen Mariæ pronunciamus, vel audimus, modice, ac reverenter inclinamus. Confimiliter quoque facimus Priori ad lectionem eunti, vel redeunti, vel cum ante eum transimus; & cum Prior ad aliquos venit, assurgitur ei. Item quando in Credo dicitur Et homo factus est, prosternimus nos in terram osculantes. Et confimiliter facimus post elevationem Corporis Christi, nec surgimus, donec calix deponatur. Item post Agnus Dei, data pace, prostrati in terram oramus. Tribus autem I. Nocturni versibus explicatis, ille qui requisitus est, Chorum intrare non potest, nisi Prior, aut Vicarius innuat. Expleto I. Psalmo, non

non ingreditur, nec vocatur. Ad Missam quilibet intrare potest semper usque ad Evangelium. Item quod nullus, quamvis sit Sacerdos, quando est solus dicit: Jube Domine benedicere; benedictio tamen non omittitur. Cantatis Nocturnis breve facimus intervallum, in quo spatio, qui voluerit, remanere potest in Choro stans, vel sedens, non autem ad venias accipiendas. Item debemus cavere, cum simus ad Lectorium, & ubique, ne molestum strepitum faciamus, folia revolvendo vel aliquid aliud agendo. Item tempore Matutinarum, in quibus ante Laudes sit intervallum, nulli extra Ecclesiam ire licet, nisi necessitas cogit. Item spatium quod est inter Matutinas, & Tertiam, dici omnibus diebus, spiritualibus exercitiis mancipatur. A Tertia autem usque ad Sextam, & a Nona dicta usque ad Vesperas, tempus, quod in eis est, manualibus deputatur operibus. Quæ tamen opera, semper volumus, saltim brevibus orationibus interrumpere. A Vesperis autem usque ad Completorium spiritualibus operibus intendere debemus. Item in Quadragesima tamen usque ad Completorium licet manualia operari. Porro spaciis operi deputatis utilitatem lectionis non intendimus excludere. Post Completorium dictum statim debemus ire dormitum: Moremur autem horis ad quietem deputatis dormitioni, magnum impendere studium, quatenus temporibus cæteris, alacriter vigilare possimus. Disciplinas, vel vigiliis, seu quælibet alia Religionis exercitia, quæ nostræ institutionis non sunt, nulli nostrum facere licet, nec etiam abstinentias, nisi quæ ab Ordine constitutæ sunt. Novicii, sicut & cæteri, ad Missas privatas fervientes, cum cuculla Ecclesiastica servire teneantur. Novicii in Conventu non celebrent; & si in Missarum celebratione, & observantiis regularibus formæ Ordinis se noluerint conformare; vel si in sustinenda opinione sua fuerint obstinati, vel in modo vivendi fuerint singulares, ad professionem nullatenus admittantur. Novicii si habent unde provideant in Noviciatu de vestibus sibi ipsis, & de cæteris necessariis. Item non debent in Ecclesia post Conventum nimiam moram facere, nisi necessitate cogente, vel in Claustro post alios deridere, & dissolutionem signis, vel factis ostendere, nec susurrare in Conventu, vel clamorosi esse in loquendo, nec præoccupare aliorum verba, antequam finita fuerint, & plena atque perfecta. Item cum imus ad Ecclesiam, vel ad alium locum, non debemus leviter retro respicere.

#### De Cella, & Silencii observatione.

Horas in cella alterius nobis dicere non licet, nisi operemur cum illo. Item in Cella temporibus orationi deputatis ab omni strepitu molesto caveamus, & in tempore dormitionis. Item non debemus clamorose dicere Pater noster in Ecclesia, ne impediamus alios, nec etiam horas, vel alias orationes dicere in cellis, unde possit molestia alicui oriri. Item reprehensibiles sunt, qui nolunt opera manualia aliquando exercere; quia sic legitur in Vitis PP.

Nunc lege, nunc ora, nunc cum fervore labora.

Sic erit hora brevis, & labor ille levis.

Item ab exaltatione S. Crucis usque ad Pascha in spacio, quo Lector Refectorii refectorem accipit Nonam B. Mariæ dicimus in Cellis, aut aliis spiritualibus exercitiis occupamur, quousque ab eodem Lectore Nona B. Mariæ prius in Ecclesia dicta, pulsetur ad horam. Nullus ostium Cellæ tenet apertum, nisi cum aliquis est cum eo. Cum duo, aut plures in una Cella fuerint, primum ostio penitus aperto, secundum ex toto non claudatur, nec ullatenus obseretur. Cellæ incolam, i. habitantem diligenter ac sollicitè debet vigilare; nec aliquas occasiones egrediendi foras machinetur, vel recipiat, exceptis qui generaliter instituti sunt: sed potius sicut aquas piscibus, & caulas ovibus, ita suæ salutis, & vitæ Cellam deputet necessariam, in qua quanto diucius moratus fuerit, tanto libentius habitabit, nam si Cellam frequenter, & levibus de causis exire consueverit, cito habebit eam exosam. Et ideo post Nonam, die colloquii petenda, debet petere, & accepta tota diligentia custodire. Si vero pane, & aqua, potu, vel igne caruerit, vel insolitum strepitum, aut clamorem audierit, vel periculum ignis institerit, tunc licet ei silentium solvere. Si aliquis importunus ad Cellam venerit volens loqui, vel intrare nobiscum, interrogatur prius si Prior jusserit, sic dicendo: Habetisne licentiam a Priore. Si dixerit Non mittimus eum ad pincernam, vel ad portariam, ut aliquis eorum impetret licentiam a Priore, si possit inveniri, vel a Vicario, ucc



nec amplius cum illo loquimur, etiam si sit germanus, quousque habeat licentiam a Prioro, vel Vicario. Si vero ex nostris ad Cellam venerit aliquis volens loqui, vel intrare nobiscum, ibi interrogatur prius, si Prior iusserit: aliter ad colloquium non recipitur, nec intrare permittitur, nisi talis fuerit, de quo sit credendum, quod sine licentia non venerit.

Cum aliquis est in alterius Cella, vel alibi per licentiam, audito Completorio, statim recedere debet, nisi maiorem moram faciendi speciale mandatum habuerit. Nullus autem ad fenestram, & ad ostium prati, vel ciniterii debet venire ad colloquium, etiam si dixerit se habere licentiam colloquendi.

Cum aliqui habent licentiam colloquendi, vel cum simul operantur, ipsi quidem loquuntur ad invicem, sed non cum supervenientibus, nisi Prioro presente, aut iubente, nec in alterius Cella nullus, nisi licentiam habeat, ingrediatur.

Quicumque ea, quæ dicit, affirmaverit jurando simpliciter per Deum, per fidem, per Christum, sic Deus me adjuvet, aut alio modo simili, audiente uno, vel pluribus, statim ubicumque sit, veniam accipiat; & si pro hoc consuetudine faciat, gravius puniatur. Juxta voluntatem nostram nocturnis utimur solatibus; custodientes tamen eos a cæno, & a pluvia, & nive quantum possumus.

Petere, accipere, donare, vel litteras recipere, vel mittere sine licentia non debemus. Exire de Cella, nequaquam conceditur, nisi cum ad recordationem, vel jussu Prioris ad aliquod colloquium evocamur. Et ad Ecclesiam statutis horis convenimus, exceptis paulo ante in hoc extractu recitatis.

Coquinam .i. Potagium non debemus in Cellis usque in crastinum, nec etiam usque ad cenam sine speciali licentia reservare; herbas vero crudas, & fructus quamdiu volumus retineamus.

### De Utenilibus Cellæ.

Novicii, si habent, provideant, se in Noviciatu de vestibus, & aliis necessariis. Item ac accipit incola Cellæ ad lectum pallium filtrum, si possit habere; si autem grossum pro eo pannum simplicem, non duplicatum; pulvinar cotum, vel coopertum de grossissimis ovium pellicibus, & panno grosso coopertum. Ad vestitum autem duo cilicia, duas tunicas, duas pellicias, unam deteriorem, aliam meliorem; duas similiter cucullas, duo paria caligatum, tria paria pedulium quatuor pelles, capam, solulares nocturnos, & diurnos, faginam ad unguendum; lunbaria duo, cingulum, optima canebia, & grossa. Et quidquid profus ad lectum, vestitumque pertinet, cujus grossitudinis, colorisve sit, non curabit Subditus, vel Prelatus. Liceat tamen Prioribus, & aliis extra terminos euntibus, vestes habere aliquantulum meliores, & pro necessitate leviores, quam habent hi, qui domi resident, in quibus, sicut in aliis, omnis curiositas, & accuratio devitetur. Cum enim ad omnes Monachos, tamen maxime ad nos humilitatem, attritionemque pannorum, & univororum, quibus, utimur utilitatem, paupertatem, & abjectionem certum est pertinere. Habet etiam Cellæ habitator acus duas, filum, forfices, pectinem, novaculum ad caput, cotem, vel calculum, & corrigiam ad acuendum. Ad scribendum vero scriptorium, pennas, cretam, pumices duos, cornea duo, scalpellum unum ad radenda pergamena; novaculas, sive rasoria duo, punctorium unum, subulam unam, plumbum, regulam, postem ad regulandum, tabulas, graphium. Quod si Frater alterius artis fuerit, quod apud nos raro valde contingit, omnes enim pene, quos suscipimus, si fieri potest scribere docemus, habet artis suæ instrumenta convenientia. Adhuc etiam libros ad legendum de armario accipit duos, quibus omnem diligentiam, curamque præbere monetur, ne fumo, vel pulvere, vel aliqua qualibet sorde maculentur. Item habent Incolæ Cellæ ollæ duæ, scutellæ duæ, tertia ad panem, vel pro ea mantile; quarta grandiuscula ad faciendas mundicias, coclearia duo, cultellus ad panem juxta, cibus vas ad aquarium, salarium, patella, manutergium. Ad ignem focale, esca, lapis ignitus, ligna, securis. Ad opera vero dolabrum. Idcirco autem uni tanta concedimus, ne, quod illicitum ducimus, exire de Cella compellatur.

### De Domo Capituli.

Quando Capitulum intramus, vel exeamus, nudatis capitibus inclinamus ad crucem. Itemque quando in Capitulo confitemur, prolixitatem caveamus. In Cella vero possumus diffusius confiteri. In Capitulo non loquimur, nisi quando con-

fitetur, vel quando tenetur Capitulum. Nullus enim in Capitulo de facili loquatur, nisi ea tantum, quæ ad necessitatem, vel ad Religionis observantiam pertinere noscuntur. Nullus in Capitulo, vel ubicumque fuerit in Conventu cum aliquo aliquo secreto loquatur.

#### De Refectorio.

Intrantes in Refectorium nudamus capita, & venientes ad sedes nostras ad crucem inclinamus. Item in Refectorio non debemus dissoluti esse, sed nos debemus habere disciplinatos, ne faciamus unde alterum offendamus. Et oculos nostros tenere nos convenit, ne nobis murmurandi, aut iudicandi, vel detrahendi materiam afferant, aut ridendi. Sic dicens B. Hugo Lincolniensis: Oculos in disco, manus in mensa, aures ad lectionem, cor ad Deum habere debemus. Item nullus pitanciam in Refectorio ante se positam ad se trahit, donec ille, qui posuerit, ad sedem redierit.

Cum dux scutellæ apponuntur, quando eas exponimus, usam infra alteram ponimus, nisi tantum de cibis illatis remanserit, quod id facere, sine immersione nequeamus.

Aliquis nolens comedere, quæ sibi in Refectorio apponuntur, alteri porrigere fas non habet, excepto pane, fructibus, & herbis crudis. Panem nostrum debemus ita æqualiter scindere, tam in Refectorio, quam in Cellis, ut quod residuum fuerit, honeste cuilibet possit apponi. Potum quoque in scifos in tali quantitate fundere debemus, ne illum cogamur in ollas refundere. Bibentes duabus manibus scifum tenemus. Apponenti nobis aliquid, & removenti inclinamus.

Contra consuetudinem est, ut in Refectorio, manus, vel os ad mantile tergamus. Scutellas non exponimus, donec Præsidens suam exponat. Mantilia non convolvimus, donec Prior suum mantile convolvat. Nunquam, exceptis Cellis propriis, in aliqua Domo alia, vel officina manducamus, & bibimus, nisi in Refectorio in festis, & tempore prandii, vel cænæ, exceptis Priore, & Procuratore.

In Refectorio, nulli nostri licet loqui, sic nec in Claustro, vel in Ecclesia

#### De Colloquio Claustri.

Ubicumque Colloquium habeamus, curandum est nobis, & maxime coram extraneis, seu hospitibus, ut caveamus a multiloquio; & ut sermones nostri sint honesti, & non sæculares, vel contentiosi. Nullus in communi colloquio ita submisso loqui debet, vel susurrare, vel dicere aliquid, quod nolit ab omnibus intelligi, vel audiri. Item ad Colloquium, vel alibi non debemus esse dissoluti ad referendos rumores sæculi, nec in gestu, vel in sermone, & habitu, exemplum, & materiam ostendere dissolutionis. Item non debemus sermonibus prolixis Conventum fatigare. Et etiamsi contingat, ut aliquis est accusatus coram Priore, non debemus accusare, nec aggravare. Tradenti nobis tortas ad ostium Refectorii, inclinamus, & ipse nobis.

Lector Refectorii post Capitulum libros portat in Refectorium. Lector stat ad librum versa facie ad orientem. Inclinante Conventu ad Gloria Patri, & ad Pater noster, inclinatur & ipse, versa facie ad Conventum. Non debet autem sedere, donec sedeat ille, qui præest Conventui. Historiam legit rotundius, sermones, & homilias, attractius, aperte tamen, & distincte legat omnia, ut possit intelligi & tali voce, quod possit audiri. Ad gratias inclinante Conventu inclinatur Lector versa facie ad Conventum. Si aliquis de libris, quos attulit, consummatus est, Novicius eum in Ecclesiam refert; alios ad minus post cænâ lectorem in Ecclesiam portat. Si tamen in Historiæ, die crastina sit legendum in Ecclesiam, egresso post cænâ Conventu de Refectorio, portat eum ad ostium Ecclesiæ. Lector Refectorii, in Refectorio, benedictum ad prandium, vel ad cænâ iterare non debet. In Cella sine licentia nunquam comedit. Poterit tamen Prior interdum dispensare cum eo, ut mixtim possit recipere.

In vigilia quoque Corporis Christi, & in vigiliis quinque Solemnitatum Beatissimæ Virginis fiat abstinencia; propter hoc tamen non sit in septimanam ultra semel. Cum festum XII. Lectionum occurrerit in vigiliis Ascensionis, & Corporis Domini, fiat abstinencia fer. VI. sequen, & in prædictis vigiliis abstinetur a lactiniis. Cum vero vigilia Corporis Christi simul & B. Joannis, abstinencia ipsa fiat

ovis

ovis quoque, & lactiniis, uti non possumus Fer. II. vel III., in quæ debet fieri abstinentia propter occurrens festum XII. lectionum Fer. VI. die, qua fieri debet abstinentia. Monachi extra Cellas proprias non laborent, nec eis spaciamenta tunc concedantur. Quod panis, & vini superest sabbato redditur tamen album panem, quamdiu volumus retinemus. In adventu nec ovis, nec caseo vescimur.

Cantor hebdomadarius capucium removet, antequam Invitatorium incipiat, nudatum habens caput, donec post venite reincœperit Invitatorium. Cum autem primo incœperit Invitatorium inclinat; Venite cantat, & post ultimum versum iterum inclinat, & tertio post gloriam, & quarto post reincœptionem Invitatorii.

Ad officium Cantoris hebdomadarii pertinet, ut omnes versiculos, & responsionum ad Vesperas, & ad Matutinas laudes, & Benedicamus dicat & Antiphonam ad Horas, & in Suffragiis, & in Commemoratione, & in officio Defunctorum incipiat. Ad omnia, quæ ratione sui officii dicit, vel incipit, capucium removet: ad Laudes, & Vesperas removet capucium, antequam dicat primum Benedicamus, nec reinduit, donec ultimum dixerit. Hoc officium alternatim unusquisque in suo Choro per ordinem facit, excepto Priore, & Procuratore. Et hoc observatur, ut non sint in eodem Choro Cantor hebdomadarius, qui, similiter de Choro in Chorum alternatim mutantur. Qui vero Responsorium cantat, tam in brevibus, quam in magnis responsoriis, semper habet nudatum caput, & versam faciem ad Altare, & tertio inclinat: primo post inceptum Responsorium, secundo post versum, tertio post gloriam.

In omnibus Nocturnis, & Matutinis laudibus Antiphonæ primæ, & Antiphonæ quoque ad Benedictus, & Magnificat, & ad cantica a Choro Cantoris hebdomadarii semper incipiuntur. Novem Kyrie eleyson ad vespervas, & Matutinas, & ad omnes Horas, sicut ad Missam dicimus, & eo dextro Choro Prioris semper incipiuntur. Ad Missam vero a Choro Cantoris hebdomadarii.

In Ecclesia in Refectorio, & in Claustro, excepta recordatione, ille emendat, cui injungitur a Priore: Emendator emendat in omnibus, & solo excepto, quod ad recordationem emendat ille, qui est juxta librum. Emendator modestius quam potest emendare debet, & si in Ecclesia mendose emendat, quantocius percipit, veniam accipiat super formam. Cum autem emendator grunnit, aut dicit iterum, ille qui legit, debet versum repetere. Cum vero emendatur ille, non debet murmurare, vel dicere: ita est, vel ita dixi, vel aliud hujusmodi. Absente Priore, & Emendatore, emendat primus in ordine, si scit vel potest, alias emendat secundus in ordine, vel aliquis Monachorum, qui scit, vel potest emendare. Quando is, qui legit aliquando non correxerit, nisi quando sibi emendatur ad pedem lectorii, veniam accipere debet.

Cum vero fallit, qui legit Evangelium signato libro, & stola deposita, veniam accipit ad gradum altaris.

Quando dicitur Antiphona Salve Regina, Sacerdos hebdomadarius ad lectorium debet ad terram genuflectere, & osculetur postem lectorii.

Sciendum, quod quot Collectas dicit audiente Conventu, tantummodo dicit Secretas, & eodem ordine dicta forma dicit, Per Dominum &c. usque ad Amen, quod non dicit. Deinde non præmissa Domine exaudi, sed Oremus, incipit secundam. Finiens extremam levat manus, sicut cum dicit, Per omnia sæcula sæculorum.

Minuimur autem in anno quinquies. Post octavas Paschæ, post solemnitatem Petri, & Pauli, secunda hebdomada Septembris; septimana ante Adventum, hebdomada ante quinquagesima. In quo tempore minutionis, scilicet per tres dies continuos bis reficimus, aliquid cibi melioris accipientes. Item secunda die, & tertia minutionis, divinum officium festinantius, & submissius dicitur, cessantque vigilæ, & intervallum, & omnes in Ecclesia remanent.

Ad opus manuum de consuetudine, non nisi ter trinis diebus in anno Conventus exit.

Prima opera communia, secunda hebdomada post octavas Paschæ, & alia; secunda hebdomada post festum Apostolorum Petri, & Pauli; tertia vero, prima hebdomada post festum S. Michaelis fieri consueverunt. Et si dictis temporibus aliquid impedimentum occurrerit, ante, vel post, prout commodius fieri poterit, supplebuntur. Nullum tamen aliud colloquium in illis septimanis, nisi veherit Capitulum festum, est habendum.

Non est nostræ consuetudinis pro victualibus murmurare maxime in Conventu,

tu . Cum Prior foris est , observantias Ordinis nos convenit fortius observare . Qui scribere & potest & voluerit , a vino absteineat arbitrio Prioris .

Commendat Prior Novitium uni ex senioribus , quem idoneum ad hoc cognoverit , qui eum horis competentibus visitans instruit eundem ad Horas dicendas , & ad cæteras Ordinis observantias , quas ignorare Novitium non oportet . Ad quod agendum per unam hebdomadam , vel amplius , si necessarium forte hoc Prior cognoverit , sollicitus esse debet , qui ei fuerit assignatus . Interim vero , donec per se solum in Cella Horas dicat , Fratres præter Priorem , & Procuratorem consueverunt ab ejus visitatione abstinere .

Novicii infra diem Professionis non Missam in Conventu , non Evangelium , non Epistolam dicunt , nec ad Missas etiam privatas serviunt , nisi forte quandoque Priori aliter videatur , considerata qualitate personæ : sed hebdomadarii cantus facere , & tam in Ecclesia , quam in Refectorio legere possunt , quam cito sibi injunctum fuerit a Priore .

Novicii autem res suas Priori ex integro reddant , ut nec ipsi , sed Prior , vel cui Prior præcepit , eas custodiat ; de quibus quandoque ante Professionem ordinare voluerint , fiat juxta dispositionem eorum , Nullus vero nostrum de rebus Novicii aliquid postulet , nec ad Procurationem faciendam instiuatur ab aliquo nostrum . Novicius nec reprehendit , nec reprehenditur ; sed cum offensam facit instruitur a Priore , vel magistro suo . A Capitulo , & Claustro eum necesse est removeretur . Utrum autem in colloquiis , brevem , vel longam moram faciat , sit in dispositione Prioris . Recitata lectione in Capitulo , & propositis a Præsidente proponendis , Novicii confestim a Capitulo recedant , & a generali finito sermone , omnino excludantur . Quibus consulimus , quatenus sine licentia Præsidentis in colloquiis non remaneant , nec ibidem faciant magnam moram . De negociis Domus non se debent intromittere , nisi interrogati ; & tunc debet parcius respondere juxta aliorum voluntatem potius , quam juxta suam . Non quærunt licentiam , ut possint aliquem visitare , nisi infirmum .

Post annualem probationem Novicium Clericum , vel Laicum , nisi professionem facere cum nobis placuerit , sit paratus ; apud nos non retinemus . Quando autem Novicii duo ad aliquam Domum venerint , qui posterior venit , si prius professionem fecerit , prius deinceps remanebit . Si quis autem etiam in duobus Domibus nostri Ordinis professionem fecerit , secundæ tantum Monachus , aut Conversus , aut Redditus erit ; in prima tamen nihilominus ei salvum remanet beneficium spirituale , dummodo occasione criminis non transferatur . Si quis professionem fecerit in aliqua Domo Ordinis , iterum in alia habeat profiteri , sufficit ad professionem faciendam , ut obedientiam promittat manibus Prioris in Conventu . Quando aliquis nostrum , de Domo in qua professionem fecerat transferretur ad aliam Domum , post annum ibidem professionem faciat , vel infra , quandoque Priori placuerit . Sacerdotes , & cæteri , qui de Sæculo , vel altera Religione veniunt ad Ordinem , si in Missarum celebratione observantiis regularibus formæ Ordinis se noluerint conformare , vel si in sustinenda opinione sua fuerint obstinati , vel in modo vivendi fuerint singulares , ad professionem nullatenus admittantur , quoniam per tales personas olim multa in Ordine scandala provenerunt . Novicii non faciant professionem , nisi proprio Priore præsentem , & celebrante , vel alio de Ordine nostro per voluntatem ejus , si legitime fuerit præpeditus . Spiritus enim Sanctus illa hora gratum non recipit , quidquid aliud quam debes , neglecto eo , quod debes , obtuleris .

Qui pronunciat Antiphonam dicit de illa ad pausam congruentem ; Qui vero de Ecclesia , dum ultimus Psalmus dicitur , exit , moramque extra Ecclesiam facit , donec præces , & postmodum exultabunt ex integro persolvantur , Laudibus frequentibus interesse non poterit . Sacerdos solus , nisi dicturus sit Evangelium , non Dominus vobiscum , sed Domine exaudi dicat , Sacerdos celebraturus , primo accedens ad gradum Altaris , flexis genibus dicat : Pater noster . Quandiu Sacerdos orationem facit ad gradum , neq; Diaconus , nec aliquis alius transeat ante eum .

Exeuntes autem de Refectorio a Pascha usque ad crastinum Exaltationis S. Crucis , spacium , quod inter prandium , & Nonam facimus , pro dierum quantitate nunc brevius , nunc longius , quieti datur . Exinde usque ad Pascha , post prandium , Nonam deferimus , donec Lector Refectorii , refectionem accipit , & Nonam B. Mariæ in Ecclesia cantaverit : Et ab eo signum pulsatur , ad Nonam B. Mariæ quoniam in Cellis dicimus , & aliis spiritualibus exercitiis occupamur , exceptis

ceptis tribus diebus post Festum Innocentium, quando occurrit sine festo Capituli. Tunc enim, quia Colloquium in Claustro non habemus, statim post prandium Nonam dicimus, ad quam pulsat Novicius, qua dicta Cellam repetimus. Post Nonam in Claustro convenimus de utilitatibus locuturi; prima tamen locutione de Consuetudinibus ad Kalendas Novembris usque ad Pascha, exinde de Evangeliiis. Loqui autem in Claustro alibi, quam in parte, ubi colloquium fit, non licet, nisi forte aliquando pauca verba.

Ab Exaltatione S. Crucis, non nisi semel manducamus in die, exceptis usque ad Quinquagesimam festis Capituli, & in die susceptionis novi Prioris, & in die sepulturæ Fratrum nostrorum, ac etiam Clericorum redditorum, necnon & Prælatorum, qui apud nos pernoctabunt, & hoc inviolabiliter observetur, exceptis infirmis, valetudinariis, debilibus, senibus, & minutis; Alias vero si Prior fregerit, vel fecerit frangi, sit extra sedem suam in Ecclesia per XI. dies.

Quando Monachus ægotans exiit ab Ecclesia, signum facit Infirmario, ut sequatur eum, & nihilominus, cum Monachus ad Ecclesiam non venit, vel ab ea ægotans exiit, propere ad eum Infirmarius, & exhibeat ei quidquid potest humaniter.

Cum Prior, & Sacerdos hebdomadarius signum non audiunt, vel forsan infirmantur, finito Gloria Patri, post Deus in adjutorium; exiit Infirmarius ad quærendum eos, & alios, & ad istos, si diutius infirmantur, exit Infirmarius finito Gloria Patri post Deus &c. Infirmum vero tantum semel in die visitaturus vadit.

Tribus autem primi Nocturni versibus explicatis, nisi Prior annuat, qui requisitus est, intrare Chorum non præsumat. Expleto Psalmo non ingrediatur, nec vocetur. Hoc ipsum servatur in aliis Horis. Ad Missam quilibet intrare potest semper usque ad Evangelium, sed de tarditate corrigatur.

Confessio in Sabbato post recordationem; omni Sabbato nisi festum Capituli occurrat, peccata nostra Priori, vel quibus ab eo injunctum fuerit, facta recordatione confitemur. Occurrente Capituli festo in Sabbato, die præcedenti, quæ sine tali festo occurrit, confitetur. Semper autem confitemur in Vigilia Natalis Domini, nisi eadem vigilia occurrat in Dominica, vel Feria II. in quo casu confitemur in Sabbato sequenti. Providendum est, ut semper in qualibet hebdomada faciamus Confessiones communes. Per totum spatium confessionis nullus debet in Ecclesia residere, vel libros revolvere. Quandocumque in Capitulo confitemur, prolixitatem caveamus; in Cella autem diutius possimus confiteri. Pro privata Confessione, quæ in Cella fit vel alibi, non dimittitur Generalis, quæ fit in Sabbato. Prostratus debet esse, ac detecto capite quilibet, quando confitetur. Ea, quæ nobis in generali Confessione confitentibus injunguntur, dicit quilibet in Choro prostratus.

Lector Capituli egreditur diebus Dominicis, cum dicitur versus unus omnino. In festis super hebdomadam, Confiteor dicto, egrediatur. Ipsi est antequam egrediatur Capitulum, ostium Claustri, Refectorii, ostium Hospicii, ostium per quod ad Cellas tenditur, claudere, & cum vestibus obserare. In Capitulo quamdiu est ad lectorium non inclinatur. Post lectionem omni tempore, regresso Lectore ad sedem suam; statim Prior dicit: Benedicite. Et nos; Dominus, aliquantulum inclinamus. Deinde in festo Reliquiarum, pronunciantur Reliquiæ, & in Festo S. Stephani; sic pronunciat Lector in Capitulo: Commemoratio Benefactorum nostrorum. Libros quoque Veteris, ac Novi Testamenti, eorum cum quibus celebrantur divina Officia, sine ejusdem Capituli consilio Generalis nullus emendate præsumat, nisi cum exemplari in Ordine emendato; nisi iudicio Prioris, & Monachorum discretorum corrigalis manifestus appareat.

Prima pulsatio ad Matutinas tanti spaciis esse debet, ut primi quatuor Psalmi poenitentiales dici possint. Quo signo pulsato, omni tempore Nocturnum Ecclesiæ officium congruis vigiliis contra Matutinas B. Mariæ sufficiant, & quod Monachi congrue præparari possint in Cella. Prævenimus contra vigiliæ ab Idibus Septembris exceptis duodecim lectionum festis sensim, paulatimque crescendo in Kalendis Novembris per festum quinquaginta Psalmi non festine cantantur, minus sufficiunt: A quo tempore usque ad Kal. Februarii exceptis XII. lectionum Festis, & hebdomada Natalis Domini decrescendo paulatim ad tantum spacium ad Matutinas B. Mariæ sufficien. rediguntur. Ex quo ad prædictos Septembris Idus in eadem perdurant. Prædictum autem vigiliarum spacium Sacrista cum sibi videbitur cum horologio terminabit; in quo spacio, Psalmis, vel spiritualibus exercitiis occupamur.

## III.

Confirmationis Diploma Caroli V. Imperatoris omnium  
Privilegiorum Cartusia S. Martini supra Neap.  
Rescriptum ejusdem Imper. pro eadem Cartuf.  
S. Mart.

*Ad ann. 1536.*

**C**AROLUS Divina favente Clementia Romanorum Imperator &c. Universis, & singulis presentem feriem inspecturis, tam presentibus, quam futuris, licet adjectione plenitudo non egeat, nec firmitatem exigat, quod est firmum confirmatur; tamen interdum quod robur obtinet, non quod necessitas id exposcat, sed ut confirmantis sincera benignitas appareat, & rei gestæ abundantioris cautelæ robur accedat. Dudum pro parte Venerabilium virorum Prioris, Vicarii, & Conventus Monasterii Sancti Martini Ordinis Cartusienfis supra Civitatem hanc nostram Neapolis fuit Majestati nostræ reverenter expositum, quemadmodum per retro Principes, & Reges hujus citerioris Siciliae Regni nostri memoriæ celebres Prædecessores nostros, videlicet per Philippum Imperatorem, & Johannam Reginam, & alios fuerunt concessa, & concessæ nonnulla privilegia, jura, immunitates, gratiæ, exemptiones, libertates, franchitiæ, donationes, prærogativæ, litteræ, indulta, rescripta, & alia, postmodum hæc omnia fuerunt confirmata, & de novo concessa eidem Priori Conventui, Vicario, & Monachis prædicti Monasterii per Serenissimum, & Catholicum Regem Ferdinandum Avum, Patrem, & Dominum nostrum colendissimum, de quibus omnibus fuerunt in possessione, & in præsentiarum existunt, latius, & seriosius continetur in privilegiis prædictorum Imperatoris Philippi, & Johannæ Reginae, & præfati Serenissimi, & Catholici Regis Ferdinandi felicitis recordationis tenore sequentium. Philippus Dei gratia Imperator Constantinopolitanus Achajæ, & Tarenti Principe, Justiciarius, & Vicarius Principatus nostri Tarenti, nec non Dohaneris, Gabelotis, seu Credenteris gabellarum, & Dohanæ Civitatis nostræ Tarenti presentibus, & futuris devotis suis salutem, & dilectionem sinceram. Considerantes, quod illud invenitur in Cælis, quod eleemosinaliter elargitur in terris, & habentes ad Monasterium Sancti Martini de Neapoli Ordinis Cartusienfis sinceræ devotionis affectum, intuitu quoque Venerabilis Patris Joannis Grilli Prioris dicti Monasterii, quem per suam bonitatem, & virtutum merita, carum & amabilem reputamus, providemus in perpetuum eidem Monasterio de annuis unciis aureis quinque; quatuor videlicet ex eis convertendis in emptionem piscium, qui vocantur auratæ, ut salitæ, & curatæ decenter, ut expedit, mittantur, & deportentur anno quolibet ad dictum Monasterium pro usu, seu esu fratrum sistentium in eodem, & una pro salitura, & delatura ipsorum piscium ad locum prædictum, ac expensis aliis propterea opportunis. Quare vobis, & devotioni vestræ, presentium tenore de certa nostra scientia mandamus expresse, quatenus attendita forma dictæ nostræ concessionis, & gratiæ, tam vos presentes Dohanii, Gabeloti, seu Credenzerii, quam vos alii successive futuri officiorum vestrorum temporibus dictas uncias auri quinque ponderis generalis per annum simul, & semel in principio mensis Septembris anni cujuslibet Procuratori Prioris dicti Monasterii, seu illis, vel illi, quos ipse Prior ordinandos duxerit ad emptionem auratarum ipsarum solvere, & exhibere sine defectu, & difficultate qualibet procuretis, & recipiatis; de hisque proinde solveritis singulis vicibus apodixam, necnon transumptum presentium in forma publica pro cautela originalibus remanentibus presentati. Vosque Justiciarii, & Vicarii supradicti presentes similiter, & futuri si dicti Dohanerii, Gabeloti, seu Credenzerii ad solutionem dictarum annuarum unciam auri quinque essent forsitan renitentes acta, & debita; qua convenit distinctione cogitis. Datum Tarenti in Camera nostra, anno millesimo tercentesimo septuagesimo tertio. Die vigesima quarta Octobris duodecimæ Indictionis, Imperii, &

Principatus nostri anno decimo . Rubricata in Camera . Registrata in Cancellaria . Johanna Dei gratia Regina Jerusalem , & Sicilia , Ducatus Apulia , & Principatus Capua , Provincia , & Forcalquerii , & Pedemontis Comitissa . Tenore presentium , notum facimus universis earum seriem inspecturis tam presentibus , quam futuris , quod olim claræ memoriæ Philippus Imperator Constantinopolitanus clarissimus frater noster dum viveret , habens ad Monasterium Sancti Martini de Neapoli Ordinis Cartusienfis , sinceræ devotionis affectum eidem Monasterio tam ob reverentiam dicti Ordinis , quam intuitu Religiosi viri Fratris Johannis Grilli Prioris dicti Monasterii de annuis unciis auri quinque ; quatuor videlicet ex eis convertendis in emptionem piscium , qui vocantur aurata , et alia uncia una pro salitura , & delatura ipsorum piscium usque ad dictum Monasterium , ac pro expensis aliis propterea opportunis , duxit per suas literas providendum , quarum litterarum tenor per omni talis est . Philippus Dei gratia Imperator Constantinopolitanus , Achaia , & Tarenti Princeps , Fasticiarius , & Vicariis Principatus nostri Tarenti , necnon Dohaneris , Cabellotis , seu Credenzeris Cabellæ , Fundici , & Dohanæ Civitatis nostræ Tarenti presentibus , & futuris devotis suis salutem , & devotionem sinceram . Considerantes quod illud invenitur in Cælis , quod elemosynaliter erogatur in terris , & habentes ad Monasterium Sancti Martini de Neapoli Ordinis Cartusienfis sinceræ devotionis affectum , intuitu quoque Venerabilis Patris Fratris Johannis Grilli prioris dicti Monasterii quem propter suam bonitatem , & virtutum merita carum , & amabilem reputamus , providimus in perpetuum eidem Monasterio de annuis unciis auri quinque , quatuor videlicet ex eis convertendis in emptionem piscium , qui vocantur aurata , ut solitæ , & curatæ decenter ut expedit , mittantur , & deportentur anno quolibet ad dictum Monasterium pro usu seu esu Fratrum sustentium in eodem , & una pro salitura , & delatura ipsorum piscium ad locum prædictum , & expensis aliis propterea opportunis . Quare vobis , & devotioni vestræ presentium tenore de certa nostra scientia mandamus expresse , quatenus attenda forma dictæ nostræ concessimus , & gratia , tam vos presentes Dohanerii , Gabelloti , seu Credenzerii , quam vos alii successive futuri officiorum vestrorum temporibus dictas uncias auri quinque ponderis generalis per annum simul , & semel in principio mensis Septembris anni cujuslibet Procuratori Prioris dicti Monasterii , seu illis , vel illi , quos ipse Prior ordinandos duxerit ad emptionem auratarum ipsarum solvere , & extra here sine defectu & difficultate qualibet procuratis , & recipiatis , de hisque proinde solveritis singulis vicibus apodixam , nec non transumptum presentium in forma publica pro cautela , originalibus remanentibus presentati . Vosque Justitarii , & Vicarii supradicti presentes similiter , & futuri , si dicti Dohanerii , Gabelloti , seu Credenzerii ad solutionem dictarum annuarum unciarum auri quinque essent forsitan renitentes , acta , & debita qua convenit distinctione cogatis . Datum Tarenti in Camera nostra Anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo octavo , die vigesima tertia Octobris , duodecimæ Indictionis , Imperii , & principatus nostrorum anno decimo . Noviter autem actiones laudabilis dictique Imperatoris Patris nostri multipliciter commendantes , ne minus jam dictum Monasterium prosequentes spectabilis devotionis , & sinceræ caritatis instinctu eidem Monasterio prædictam provisionem , & gratiam factam per prædictum quondam Imperatorem de jam dictis annuis unciis quinque juxta præscriptarum Imperialium litterarum continentiam de certa nostra scientia tenore presentium duximus confirmandam , & de novo concedendam : ita quidem quod dictum Monasterium , seu ejus Prior qui est , & erit pro tempore , dictas uncias quinque pro causa hujusmodi , & ex nunc in antea integrali percipiat , & habeat , & ei illæ per Dohanerios , & Fundicherios , Cabellotos , seu redenz erios dictæ Gabellæ , Fundici , & Dohanæ ipsius Civitatis nostræ Tarenti sine diminutione qualibet persolvantur juxta præscriptarum Imperialium litterarum continentiam , & tenorem . In cujus rei testimonium presentes literas exinde fieri , & pendenti Majestatis nostræ sigillo jussimus communiari . Datum Neapoli per Joannem Aversanum de Salerno Militem Juris civilis Professore Magnæ nostræ Curia Magistrum Rationalem , Locumtenentem , Protonotarium Regni Sicilia dilectum Consiliarium , & fidelem nostrum . Anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo quarto , die ultimo Septembris , decima tertia Indictione . Regnorum nostrorum anno trigesimo secundo : habetur . C. Domini Mili . Registratur in Cancellaria . Nos Ferdinandus Dei gratia Rex Aragonum , Sicilia citra , & ultra farum , Jerusalem , Majoricarum , Sardinia , Corsica Comes Barchinonæ , Dux Athenarum , & Neopatriæ , Comes Rossilionis , & Ceri-

tamiæ, Marchio Onttanni, & Goceani. Attendentes Venerabiles Viros Priorem, Vicarium, & Conventum Monasterii Sancti Martini Ordinis Cartusienfis supra Neapolim nobis humiliter supplicasse, quod cum per retro Reges, & Reginas, ac Principes, & veros Dominos hujus Regni Siciliæ citra farum Prædecesores nostros per plura privilegia, donationes, gratias, immunitates, franchitias, libertates, & protectiones convenerint, & donaverint ipsum Monasterium temporibus retroactis, quod per eccellæ memoriæ Alphonsi Patrum nostrum, & Ferdinandum ejus filium, & Alfonsum secundum, & Federicum ultimum Reges hujus Siciliæ citra farum Regni confirmata fuerint. Nos eadem Privilegia nostræ confirmationis munimur roborari de solita regia largitatis munificentia dignemur. Idcirco piam devotionem Prædecessorum nostrorum in hoc merito approbantes, & eorum vestigiis per recta successionis vinculum ineuntes, vestris benigne supplicationibus annuentes cum præsentis cartæ nostræ perpetuo valitura eidem ipsi Monasterio Beati Martini, nec non Priori, Vicario, toto ejus Conventui Monachorum, qui nunc sunt, & pro tempore fuerint, omnia, & singula privilegia, donationes, gratias, libertates, immunitates, franchitias, exemptiones, favores, jura, prærogativas, litteras, indulta, & rescripta concessos, concessas, & concessa per eosdem seu quosvis Reges, & Reginas, Prædecessores nostros in hoc Regno sub quibusvis tenoris continentibus, ac quomodocumque, quandocumque, qualitercumque in dicti Monasterii, & ejusdem Prioris, Vicarii, & Conventus utilitatem proficuum, tuitionem, indemnitatem, favorem pariter, & augmentum facientes, & faventia tenore præsentium certe, seu privilegii cunctis temporibus valituri, acceptamus, laudamus, approbamus, & etiam ratificamus, ac si & quatenus opus est, de novo concedimus juxta eodem seriem, & tenorem, nostræque confirmationis, & corroborationis præsidio communimus. Ita quidem quod prædicti Prior, Vicarius, & Conventus, qui nunc sunt, & pro tempore fuerint auctoritate, & vigore præsentium prædictis cunctis, & singulis suis privilegiis, donationibus, gratiis, libertatibus, immunitatibus, franchitiis, exemptionibus, favoribus, juribus, prærogativis, litteris, indultis, atque rescriptis, uti semper, & ubique possint, & valeant, & eis gaudere, lætari in judicio, & extra judicium, cum omni plenitudine juxta eorum series, & tenores, acti, & prout & quemadmodum dicti Prior, Vicarius, & Conventus hætenus in possessione fuerunt, & in præsentiarum existunt juribus nostris, seu nostræ Curie, quomodolibet pertinentibus, & alterius cujuslibet salvis semper remanentibus. Nos enim ipsorum omnium Privilegiorum, libertatum, donationum, gratiarum, immunitatum, exemptionum, & favorum, ac rescriptorum, quæ supra tenores singulos de verbo ad verbum hic haberi, & intelligi volumus plenarie pro insertis. Quapropter Serenissimæ Johannæ Reginæ Castellæ, Legionis, Granatæ, Principi, Gerunæ Archiducissæ, Ducissæ Burgundiæ &c. Filiæ primogenitæ nostræ carissimæ, postque felices, & longevos dies nostros in omnibus Regnis, & terris nostris immediate heredi, & successori intentum nostrum aperientes sub paternæ benedictionis obtentu dicimus; Illustri vero hujus Regni magno Camerario, ejusque Locumtenenti, Præsidentibus, & Rationalibus Camere nostræ Summariæ. Insuper Spectabilibus, nobiles, & egregiis viris, Viceregibus, Iusticiariis, & aliis Officialibus quibuscumque quovis nomine, auctoritate, officio, & facultate fungentibus, cæterisque universis, & singulis personis cujusvis legis, sexus, status, & conditionis ad quos spectat, dictorumque Officialium Locumtenentibus, tam præsentibus, quam futuris firmiter tradimus in mandatis, quatenus prædicta omnia, & singula privilegia, gratias, libertates, immunitates, indulta, rescripta juxta eorum singulos tenores, & proinde nostram hujusmodi illorum omnium confirmationis paginam, & cuncta in eis contenta teneant perpetuis temporibus, & observent, & faciant ab omnibus inviolabiliter custodiri, & non contrafaciant, vel veniant aliqua ratione, pro quanto eadem Serenissima Regina Princeps nobis obedire cupit, cæteri vero prædicti Officiales, & subditi nostri gratiam nostram caram habent, ac poenam ducatorum decem millium ab omnibus contrafacientibus irremissibiliter exigendorum, nostrique inferendorum gratias, cupiunt evitare. In cujus rei testimonium præsentis fieri jussimus magno Majestatis nostræ pendente sigillo, & aliis debitis solemnitatibus roborari. Datum in Castillo novo Neapolis die undecima mensis Januarii, decimæ Indictionis, anno a nativitate Domini millesimo, quingentesimo septimi. Regnorum nostrorum Siciliæ ultra farum anno quadragesimo, Aragonum, & aliorum vigesimo nono, Siciliæ autem citra farum, & Jerusalem quinto. Io el Rey. Vidit Malfus. Vidit Augustinus Regens,



gens . Vidit Antonius Viceprotonotarius . Joannes Baptista Spinellus Conservator Generalis . Michael de Afflicto Locumtenens Magni Camerarii . Vidit Generalis Thesaurarius . Vidit Lonc. Regens . Dominus Rex mandavit mihi Joanni Royz de Caluna , nihil solvat , quia exempti cum primo exeat taxatur in privilegiorum fol. 44. fuit deinde pro eorundem Venerabilium Prioris , Vicarii , Conventus & Monachorum prædicti Monasterii parte Majestati nostræ humiliter supplicatum , omnes , & singulas gratias , concessiones , donationes , immunitates , privilegia Philippi Imperatoris , & Iohannæ Reginæ , ac confirmata , & concessa , confirmataque , & concessa , per Serenissimum , & Catholicum Regem Ferdinandum , & in præsertis privilegiis contenta pariter , & expressa juxta ipsorum privilegiorum , & literarum seriem , & tenorem , & pro ut hactenus in possessione exstiterunt , & existunt , confirmare , & quatenus opus est de novo concedere de nostra certa benignitate dignaremur . Nos igitur attentis retro Regum , & Principum præteritorum , & præsertim invictissimi , & Catholici Regis Ferdinandi Avi , & Patris nostri colendissimi in ipsum Monasterium Divi Martini pro devotionis affectibus dictorum Prioris , Vicarii , Conventus , & Monachorum supplicationibus favorabiliter annuentes tenore præsentium de certa nostra scientia , motu proprio , ac gratia speciali eidem Priori , Vicario , Conventui , & Monachis Monasterii prædicti Sancti Martini præsentibus , & successive futuris ibidem Deo famulantibus omnes , & singulas gratias , concessiones , donationes , immunitates , privilegia , & alia omnia concessa , & expressa in literis , privilegiis Philippi Imperatoris , & Iohannæ Reginæ , ac confirmata , & concessa , confirmataque , & concessa per Serenissimum , & Catholicum Regem Ferdinandum , & in præfatis privilegiis continetur pariter , & expressa juxta ipsorum Privilegiorum , & literarum seriem , & tenorem , & prout hactenus in possessione exstiterunt , & existunt confirmamus , & quatenus opus est concedimus , nostræque confirmationis , & quatenus opus est concedimus novæ concessionis prædictorum munimine roboramus , volentes , & decernentes expresse de eadem scientia certa nostra , quod præsens nostra confirmatio , & quatenus opus est nova concessio prædictorum sit , & esse debeat Priori , & aliis supradictis semper stabilis , realis , fructuosa , utilis , valida , & firma , nullumque sentiat in judiciis , vel extra quovis modo diminutionis incommodum , dubietatis objectum , defectusque incommodum , aut noxæ alterius detrimentum pertimescat , sed semper in suo robore persistat . Illustrissimo propterea Philippo Austuriarum , & Gerundæ Principi Filio primogenito , & Nepoti nostro carissimo , postque longevos , & felices dies nostros in omnibus Regnis , & Dominiis nostris Deo propitio immediate heredi , & legitimo successori intentum nostrum aperientes sub paternæ , avitæque benedictionis obtentu , dicimus , illumque rogamus illustribus , spectabilibus , magnificis , nobilibus , & egregiis Viris Viceregi , & Locumtenenti nostro Generali , magno Camerario , ejusque Locumtenenti , Præfidentibus , & Rationalibus Camerariæ nostræ Summarie , scriberationis , Thesaurario nostro generali , vel officia prædicta Regentibus , Baronibus , Titulatis , & non Titulatis , Gubernatoribus , Capitaneis , Dohaneriis , Credenziis , Cabellotis , & aliis quibusvis Officialibus , & personis præsentibus & futuris , vel eorum Locumtenentibus , & Substitutis , ad quos , seu quem spectabit , & præsentibus fuerint præsentata dicimus , & expresse mandamus , quatenus forma præsertorum privilegiorum , & literarum , ac præsentium per eos , & quemlibet ipsorum diligenter attenda illam præsentis Priori , Vicario , Conventui , & Monachis prædicti Monasterii , teneant firmiter , & observent , tenerique , exequi , & observari faciant , atque mandent , per quos decet contrarium minime comportaturi , aut fieri permiffuri ratione aliqua , sive causa , si dictus Illustrissimus Princeps nobis morem gerere ; ceteri vero si gratiam nostram caram habent , & præter iræ , & indignationis nostræ incursum , poenam unciarum auri ducatorum millium cupiunt evitare . In quorum fidem præsentibus fieri jussimus , magno nostro negotiorum Siciliæ citra farum Regni sigillo pendenti munitas . Datum in Castello nostro novo Neap. Die decimo octavo mensis Martii millesimo quingentesimo trigesimo sexto , Imperii nostri sextodecimo ; Regnorum nostrorum vel Reginæ Castellæ , Legionis , Granatæ anno trigesimo tertio , Navarræ vigesimo secundo , Aragonum vero , utriusque Siciliæ , Jerusalem , & aliorum vigesimo primo , Regis vero omnium vigesimo primo . Io el Rey . Vidit Perenottus pro Protonotario , & Magistro Camerario . Vidit Mac. Vec. prima de Colle . Reg. Vidit Loffedus Regens . Vidit Figarola Reg. & Viceprotonotarius . Vidit Alfonso Sanchez Generalis Thesaurarius . Sacra Cæsarea , & Catho-

lica Majestas mandavit mihi Bernardino Martirano. Non solvit, quia exempti. Salernus pro taxatura. In Privilegiorum Cæsar. Majest. primo fol. 157.

## IV.

## Rescriptum ejusd. Imper. pro eadem Cartus. S. Mart.

*Ad ann. 1538.*

Carolus Quintus Romanorum Imperator semper Augustus Rex Germaniæ &c. Johanna Mater, & idem Carolus ejus Filius Reges Castellæ Aragonum, Utriusque Siciliæ, Hierusalem, Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ que &c.

**M**agnifice Vir Regiæ fidelis dilecte. Per parte del Priore, & Fratri di Santo Martino Ordinis Cartusienfis di questa Città de Aversa, come in le maxarie loro, che teneno in li casali, & distrutto di questa Città, teneno alcuna quantità de grano, orgii, & altre vittuaglie, & volendoli far condurre in detto Monasterio per uso loro, & portarne in le maxaire per farle sementar, & ancora per uso de la famiglia, e tenenole prohibito de farlo, ve dicemo, & ordinamo, che non loro debiate dare impaccio, nè molestia alcuna, ma lassarite portare dicti grani, tanto in dicto Monasterio, come in le maxarie loro. Et perchè dicono, che li di paxati mandadono sei tomola de grano per sementare una loro maxaria le furono levate, per causa, che le portassano senza licenza, ve dicimo, che ce li debiate fare restituire senza contradictione alcuna, & così exequirete, & non altramente, per quanto si ha cara la gratia delle predictæ Majestati, & pena de mille ducati, la presente resti al presentante: Datum in Civitates Neapolis die decima nona mensis Novembris millesimo quingentesimo trigésimo octavo. Vidit de Colle Regens, Martiranus 8. in partium XX8. fol. 223.

## V.

## De Jo: Lauspergio, ex Petrejo (1).

*Ad ann. 1539.*

**J**oannes Lauspergius re, & nomine Justus, ex celebri Germaniæ Ducatu Bavaria, & civitate Lausperga, honestisque parentibus originem duxit, quia Domino preventus in benedictionibus dulcedinis, post expletum in alma Universitate Colonienfis studij philosophici cursum, mox florem juventutis suæ in Cartusia ejusdem civitatis Creatori suo offerens, corpore & animo mundum deseruit, se seque militiæ spirituali viriliter accinxit. In qua quantum in omni spiritualis vitæ disciplina profecerit, quam fervidus extiterit amator Dei, quam devotus gloriose Vjrgini ejus Matri (hanc etenim post Deum unice diligebat) quam obediens erga Superiores, quam durus sibi, quam benignus aliis, quam zelosus pro observantia sacri Ordinis, quam tenax justitiæ, quam assiduus in oratione, quam infatigabilis in labore, quam multis denique verbo, & exemplo in via Dei velut fulgidum sidus in firmamento Ecclesiæ positum luxerit, difficile perfecto foret explicatu. Qui porro aliqua hinc nosse voluerit, sedulo pioque animo ejus scripta, & libros perlegat. Fuit quidem non modo in secularibus litteris apprime eruditus, verum etiam interna unctioe Spiritus S. non mediocriter illustratus,

(1) Biblioth. Cartusi. pag. 195.

tus, quo dulce fiebat, ei in lege Domini meditari die, ac nocte, semperque vel devotis preceationibus, aut sacra lectione, vel certe scriptione tempus fructuose deducere; insuper hostiam Agni immaculati Deo in altari quotidie immolare. Et his sanctis exercitiis adeo ferventer incubuit, ut ab illis nec validis quidem (quibus aliquot annis ante mortem premebatur) morbis fineret se avocari, sed supra vires sæpe languens, nihilominus supra vires se se ad ea cogebat. Omnium hominum necessitatibus velut pia mater compatiebatur, sese que petentium consolationi, sive informationi, neglecto interim subinde somno, vel cibo proprio, totum impendere non gravabatur.

Nam omnibus aliis benignus, & affabilis, sibi autem soli durus, & im-misericors fuit. Et ut carnem spiritui repugnantem edomaret, corpus suum je-juniis, vigiliis, flagellis, ciliciis, & aliis poenitentiae laboribus assidue macerabat. Aliquamdiu etiam lorica ferream ad nudam carnem circa renes occulte portavit, a cibis delicatis, a verbis superfluis, ociosis, sive nocivis, seipsum studio summo temperabat. Unde quilibet facile colligere potest quanto notiore puritatis mens ejus fulserit intus, qui carnis sensuumque suorum tam strenuus castigatorem exiit foris. Quoniam absque hujusmodi castigatione quisquis se puritatem mentis, & corporis adipisci putat, seipsum misere decipit; umbram sequens, & aerem verberans, obedientiam Superioribus suis tam in gravibus, quam in levibus rebus adeo simpliciter, & absque ulla discussione aut murmuratione quacunque exhibebat, ut omnes id magnopere mirarentur. Cujus rei gratia cum in officio Prioratus domus Cantavii prope Juliacum (quod ex sola obedientia susceperat) propter loci humiditatem, suae naturae prorsus contrariam, ex vomitu sanguinis sæpius usque ad mortem ægrotaret, nunquam tamen importune a suis Superioribus exegit ad salubriorem locum (licet id maxime desideraret) remitti.

Unde Paulo ante obitum suum, pro informatione cujusdam Fratris, graviter testabatur se in Ordine contra Superiorum suorum voluntatem nec uno verbo scienter unquam fecisse. Quapropter tantam cordi, & verbis ejus Deus infudit gratiam, & sapientiam, ut non solum Fratres, sed & Principes quoque & Magnates terræ eum requirentes, monita salutis magna cum aviditate, & reverentia ab eo haurirent, ipsumque uti Dei amicum, seu potius Deum in ipso loquentem, honorarent. Et quia in operibus bonis in Domo Dei servum se fidelem & prudentem exhibebat, misericors Dominus ipsum pro incremento salutis suae calculo, phthisi, tussique violenta, immo & vomitu sanguinis, diversisque aliis gravibus, ac diuturnis languoribus, velut aurum in igne in hoc seculo (quod orare subinde, quemadmodum etiam in scriptis ejus reperimus) purgare dignatus est. Nam mirabili patientia sustinebat poenas omnes & dolores, quibus supra modum, presertim circa finem vitæ vexabatur: adeo ut intuentes stupe- rent, dicerentque ipsum supernaturaliter in vita conservari. Quod nemini mirum videatur, cum a Medicis sæpe desperatus, & morti adjudatus sit: eo quod hep- par, & pulmo læsa, & corrupta multis annis, contra eorum sententiam, vale- tudinarius supervixerit. Adeoque patientissimo hæc, aliaque quamplura animo ferebat, ut ne vel unum impatientiae verbum ab ejus processerit ore.

Et quando aliqui Religiosi, seu etiam Seculares & Magnates, ipsum invisentes, percontarentur, quinam haberet, semper respondit, vel bene se habere, vel cum divo Job: *Sicut Domino placeat: Sit nomen Domini benedictum*. Sæpius tædium eum diutius vivere propter nimios, excessivosque dolores, cupiebatque dissolvi, & esse cum Christo; maxime propter gravissimam Ecclesie Catholice ruinam, animarumque damnationem, sanguineis lacrymis merito deplendam: quas passi absque modo & fræno per libros Erasmi, Lutheri, & aliorum Monastici Ordinis desertorum (quos a Deo dicebat datos in reprobam sensum) videbat corruptas ad infernum currere, cum talibus pseu-doctoribus extæcatus hodie credat mundus. A quorum lectione ipse penitus abstinebat, abstinendumque omni- mode monebat: tum quia parum bonæ frugis habeant, tum quia absque aliquo periculo, vel contagio vix legi queant: quod sermo eorum ut cancer serpat; tum etiam, quod non modo omnis doctrina, sed etiam omnes libri ipsorum pro- hibiti, & damnati essent.

Qua etiam re permotus, uti erat mire amans, & sitiens salutis animarum, multa subinde edidit scripta, nihil nisi pietatem, sanam fidem, eximium in Deum proximumque amorem spirantia: ut pro sua virili parte, quo ad ejus fieri posset, jam everfos, & corruptos ab errore, & nexibus diaboli, quibus videbat innumeros tam tenaciter obligatos, clausis oculis in flammam tartaream properare,

extra-

extraheret, nutantes, ac titubantes firmaret, stantes corroboraret, tepidos accenderet, conantes juvaret, imperitos instrueret, currentibus calcar adderet, Deo servire cupientibus, tanquam probe exercitatus, & peritus Dux regium monstraret iter; denique nemini non aliquam adferret utilitatem. Quod sane Deo favente & scriptis ejus gratiam haud vulgarem aspirante cessit illi non infeliciter: Talem quippe in Dei Ecclesia fructum fecit, ut inter Ecclesiasticos Doctores non postremo sit loco numerandus. Et quia contemni solent hi, qui quod docent, ipsi non præstant, seipsum studuit virtutum omnium, tanquam vivum quoddam simulacrum exhibere, nihilque in se admittere, quod doctrinæ illius repugnaret, aut pondus detraheret. Ita fiebat, ut quicquid diceret, aut scriberet, plurimum haberet energiæ, & authoritatis, etiam apud magnos, & eruditos ævi istius viros: qui in illo certis indiciis Christi spiritum habitantem, & per os ejus tanquam organum sua verba exprimentem animadvertentes, tum dictum tum scriptum illius sæpe non mediocriter permovebant. Erat siquidem in tota illius vivendi ratione mirus candor, colombina simplicitas cum prudentia multiplici conjuncta, christiana integritas prompta erga quosvis benevolentia, propensa benignitas, suavis, nec tamen dissoluta affabilitas, odium peccati, justitiæ amor, contemptus mundi & rerum terrenarum, paupertatis ingens studium, charitas flagrantissima. Quis namque ad illum unquam accessit, qui non senserit illius se exhortationibus adjutum? Quis nam illius familiari usus colloquio, non aliquid lucri reportavit? Nec solum erga fratres suos, promptissima alacritate talem se gessit, sed etiam erga extraneos, & ignotos. Evangelicum præstare virum re ipsa semper studuit, non solum ore Evangelium, ut multi hodie solent circumferre. Execrabatur plurimum impios Dogmatistas nostrorum temporum, quod cum tota vita ab Evangelii præscripto discrepent, tamen se jactent Evangelicos, & a Deo illuminatos videri velint, quorum illi impudens temeritas, & vesana impudentia summe erat invisa: ita tamen ut illorum doleret vicem, ploraretque cæcitatem, & amentiam, qua tum se ipsos, tum alios complures, in æternas conjicerent miseras, & calamitates; licet id illi nullius penſi habeant ob vastissimas cordis tenebras, & præfractam animi obstinationem.

Porro sæpe in lucubrationibus suis eorum reprehendit, & confutat errores non alio sane consilio, quam ut iis agnitis, resipiscant aut certe alii ejusdem non implicentur; Est enim hoc commune sanctis Dei hominibus, ut cupiant accipiantur diabolica fraude decèptos eripere, & ad veram salutis viam revocare. Non enim ferre possunt animarum pericula, quibus multo magis, quam proprii corporis incommodis cruciantur. Sed & ipsa Dei omnipotentis multiplex injuria, quam accipit, ex peccatis hominum, supra modum illos cruciat, ob ingentem erga illum amorem, qui facit ut etiam minima in se ipsis peccata non sinant multa abire. Possemus adhuc multa in hujus venerandi Patris commendationem plena fide scribere, sed quia ex scriptis ille suis abunde cuivis manifestus est, longam texere historiam, superfluum judicamus. Feliciter vixit, & felicem vitam obitus felix consecutus est. Non potuit namque mala perire morte, qui etiam cum viveret ita vixit, tanquam propediem moriturus; Non necesse habuit mortis timere insidias, qui nihil in se residera patiebatur, quod posset mortis terrorem incutere. Dum vixit, omne peccatum, & quicquid in morte prægravare posset, diligentissime a se profligare conatus est, ut morte adventante non tum demum, quod multi stolidissime faciunt, ad mortem sese præpararet, sed ipsam mortem, tanquam vitæ aditum lætissimus exciperet. Et certe unum illum ex eorum fuisse numero minime dubitamus, qui & vitam in patientia, & mortem habent in desiderio. Quid enim illum delectaret vivere, qui, uti jam ante diximus, tam variis cruciabatur morbis, ut mortuo, quam viventi esset similiter.

Ergo indefinenter suspirabat ad mortem, ut posset venire ad conspectum gloriæ Dei. Et quamvis aliquandiu dilatus fuerit, nec pro voto exauditus, tandem tamen post multos fideles labores, & patientiæ coronas, fructumque animarum, quem in Ecclesia Dei, & Ordine Cartusiano, verbo, calamo, & exemplo tulit uberrimum, Sacramentis Ecclesiasticis religiose munitus, & omnia sua errata aliquoties scrupulose, pieque confessus, bene compos mente, postquam in sancto Ordine Cartusianorum annos XXX. laudabiliter sancteque vixerat, sanctum spiritum suum Deo reddidit, a quo illum acceperat, tertio Idus Augusti, Anno ab Orbe redempto MDXXXIX.

Cæterum lucubrationes Lanspergii, quæ extant, sunt hæc.

I. In totius anni Dominicales Epistolas, & Evangelia paraphrases, adhibitis ad

et singulas Dominicas concionibus singulis, interdum binis. Prodierunt primo Coloniae in 8. apud Melchiorum Novesianum anno 1545. Deinde paulo post, nempe anno 1553. eadem rursus ibidem in folio recusae sunt, ac postremo Antuerpiae in 8. apud haeredes Joannis Hehii, anno 1575.

II. Opera vero minora Lanspergii, quae in folio duobus voluminibus Joannes Novesianus, suis, ac materni Cholini sumptibus anno ab orbe redempto 1555. excudit, haec continent.

I. Enchiridion Militiae Christianae, quod & Mylius separatim anno 1607. Coloniae in 12. impressit.

II. Eloquia Jesu Christi ad animam fidelem, quae etiam separatim Lovanii anno 1572. prodierunt.

III. Canones vitae spiritualis.

IV. Exercitia, precesque pro infirmis.

V. Epistolarum paræneticarum libros duos.

VI. Exercitiorum Christi formium librum unum.

VII. Vitam Servatoris nostri Jesu Christi in centum quinquaginta meditationes concinnatam, quae & seorsum in 8. apud Genepeum anno 1537. auctore adhuc vivente prodit.

VIII. Pharetram divini amoris, quam novissime in Ublis recudit Conradus Butgenius in 12. anno 1607.

IX. Hymnorum diversorum librum unum.

X. Meditationum in XXII. Threnos lib. 1.

XI. Soliloquiorum lib. 1.

XII. Threnorum de Beatissima Virgine lib. 2.

XIII. Homilias 56. in totam passionem, & agonem Jesu Christi, & alla nonnulla, de hac eadem materia.

XIV. Demonstrationem elegantem, quænam vera sit Religio Evangelica ad Carolum V. Imperatorem an. 1539.

XV. Dialogum inter militem Lutheranum, ac Monachum.

XVI. Speculum perfectionis Christianæ.

XVII. Sermones Capitulares, qui in præcipuis anni festivitibus concionis loco capitulariter recitari solent, & Religiosis præcipue conveniunt. Unde & hunc in usum parva quoque portatili forma, auctore adhuc superstite, impensis Quentelii sunt impressi, ac Reverendo P. Joanni Guilhardo, totius Ordinis Generali dedicati.

Cæterum an liber Candelæ Evangelicæ, qui sub nomine Joannis Justi Coloniae apud Eucharium Cervicorum anno 1527. prodit, genuinus Lanspergii nostri censendus sit foetus, consule Possevinum.

Monemus hoc loco Lectorem, Enchiridion Militiæ Christianæ Joannis Lanspergii, quod anno MDCVII. Coloniae Ubiorum, apud Hermanum Mylium recudi curavimus, non esse idem illud, quod in Indice Clementino prohibitum legitur. Illic enim duntaxat proscribitur Complutensis editio, quæ in Hispaniis prodit, non autem aliæ, quæ Censorum approbatione, publici juris sunt effectæ. Qualis in primis est hæc nostra.

## VI.

S. D. N. Pauli III. Bulla qua dat facultatem absol-  
vendi etiam a Casibus Sedi Apostolicæ refer-  
vatis in die Nativit. & Purificationis  
Beatæ Mariæ.

Ad ann. 1543.

**P**aulus Papa III. &c. Dilecti filii salutem, & Apostolicam Benedictionem.  
Cum, sicut nobis nuper exponi fecistis, alias felicitis recordationis Urbanus  
V. Personis vestri Cartusensis Ordinis, quod liceret eis habere Altaria portatilia,  
Tam. X. super

super quibus in domibus, grangiis, cellariis, & aliis locis congruentibus & honestis ad Domos, seu Prioratus dicti Ordinis spectantibus Missam celebrare valeant, & piæ memoriæ Sixtus IV. quod majoris Cartusie, Gratianopolitane Dicesis, & alii quinquaginta ejusdem Ordinis domorum Priores per Priorem domus majoris Cartusie hujusmodi eligendi personas, dicti Ordinis ab omnibus peccatis, etiam Sedi Apostolicæ reservatis absolvere possint. At quod omnibus personis hujusmodi Ordinis liceret in quolibet Festo Nativitatis Beatæ Mariæ eligere sibi Confessorem dicti Ordinis, qui eas ab omnibus peccatis, etiam Sanctæ Sedi reservatis absolvere posset. Et recolendæ memoriæ Innocentius VIII. Romani Pontifices prædecessores nostri Prioribus dicti Ordinis, quod Paramenta Altarium, Cruces, & Casulas, ac alia ad divinum cultum pertinentia benedicere valerent, per diversas eorum litteras concesserint & indulerint, prout in eisdem litteris plenius continetur, & propterea nonnulli ejusdem Ordinis dubitent, an in aliis locis, seu Ecclesiis ad domos sui Prioratus Ordinis hujusmodi non spectantibus celebrare, & an Confessores per personas ipsas ab Excommunicatione tam majori, quam minori, & omnibus aliis censuris absolvere possint. Et insuper nonnulli facultate eligendi Confessorem hujusmodi nimium large uti, & illius verba tam late interpretari possent, quod exinde magnum animarum damnum sequeretur. Præterea multoties pro animarum salute expediat facultatem, quæ majoris Cartusie, & aliis quinquaginta ejusdem Ordinis domorum Prioribus per Priorem domus majoris Cartusie hujusmodi pro tempore electis in vim litterarum Sixti prædecessoris hujusmodi competit, & Vicariis Monialium per Priorem domus Cartusie hujusmodi concedi rursus a nonnullis hæsitetur, an Priores dicti Ordinis in vim litterarum Innocentii prædecessoris hujusmodi Corporalia & Pallas benedicere possint, nobis supplicari humiliter fecistis, ut vobis & vestrum cuilibet, quod etiam in aliis locis, & Ecclesiis in quibus pro tempore fueritis, sive ad domos & Prioratus Ordinis hujusmodi spectent, sive non spectent Missam celebrare valeatis, concedere & indulgere, atque vobis in præmissis opportune providere de benignitate Apostolica dignaremur.

§. I. Nos igitur vota personarum Religiosarum, quæ spretis mundanis illecebris sub regulari observantia gratum Altissimo student exhibere famulatum, paterno affectu prosequentes, vos & vestrum singulos a quibusvis Excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innotati existitis, ad effectum præsentium duntaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutos fore censentes: necnon tenores litterarum prædecessorum hujusmodi, ac si de verbo ad verbum infererentur pro expressis habentes ejusmodi supplicationibus inclinati.

§. II. Vobis & vestrum cuilibet, ut etiam in aliis locis & Ecclesiis, in quibus pro tempore fueritis, sive ad domos & Prioratus Ordinis hujusmodi spectent, sive non spectent, Missam celebrare.

§. III. Et a modo in antea non solum in Nativitatis prædictæ, sed etiam in quolibet Purificationis ejusdem Beatæ Mariæ Festo Confessorem dicti Ordinis, qui vos ab excommunicatione tam majori, quam minori, & omnibus aliis censuris absolvere possit, sic tamen quod nullus dicti Ordinis facultate eligendi Confessorem hujusmodi uti, aut illius verba interpretari, seu limitare valeat, nisi prout tu fili Petre moderne & pro tempore existens Prior domus majoris Cartusie hujusmodi eadem facultate uti mandaveritis, & illius verba limitaveritis & interpretati fueritis, eligere possitis.

§. IV. Quodque tu fili Petre, & pro tempore existens Prior domus majoris Cartusie hujusmodi ultra præfatos quinquaginta Priores, etiam alios viginti, sive Priores, sive Vicarios Monialium, ita ut numero sint septuaginta, qui alias juxta formam litterarum Sixti prædecessoris hujusmodi personas dicti Ordinis, & alias eidem Ordini commissas ab omnibus peccatis etiam dictæ Sedi reservatis absolvere possint, eligere valeas.

§. V. Ac quod Priores domorum hujusmodi Ordinis non solum paramenta Altarium, Cruces & Casulas, verum etiam Corporalia, & Pallas, ac alia ad Divinum Cultum pertinentia perpetuis futuris temporibus benedicere possint, Apostolica autoritate tenore præsentium concedimus & indulgemus.

§. VI. At quidquid secus, seu contra formam, & modum limitationis, & interpretationis per te fili Petre, & pro tempore extens Prior domus majoris Cartusie, hujusmodi circa facultatem eligendi Confessorem pro tempore factarum, gestum

gestum & factum, seu attentatum fuerit, irritum & inane decernimus.

§. VII. Et insuper cum contingat diversos diversarum Institutionum Religiosos, & personas erroribus, & Herefi Lutherana relictis respicere, & ad Catholicam, veramque fidem revertendo ad sanatz. Matris Ecclesie gremium confugere, tibi fili Petre, qui etiam totius ipsius Ordinis Generalis existis: quod dicti Ordinis personas omnes a Lutherana & aliis hæresibus ad ipsum Ordinem revertentes, ac eas quæ ex lectione librorum Lutheranorum, & similium prohibitorum Excommunicationem & forsitan etiam Irregularitatem quomodolibet incurrerint, Ordini prædicto recipere, & eas in foro conscientiarum dicta Apostolica authoritate absolvere, & cum eis ac qualibet earum super ipsa irregularitate eadem authoritate Apostolica dispensare.

§. VIII. Et ne Locorum distantiarum animarum saluti obesse valeat ex supradictis quinquaginta Prioribus per te, ut præfertur, pro tempore electis, viginti Priores, quos ad hoc conscientia tua magis idoneos judicaverit, qui pariter personas dicti Ordinis, & quamlibet earum ab omni vinculo Excommunicationis, ut præfertur, absolvere, & cum eis ac qualibet earum super Irregularitate per eas incurta dispensare eadem authoritate Apostolica possint eligere, & nominare valeas etiam eisdem authoritate & tenore concedimus & indulgemus, non obstantibus præmissis, & Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon domorum, & Ordinis prædictorum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis Consuetudinibus, necnon omnibus illis quæ prædecessores præfati in eorum litteris voluerunt non obstare, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris, die XXIII. Decembris MDXLIII. Pontificatus nostri anno X. signatis Blo. & Fulgin. A tergo, Dilectis filiis Petro Moderno majoris Cartusie Gratianopolitanæ Diocesis, & aliis aliarum domorum Prioribus ac Fratribus personis Cartusienis Ordinis, & sigillatis sigillo Papali cum annulo Piscatoris in Cera rubea more solito.

## VII.

Diploma (1) R. P. D. Petri III. Marneffi de Leydis (2)  
Generalis Ord. Cartusien. concessum P. Ignatio  
Præposito, modo Sancto, ac ejusd. Fratrib.  
nunc extinctæ Soc. J.

*Ad ann. 1544.*

**F**Rater Petrus humilis Prior Majoris Cartusie, cæterique definitores Capituli Generalis Ordinis Cartusienis, Reverendo in Christo Patri, ac devotis viris Dominis Ignatio Præposito, suisque fratribus novæ Societatis nominis Jesu, ubilibet locorum constitutis salutem, quam præparavit Deus diligentibus se. Audita fama odorifera, fratres in Domino dilectissimi, de vestra exemplari conversatione, salutari doctrina, & voluntaria paupertate, cæterisque virtutibus, quibus in tenebris nostri deplorandi seculi resurgentes perhibemini homines in via perditionis errantes ad arctam viam salutis revocare, vacillantes stabilire, stantesque ad proficiendum in virtutibus stimulare, & magnum in Domino Ecclesie Catholicæ fructum efferre, gavisus sumus in Domino; gratias illi agentes, quod in tanta desolatæ Ecclesie calamitate, qua premimur, excitare dignatus est, & mittere novos Operarios in vineam suam, recordatus misericordie suæ. In quo quidem sancto opere cupientes vobis pro nostro modulo cooperari, fraternitatem vestram obse-

(1) De quo Nic. Orlandin. Histor. olim. Soc. Biblioth. Cartus. pag. 36., de Sardis, cujus electio occurrit an. 1554.

(2) Non recte legitur apud Petrejum nostrum

obsecramus per charitatem eius, qui pro vobis non dubitavit animam suam ponere, ne in vacuum gratiam Dei recipiatis, sed in sancto proposito perseverantes, in omnibus exhibeatis vos sicut Dei ministros, in multa patientia, non deficientes inter labores, pericula, & persecutiones, quae omnibus pie vivere volentibus occurrere solent; tempore enim suo metetis non deficientes. Et nos fratres; si quid possumus apud Dominum Divinis Sacrificiis, orationibus, abstinentiis, ceterisque piis exercitiis: quorum omnium Vobis & successoribus vestris, in vita pariter, & post mortem singularem concedimus participationem. In vestris piis orationibus libenter cooperabimur in Domino, postulantes, ut nos vestri in orationibus, & bonorum participatione commendatos suscipere dignemini. Datus Cartusie sub sigillo nostro: Anno Dom. 1544. feria 5. post Dominic. Cantate: sedente nostro Capitulo Generali.

FINIS APPEND. I.



---

---

A P P E N D I X I I  
A D T O M U M X.

HISTORIÆ CRITICO-CHRONOLOGICÆ DIPLOMATICÆ

ORDINIS CARTUSIENSIS.

In qua describuntur Bullæ Pontificum, Regum Diploma-  
mata, aliorumque Placita, necnon & Scriptorum  
Fragmenta, ac Monumenta varia five jam edi-  
ta, five adhuc inedita, quæ ad illustran-  
dam eandem Historiam plurimum  
deserviunt.

C U R A E T L A B O R E

*P. D. BENEDICTI TROMBY.*

---

---

Faint, illegible text at the top of the page, possibly a header or title.

1908 A B C D E F G H I J K L M N O P Q R S T U V W X Y Z

-----

# I N D E X

CXCVII

## II. APPENDICIS.

- I. **R.** P. D. Theodorici Lober a Stratis Buxianæ Cartusie Prioris Epistola ad Rever. Dominum Adolphum Coloniensem Archiepiscopum, cui Enarrationes in IV. Prophetas Majores R. P. D. Dionysii Cartusiani dedicat: Ad ann. 1548.
- II. Bulla Pauli III. qua confirmatur Privilegium Urbani P. V. ut liceret personis Ordinis habere Altaria portatilia in Domibus, Grangiis, Cellariis, ac aliis locis congruentibus, super quibus Missam celebrare valerent: Ad ann. 1548.
- III. Pauli Papæ IV. Confirmatio Unionis Monasterii S. Mariæ de Cadossa, & S. Nicolai prope Padulam, factæ, Domui S. Laurentii de Padula Ordinis Cartusiensis per Prædecessores Pontifices Leonem X. & Paulum III. Ad ann. 1550.
- IV. Godefricti Cartusie Parisien. Monachi in suum Antiochum e Græco in Latinum translatum Præfatio Nuncupatoria, cir. Ad ann. 1550.
- V. Provisio Caroli V. pro Cartusia S. Martini supra Neapolim: Ad ann. 1553.
- VI. De P. D. Theodoro Loberio apud P. D. Theodor. Petrejum. Ad ann. 1553.
- VII. Cardinalis D. Petri Pacecthi e Ducibus Escalonæ in Hispania, Neap. Protegis, Ordinatio pro Monast. S. Martini: Ad ann. 1554.
- VIII. R. P. D. Brunonis Lober a Stratis Cartusie Coloniensis Vicarii Epistola ad Reverendiss. P. D. Damianum M. Cartusie Priorem, & totius Ordinis Ministrum Generalem, cui nuncupat mox edenda Opera minora R. P. D. Joannis Justi Lanspergii Cartusien. Ad ann. 1554.
- IX. R. P. D. Brunonis Lober a Stratis Cartusie Coloniensis Procuratoris Epistola ad Reverendiss. Patrem, & Principem D. Joannem hujus nominis V. Trevirensem Archiepiscopum, cui enarrationes D. Dionysii Cartusiani in Libros Sapientiales secundo edendos nuncupat. Ad ann. 1555.
- X. De P. Gerardo Hamontano, apud Theodorum Petrejum. Ad ann. 1556.
- XI. Henrici Helmesii Gemipolitani ad P. D. Gerardum Amontanum Epistola. Ad ann. 1556.
- XII. Excerpta ex Libro II. De Rebus Gestis Episcoporum Diensium R. P. Joannis Columbi pag. 295. Ad ann. 1557.
- XIII. Hecatosticon Apologesicum D. Jacobi Hieronymi Cartusie Parisiensis Alumni, quo Phrasin B. Brunonis, quæ nasutis humilior videbatur a calumnia defendit, & sententiarum pondera vance justa appendit. Ad ann. 1558.
- XIV. Authenticum miraculum S. P. Brunonis, qui in suo Eremitio Calabria Mulierem a 18. ann. mutam loqui fecit. Ad ann. 1589.
- XV. Ordinatio Capituli Generalis Ordinis Cartusien. ann. 1561. emanata, qua Priores ad vigilantiam, Religiosos vero ad pietatem adhortatur. Ad ann. 1561.
- XVI. Historia dell' Erezione della Chiesa di S. Maria degli Angeli nelle Terme Diocleziane cavata da le Scritture originali d' Antonio Duca di Cefalù Sacerdote Siciliano per Matteo Calantia Siciliano Prete, e Dottore di legge ad utilità delle devote persone fedelmente composta. Ad ann. 1561.
- XVII. Sessio XXV. Cap. VI. de Reformatione: Ad ann. 1563.
- XVIII. Exemplum Provisionum per Vice-Regem Neapolis ann. 1563. expeditarum ad favorem Cartusie Sanctorum Stephani, & Brunonis de Nemore pro observantia Decretorum, & sententiarum pro se latorum: Ad ann. 1563.
- XX. Charta Margaritæ Mirabelli Domine pro fundatione Cartusie Aulæ Dei. Ad ann. 1564.
- XXI. Pius Episcopus servus servorum Dei ad perpetuam rei memoriam. Ad ann. 1553.
- XXII. De P. Gerardo Amontano, Petrejus. Ad ann. 1566.
- XXIII. Statutum Generalis Cartusiensis Capituli ann. 1567. celebrati de festo S. Joseph Virginis Sponso in Ordine peragendo. Ad ann. 1567.
- XXIV. Testimonium R. P. D. Laurent. Zamorra Prioris Domus Partæ Cali prope Valentiam, de vita, & moribz P. D. Francisci Marques prof. & Prior. ejusd. Ad ann. 1567.

XXV.

- XXV. De eodem R. P. D. Jo: Baptista Civera profess. & Vicar. Cartus. Porta Cæli in Epitome Histor. ejusd. Domus cap. 26. Ad ann. 1567.
- XXVI. Ex aureo Opusculo Piarum Exercitationum Cl. V. Nicolai Eschii ad calcem Dedicatoriæ suæ ad PP. Colonien. Cartusian. Ad ann. 1569.
- XXVII. De Martyrio B. Laurentii Cartus. Bonæfidei in Velaunis Monacho. Ad Ann. 1569.
- XXVIII. Breve Pii Papæ V. quo Vitas Sanctorum a R. P. Laurentio Surio Coloniensis Cartusie Professo collectas summopere laudat, eumque ad laudabilem laborem prosequendum adanimat. Ad ann. 1570.
- XXIX. Ex Opusculo Martyrum Hollandicorum Decade I. lib. IV. De Cartusia S. Bartholomæi apud Delphium Batavorum erecta anno 1470. hæc inter alia Arnold. Reiff. Orig. Cartusiar. Belgii pag. 121. Ad ann. 1570.
- XXX. Pii Papæ V. Bulla Extensionis Fratrum Mendicantium Privilegiorum ad alios Ordine, atque inter alios ad Monachos Cartusianos. Ad ann. 1771.
- XXXI. Mandatum pro Fisco, & contra Monasterium S. Stephani de Nemore ad ostendendum Titulum jurisdictionis Secundarum Causarum, & jurisdictionis Criminalis meræ & mixtæ in Casali Bivongii cum reprobatione PP. Monasterii prædicti contra præensa per Regium Fiscum. Ad ann. 1571.
- XXXII. Ex Schedis Cartus. S. Maria de Casulis de incendiis ejusdem Domus. Ad ann. 1578.
- XXXIII. Ad Archiducam Albertum Austriae Libellus supplicæ ejusdem Bru-xellensis Monachi deplorantis excidium Domus suæ. Ad ann. 1578.
- XXXIV. Ex Catalogo Prior. M. Cartus. in Marg. Statutor. Ad ann. 1581.
- XXXV. Ex Archivo Cartus. S. Martini supra Neap. De P. D. Jo: Mazza Monac. ejusd. Ad ann. 1581.
- XXXVI. Ex Epistola R. P. D. Guilielmi Osanna ad R. D. Camillum Tu-rinum. Ad ann. 1581.
- XXXVII. Charta Margaritæ de Beauge Domine de Mirabello pro Cartusia Claustrii Monialium Poletarum in Bressia apud Samuelem Guchienonum Par. 4. Hist. Bressia. sive ad an. 1240. quo fundata, sive quando Car-tusia Lugdunensi incorporata est. Ad ann. 1584.
- XXXVIII. De Ereptione Cartusie Ara Christi in Regno Valentia. Ad ann. 1585.
- XXXIX. Ex P. G. Suriana Belga Annotat. in Vir. S. Brunon. pag. 354. edit. Bruxell. an. 1639. De Miraculo S. P. Brun. Ad ann. 1586.
- XL. Instrumentum restitutionis de Territorio Ninsi, & Joyo ab Illustri D. Fabricio Carafa Marchione Castrioverris factæ Monasterio S. Steph. in Ulter. Calabr. Ad ann. 1586.
- XLI. De Fundatione Cartusie Scalæ Cæli apud Eboram in Lusitania. Ad ann. 1587.
- XLII. De P. D. Sylvio Badolato. Ad ann. 1588.
- XLIII. R. P. D. Christiani Noutz Brussellensis Prioris, ac Teutonia Provinciae Visi-tatoris, de suæ aliarumve Cartusiarum statu flebilis Memoria. Ad ann. 1591.
- XLIV. Gregorii Pp. XIV. Bulla: Qua confirmantur omnia nostri sacri Or-dinis Cartusienfis Privilegia. Ad ann. 1591.
- XLV. Gisleni Hammi Bruxellensis Monachi ad laudem P. D. Petri de Leon Prioris, & Restauratoris ejusdem Domus Elogium. Ad ann. 1591.
- XLVI. Matthiæ Hovii Archidiaconi Melchliniensis Vicarii Generalis Sede va-cante, ac paullo post Archiepiscopi decretum, quo adsentitur translationi Domus Cartusie Bruxellensis e loco dicto Scheut ab hæreticis diruto in-tra mœnia ejusdem Urbis. Ad ann. 1592.
- XLVII. De Fundatione Cartusie Vallis Misericordiæ in Lusitania. Ad ann. 1593.
- XLVIII. De R. P. D. Ludovico Telm Expriore Scalæ Dei, & Priore Car-tusie Vallis Misericordiæ in Lusitania ex P. Josepho de la Valle Bru-xellensi Monaco Abbas Joseph Morot. in suo Theatro Chronolog. Ord. Cartus. pag. 133. n. 175. & pag. 318. Ad ann. 1598.
- XLIX. Testimonium de Vita, & moribus B. P. D. Jo: Baptista Capponi Bononien. Prioris, ac Visitat. Provinciae Tuscia. Ad ann. 1599.
- L. S. Patriarca Bruno deflet excidium quarundam suarum Cartusiarum. Ad an. 1600.
- Ll. Cartusie quæ sub R. P. D. Brunone d' Affringues, aut reedificatæ, sive denuo inchoatæ, aut sub Successore immediato P. D. Jacobo Juste Per-rot, erecta fuerit. Ad ann. 1600. R.P.

## I.

R. P. D. Theodorici Loher a Stratis Buxianæ Cartusiæ  
 Prioris Epistola (1) ad Rever. Dominum Adolphum  
 Coloniensem Archiepiscopum, cui Enarrationes  
 in IV. Prophetas Majores R. P. D. Dionysii  
 Cartusiani dedicat,

Ad ann. 1548.

Reverendissimo in Christo Patri, eidemque clarissimo Principi, ac Domino D.  
 Adolpho Archiepiscopo Colonienfi Sacri Romani Imperii per Italiam Archi-  
 Cancellario, Principi Electori, Legatoque nato Westphaliæ, & Angariæ  
 Duci, Domino suo clementissimo Frater Theodoricus Loher a Stratis  
 Cartusiæ Buxianæ Prior S. P. D.

Cum ante hos aliquot menses, luctus ingens, & tristis quædam desperatio  
 pios omnes in celebri, & antiqua Diocesi Colonienfi, Præsul amplissime,  
 miserandum in modum occuparet, eo quod tum proh dolor! tota quasi libertate  
 gregis Domini, quæ est plebs fidelium, improbi perturbatores, hæretici lupi rapaces,  
 adeoque horum Duces, & signiferi Monachi Desertores, longe lateque  
 virus suum omni peste exitiosius spargerent non absque gravi jactura animarum:  
 en propter omnem spem subito gratissimus ad nos rumor advolat, celsitudinem  
 tuam Archiepiscopum jam collapsæ propemodum Ecclesiæ Colonienfi, & Apostolica,  
 & Imperiali esse auctoritate præfectum. Tum vero ita ut solet ejuscemodi ser-  
 me deploratis in rebus, quotquot genua sua nondum curvaverant ante Baal, ne-  
 que cognoverant altitudinem Satanæ tanta sibi oblata, quam ne sperare quidem  
 poterant, materia gaudiorum, e gravi desperatione cœperunt ad spem integram  
 revocari; ita jam de Cels. Tua nihil non dignum honore tuo ac munere, quod  
 jam tum felicissime benemeritis obibas, nihil non accommodum rebus suis, ni-  
 hil non denique jamjam rulturæ; ni Deus tulisset opem Reipublicæ Colonien. de-  
 nuo instaurandæ, maxime idoneum pollicebantur. Contra vero, quod nulli sa-  
 næ mentis esse potest ambiguum, ad tantam tam inopinatam rerum vicissitudi-  
 nem ac mutationem dolor vehemens, ac metus incredibilis (ut semper timet,  
 teste sapiente, sæva perturbata conscientia) erectos atque sublatos, prospero ne-  
 fandorum conatum successu animos hæreticorum incessit, quod jam in ipso suæ  
 navigationis fervore, & lætissimo cursu, adversis flatibus ad infelicem, atque  
 calamitosam profus conditionem, rejicerentur? Non enim poterant non vehemen-  
 ter suspectam habere Cels. Tuam, quam vel eo potissimum nomine in alterius  
 heu male seducti locum subrogari noverant, quod fides in te esset integra, vita  
 irreprehensibilis, justitiæ, & æquitatis amor, cultus denique virtutum omnium;  
 unde nihil æque illis poterat certum esse atque persuasum, quam eum, in quem  
 tot sua dona Deus Optimus Maximus abundantissime contulisset, suis esse conatibus  
 maxime oblectaturum. Ita ergo ex una, eademque re ad alios lætitia immensa ad  
 alios dolor incredibilis rediit: dum & pii venisse sibi servatorem, propugnatoremque  
 impii vero hostem acerrimum oppugnatoremque certis caperent indiciis, nec dubijs  
 colligerent argumentis. Psallebat tum Ecclesiæ gratulabunda, & ovans: Nisi quia  
 Dominus erat in nobis: Cum exurgerent homines in nos, forte viros deglutissent  
 nos: Torrentem pertransiit anima nostra, forsitan pertransisset anima nostra aquam  
 intollerabilem: Benedictus Dominus, qui non dedit nos in captivum dentibus eorum.

Tom. X.

P P

La.

(1) Extant in fronte Enarrationum prædicta- Majores, impressis Colon. an. 1557. in officina  
 ym D. Dionysii Cartusiani, super Prophetas Hæred. Joannis Quentel. mensis Martio,

Laqueus contritus est, & nos liberati sumus. Quid vero Ecclesia impiorum? Quid illi, nisi quod olim Palæstini, cum Arcam Domini ad castra plebis Iſraeliticæ adductam, ex illorum insolito clamore didicissent? videlicet: Væ nobis, væ nobis: Venit Deus in castra. Revera namque venit Deus in castra Ecclesiæ suæ Coloniensis, quem pene deseruisse videbatur, quando te illi nimium perturbatæ, & afflictæ, Pastorem & Episcopum dedit, cui & ingenii affatim, & eruditionis suppeteret ad perspiciendos revincendosque errores, & animus itidem, atque facultas non deesset ad reprimendos, coercendosque ausus temerarios, ac insultus impotentes hominum seditiosorum. Hic jam amplissimus nobis pateret campus laudum tuarum, ornatissime Antistes, in quo & alias versati sumus pro modulo nostro: sed nullâ potest verior laus esse, quam ea, quam licet sileant omnes, ipsa se prædicat, ipsa se cernentium oculis, pectoribusque insinuat, qua te abunde divitem gratulamur, dum tot, tantisque & fortunæ, & corporis, & animi bonis, omnibus admirabilis occurris, ut tametsi non desint, qui tuas celebrare laudes appetant, omnes tamen se huic Provinciæ impares fateantur, vincantque meritorum, ac fortunarum tuarum materia dives ditissimam licet quamlibet felicius ingenii facultatem. Quod ut citra assentationem dicimus, ita Deum obnixè precamur, uti hæc in te bona non conservet modo, ac tueatur, sed augeat etiam, & amplificet ad laudem suam, ac populi sui gregis tibi crediti, ac omnium nostrum profectum & utilitatem. Nihil enim æque optandum, nihil proinde precibus a Christo Opt. Max. contendendum esse videtur, quam ut ea, qua coepisti, fide, integritate, zelo, constantia ab erroribus vindices Ecclesiam tuam: Hostes sanæ fidei, maxime monstruosum, atque deterrimum illud hominum genus, apostatas Monachos, servos libidinum suarum, & voluptatum mancipia totis viribus arceas ab ovili tuo: atque eos demum, quoad ejus fieri poterit, verbi Dei, Sacramentorumque administrationi præcias, ad eos sacrorum curatione deferas, qui & persuasione sint Catholici, & moribus incorrupti. Ita nimirum fiet, & quidem haud grandi negotio, ut si qui etiamnum a veritate dissentiunt, citius respiciant, & absterfa ac profligata quacunque ab interioribus mentis suæ obtutibus vastissima pestiferi dogmatis caligine, ad lucem redeant, tanto eam fidentius, ferventiusque amplectentes, quanto se hucusque ab ea longius aberasse perspexerint. Nam quis nesciat plerosque non tam malitia, quam quodam humanæ mentis errore ac cæcitate prolapsos, utpote callidissimorum hominum fallacissimis abductos sermonibus, ut qui simplices sint rudesque Scripturarum; quibus profecto eo major est impendenda miseratio, quo se ipsi miseros esse nesciunt. Hæc vero in parte quam te fidum; quam sincerum, quam strenuum præbueris, novit totus pariter orbis Christianus, novit potissimum tuæ ditionis Provincia, quæ se e luporum faucibus ereptam cum primis gratulatur benignitate ac providentia Dei, zelo ac sollicitudine tua. Nec te Patrem patriæ appellare dubitat, qui post Deum Opt. Max. atque Cæsaream Majestatem uni tibi debere se novit salutem suam: uni tibi acceptam fert eam, qua fruitur, pacem, & restitutæ fidei sinceritatem. Itaque laudent in te alii generis nobilitatem, quæ certe illustris est, & præclara admodum: alii dignitates, honores, eruditionem suspiciunt, nos paternam in te fidem, pietatem vere Christianam, pectus inviolatum ac solidum charius amplectimur, suavius exosculamur, libentius prædicamus; quod illa quidem etiam impiis adesse possint, uti & in sunt quamplurimis: his autem nonnisi bonus præditus esse queat. Vide nunc Colendissime Pater, quid nobis de celsitudine tua expectare liceat propter ea, quæ jam summa laude tua, utilitate publica, communi omnium gratulatione experti sumus. Vide quantum nobis de Ecclesiæ Catholicæ unitate, ejusque castissimis ritibus, ac institutis (quibus nec ipsi Apostoli, si adessent, puriora traderent), quod quidem in te est, instaurandis, conservandis, tuendisque nobis haud temere promittamus. Atque ut interim piissimis conatibus tuis & nos qualemcumque commodemus operam, jam ante dedicatum nomini tuo Dionysii nostri in III. Prophetas majores explanationum opus pium juxta ac eruditum denuo tuæ præstantiæ nuncupamus, utpote quæ nulla re æque ac munere litterario oblectari fertur, cuique sapientia auro charior, & antiquior est. Et quidem quod ad Dionysium attinet, scripsit is in utrumque Testamentum luculenter, & docte. Verum ubi scriptura est obscurior, aut sensus abstrusior, id quod in Prophetis maxime usuvenit, ibi etiam explicator, ac fusior est adhibita elucidatio. Enim vero familiare hoc illi ubique est; quo intellectu difficiliora occurrant, eadem accuratiori studio reddere clariora, illustrioraque, nec ubi trepidant alii, in plerisque Scriptura-

ræ locis hæzere . Nec tamen solum , quem vocant , litteralem sensum explicuisse  
 fat habet , quin & mysticum ac reconditum illum , pro materiæ ratione , vel fu-  
 sius , vel contractius adjicit . Est præterea & hoc illi in omnibus scriptis suis fre-  
 quens , & assiduum , ut ubicumque vel parva sese offert occasio , non modo ad  
 vitæ correctionem lectorem stimulet , sed affectum quoque illius in Dei Optimi  
 Maximi sincerum amorem verbis ad pietatem maxime accommodis , id quod  
 perpaucis contigit , erigat , invitet , inflammet . Quod unum facile argumento  
 esse potest , illum , tametsi ingenio , ac memoria polleret incredibili , magis ta-  
 men divinitus illustratum , & unctum , quam ab homine doctum fuisse . Postquam  
 enim vicefirmam ætatis exegerat annum , mox post Magisterii titulum , ac divina-  
 rum studium litterarum novus sese tiro obtulit in excubias Domini factus Eremita  
 Cartusianus . Unde nimirum colligere est , eorum , quæ postea , suoopte ( quod  
 dicitur ) Marte composuit , aut nihil , aut parum certe ab homine eum percepisse  
 se , sed partim ex superni illustratione Numinis , partim naturalis ingenii dexte-  
 ritate . Enimvero tantæ ille puritatis , tam inviolatæ innocentæ fuit , ut nihil  
 absurdum sit dicere a Spiritu potius divino , quam homine Doctore , eum fuisse  
 institutum . Ad hæc sanctæ , & irreprehensibilis vitæ erat , & pro contemplationis  
 fervore , assiduitate , excellentia , haud raro totus ad superna extra sese ra-  
 piebatur , & nonnunquam etiam cælestes habere revelationes meruit . Cæterum  
 qui Philosophorum omnium , maxime veterum , qui præterea sacræ Theologiæ  
 nulla eum secreta fugerunt , contulit id ei & lectionis assiduitas , & ingenii fer-  
 tilissima ubertas . Maxime vero id in eo admirandum , immo & stupendum est ,  
 unde tempus illi suppetere potuerit tot exarandi libros , tamque immensa volu-  
 mina , quæ citra omnem dubitationem , cujusvis etiam Ecclesiastici Scriptoris , atque  
 adeo etiam ipsius Augustini , quamvis numerosam operum multitudinem facile nu-  
 mero vincant , ipsiusque insuper Sacræ Scripturæ , Theologorum item , Philoso-  
 phorumque sententiis ( quos illum ante legisse necesse est ) fortissime sint com-  
 muta , corroborataque . Quæ nisi manu illius , quod character proprius testatur ,  
 hodieque conscripta , revivida identidem , atque correctæ extarent , quis unquam  
 crederet , Monachum unum , satis superque precibus horariis , aliisque suæ pro-  
 fessionis debitis absolvendis prægravatum , tot tam insignium , solidorumque vo-  
 luminum monumenta posteritati donare potuisse ? Est ea propter miraculi ei loco  
 tribuendum ( si legendi , scribendi , orandi in eo exercitia singulatim spectentur )  
 tantum cuivis horum vacasse , ut impossibile videatur operam dare potuisse reli-  
 quis . Imo non potest non maximam habere admirationem , ut vel uni horum  
 tantum sese accommodare potuerit , qui in tribus simul . i. quolibet horum multo  
 fuit copiosissimus . Neque enim rarum id illi fuit , ut integras noctes precibus in-  
 cumberet , neque itidem inusitatum , ut complures horas a sensibus abstractas , cor-  
 poreque rigidus , ac immobilis perdurans in cælestibus commoraretur . Unde &  
 doctissimus ille Cardinalis Nicolaus de Cusa , eruditionem illum cum pietate ani-  
 madvertens , a Monasterio abstractum , socium sibi aliquamdiu adhibuit . ( Adde  
 quod adeo Sacræ Scripturæ animum applicuerat , ut sæpe numero etiam cibum  
 capere oblivisceretur . ) Toto vero hoc tempore , quo illi vir Dei aderat , nihil  
 neque lectioni Scripturarum , neque cultui spiritus detraxit ; nec minus in ejus  
 Curia , qua in Monasterio solitus esset , Deo Divinisque operam dabat . Hoc unum  
 isthæc ei libertas contulit , ut , quod alias , neutiquam licuisset vetustas librorum  
 officinas , coenobiaque inviseret . Et est hoc in illo prorsus admirabile , quod quic-  
 quid uspiam alienis , iisdem raris ex codicibus lectione collegerat , non aliter at-  
 que ad Tabulam signasset , tenaci memoria retineret . Porro quod ad stylum ejus  
 attinet , is minime est affectatus , sed simplex , planus , & scholasticus . Verba ejus  
 tametsi minus interim latina , ac polita , vehementia tamen , & efficacia sunt ;  
 vim quamdam legenti afferentia . Ea tempestate vixit , qua genus omne studio-  
 rum sola barbaries occuparet . Itaque sæculo illo stylum quoque accomodavit ,  
 multo haud dubie latinus , elaboratiusque , quod ad dictionem pertinet , scriptu-  
 rus , si in hæc nostra tempora incidisset . Atque eruditionem illius nihil opinor  
 Celsitudini tuæ commendare attinet , quam lectio ipsa , si modo sedula sit , cujus  
 poterit vel maxime testatam , exploratamque reddere . Neque vero adduci possem ,  
 ut credam Celsitudini T. minus esse perspectum quam Sacræ Scripturæ Librorumque  
 omnium , & authorum soles esse longe studiosissimus . Quare iudicium tuum ma-  
 gis ipsi sequimur , tuam de illo sententiam , quantique illum feceris , nosse cupien-  
 tes . Scimus certe a multis gravibus alioqui , & doctis viris , hunc non absque  
 laude multa & legi , & efferri : at tuam nos maxime omnium æstimationem pro-  
 ba-

bamus, qui non eruditione modo, verum etiam autoritate vales. Ceterum ex hujus in Prophetas exegesos, quam T. Celsitudini dedicamus, lectione facile conjectura assequi poteris, quod item in cæteris scripturis possit. Enim vero cum Prophetæ isti admodum obscuri sint, æquius hinc perspicua ne, an secus, ejus sit explanatio æstimari potest. Tuæ itaque ad altiora evectioni gratulabundi occurrentes, quid deceat Episcopum, quid tibi placeat, ipso hoc munere declaramus. Neque jam conditionis nostræ certe vilissimæ, neque præstantissimæ dignitatis tuæ, cui nihil a nobis idoneum, nihil dignum offerri possit, immemores sumus. Verum enim vero ut Celsitudinem T. haud dubitanter compellare auderemus, tua nos invitavit nota omnibus modestia atque humanitas, qua freti, haudquaquam metuemus, hos licet exiguum munus, licet ab infimis oblatum homuncionibus, contemptum iri. Sed ne longior sim, & hunc Dionysium nostrum, & me, meosque Fratres Cartusianos Colonienses filios tuos T. Celsitudini humillime commendo. Precorque Deum Opt. Max. ut diu te nobis sanum, & incolumem servet, atque post fallacissimæ hujus miseræque vitæ labores, & ærumnas ad quietissimum beatæ, vitæ perennisque beatitudinis portum sua clementissima misericordia, ac pietate perducatur. Valeat, Cœlestissime Præsul, & Princeps clarissime, Celsitudo tua felix semper, & inclita. Datum in Cartusia nostra Buxiana, altera Junii Anno Salutis MDXLVIII.

## II.

Bulla Pauli III. qua confirmatur Privilegium Urbani P. V. ut liceret personis Ordinis habere Altaria portatilia in Domibus, Grangiis, Cellariis, ac aliis locis congruentibus, super quibus Missam celebrare valerent.

*Ad ann. 1548.*

**P**aulus Papa III. Dilecto Filio Joanni Voloni moderno Domus Cartusie Gratianopolitane Dicoecsis Priori, salutem, & Apostolicam Benedictionem. Alias nobis pro parte Petri de Leydis, tunc in humanis agentis, & majoris Cartusie Gratianopolitane Dicoecsis, ac aliorum Domorum Priorum, & Fratrum, ac Personarum Cartusienſis Ordinis Nobis expositum, quod dudum antea felicis recordationis Urbanus V. Personis dicti Ordinis, ut liceret eis habere Altaria portatilia, super quibus in Domibus, Grangiis, Cellariis, & aliis locis congruentibus, & honestis ad Domos seu Prioratus dicti Ordinis spectantibus, Missam celebrare valerent, ac pie memorie Sixtus IV. quod dictæ Majoris Cartusie, & alii quinquaginta ejusdem Ordinis Domorum Priores, per Priorem Domus Majoris Cartusie hujusmodi eligendi Personas dicti Ordinis ab omnibus peccatis, etiam Apostolicæ Sedi reservatis, absolvere possint. Ac quod omnibus Personis hujusmodi liceret in quolibet Festo Nativitatis Beatæ Mariæ eligere sibi Confessorem dicti Ordinis, qui eos ab omnibus peccatis, etiam dictæ Sedi reservatis absolvere possent: Et recolendæ Memorie Innocentius VIII, Romani Pontificis Prædecessores nostri Prioribus dicti Ordinis, quod Paramenta Altarium, Cruces, & Casulas, ac alia ad Divinum cultum pertinentia benedicere valerent, per diversas eorum litteras concesserant, & indulerant, prout in eisdem litteris plenius continebatur, & præterea nonnulli ejusdem Ordinis dubitabant, an in aliis locis, seu Ecclesiis ad Domos seu Prioratus Ordinis hujusmodi non spectantibus celebrare, & an Confessores per personas dicti Ordinis pro tempore electi personas ipsas ab Excommunicatione tam majori, quam minori, & omnibus aliis censuris absolvere possent. Et insuper nonnulli alii facultate eligendi Confessorem hujusmodi nimium large uti, & illius verba tam late interpretari poterant, quam exinde magnum animarum damnum sequeretur. Præterea multoties pro animarum salute expediret facultatem, quæ majoris Cartusie, & aliis quinquaginta ejusdem Ordinis Domorum Prioribus per Priorem Domus majoris Cartusie hujusmodi



modi pro tempore electis, in vim litterarum Sixti prædecessoris hujusmodi competit, etiam Vicariis Monialium per Priorem Domus majoris Cartusie hujusmodi concedi. Rursus a nonnullis hæsitabatur, an Priores dicti Ordinis in vim litterarum Innocentii Prædecessoris hujusmodi corporalia, & pallas benedicere poterant. Cum iidem Priores, & Personæ humiliter supplicare fecissent, ut eis, & eorum cuilibet, quod etiam in aliis locis, & Ecclesiis, in quibus pro tempore forent, sive ad Domos, & Prioratus Ordinis hujusmodi spectarent, Missam celebrare valerent, concedere, & indulgere, aliasque eis in præmissis opportune providere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos supplicationibus hujusmodi tunc inclinati eisdem Prioribus, Fratribus, & Personis, & eorum cuilibet, ut etiam in locis aliis, & Ecclesiis, in quibus ipsi pro tempore forent, sive ad Domos, & Prioratus hujusmodi spectarent, vel non spectarent, Missam celebrare, & ex tunc in antea non solum in Nativitatis prædictæ, sed etiam in quolibet Purificationis ejusdem Beatæ Mariæ Feste Confessorem dicti Ordinis, qui eos ab Excommunicatione tam majori, quam minori, & ab omnibus aliis Censuris absolvere posset: Sic tamen, quod nullus dicti Ordinis facultate eligendi Confessorem hujusmodi uti, aut illius verba interpretari, seu limitare valeret, nisi prout præfatus Petrus tunc, & pro tempore existens Prior Domus majoris Cartusie hujusmodi, eadem facultate uti mandaret, & illius verba limitaret, & interpretaretur, eligere posset. Quod præfatus Petrus, & pro tempore existens Prior Domus majoris Cartusie hujusmodi, ultra præfatos quinquaginta Priores, & etiam alios viginti, sive Priores, sive Vicarios Monialium, ita ut numero essent septuaginta, qui alias juxta formam litterarum Sixti Prædecessoris hujusmodi personas dicti Ordinis, & alias eidem Ordini commissas ab omnibus peccatis etiam dictæ Sedi reservatis absolvere posset, eligere valeret. Quod Priores Domorum Ordinis hujusmodi non solum paramenta Altarium, Cruces, & Casulas, verum etiam Corporalia, & Pallas, ac alia ad divinum cultum pertinentia perpetuis futuris temporibus benedicere posset, Et insuper cum contingeret diversos diversarum Institutionum Religiosos, & personas erroribus, & hæresi Lutheranz relictiis respicere, & ad catholicam veramque fidem revertendo ad Sanctæ Matris Ecclesiæ gremium confugere, præfato Petro, qui etiam totius ipsius Ordinis tunc existeret, quod dicti Ordinis personas omnes a Lutherana, & aliis hæresibus ad ipsum Ordinem revertentes, ac eas, quæ ex lectione librorum Lutheranorum & similium prohibitorum excommunicationem, & forsitan etiam irregularitatem quomodolibet incurrerant, Ordini prædicto & recipere, & eas in foro conscientiæ dicta authoritate Apostolica absolvere, ac cum eis ac qualibet earum super ipsa irregularitate eadem authoritate Apostolica dispensare, & ne locorum distantia animarum salutem obesse valeret, ex supradictis quinquaginta Prioribus per eundem Petrum pro tempore electi viginti Priores, quos ad hoc conscientia sua magis idoneos judicaret, qui pariter personas dicti Ordinis, & quamlibet earum ab omni vinculo excommunicationis, ut præfertur, absolvere, & cum eis, ac qualibet earum super irregularitate per eos incurta dispensare eadem authoritate Apostolica posset, eligere, & nominare valeret per alias nostras in Forma Brevis litteras concessimus, & indulgimus prout in eisdem literis plenius continetur, & sicut nobis nuper exponi fecisti, & etiam tibi Domus majoris Cartusie Priori simile indultum, videlicet personas omnes Ordinis hujusmodi ab hæresibus, ut præfertur, absolvendi, nec non etiam ex supradictis quinquaginta Prioribus, viginti Priores, seu Vicarios Monialium, qui ut præfertur, personas hujusmodi ab Excommunicatione absolvere, & super irregularitate dispensare posset, eligendi facultas concederetur profecto earundem personarum animarum salutem non parum consuleretur. Nos qui Personarum quarumlibet, perfectam sub regulari observantia Altissimo famulantium, salutem nostris potissimum temporibus sinceris desideramus affectibus, suis in hac parte nobis perfectis, supplicationibus inclinati, tibi qui etiam totius dicti Ordinis Generalis existis, ut quascunque dicti Ordinis Personas a Lutherana, & aliis hæresibus ad ipsum Ordinem revertentes, ac eas, quæ ex lectione librorum Lutheranorum, & similium prohibitorum excommunicationem, & forsitan etiam irregularitatem quomodolibet incurrerint, Ordini prædicto recipere, easque in foro conscientiæ dicta authoritate Apostolica absolvere, & cum eis, ac qualibet earum super ipsa irregularitate dispensare, nec non ex supradictis quinquaginta Prioribus per se, & pro tempore existentem ipsius Domus majoris Cartusie Priorem pro tempore electis, viginti Priores seu Vicarios Monialium, quos ad hoc conscientia sua magis idoneos judicaverit, qui etiam

quascunque Personas dicti Ordinis, & quamlibet earum ab omni vinculo excommunicationis, ut præfertur, absolvere, & cum eis, & qualibet earum super irregularitate per eas incurfa dispensare dicta autoritate Apostolica tenore præsentium concedimus, & indulgemus, non obstantibus omnibus, quæque in dictis litteris volumus non obstare, cæterisque contrariis quibuscunque. Datum Romæ, apud Sanctum Marcum sub annulo Piscatoris die XX. Julii MDXLVIII. Pontificatus nostri anno quarto decimo.

## III.

Pauli Papæ IV. Confirmatio (1) Unionis Monasterii S. Mariæ de Cadoffa, & S. Nicolai prope Padulam, factæ, Domui S. Laurentii de Padula Ordinis Cartusienfis per Prædecessores Pontifices Leonem X. & Paulum III.

*Ad ann. 1550.*

Paulus Episcopus Servus Servorum Dei, ad futuram rei memoriam.

**C**irca Monasteriorum, & Religiosorum locorum quorumlibet statum prospere dirigendum studiis invigilantes assiduis, his quæ pro eorum, ac personarum in illis sub suæ Religionis jugo Altissimo famulantium, profectu, & commodo facta fuisse dinoscuntur, ut firma perpetuo, & illibata persistant; cum a nobis petitur, nostræ approbationis robur libenter adjicimus. Dudum siquidem B. Mariæ de Cadoffa, (suppl. cœnobium), quod quond. Joannes de Jesualdo, & quod dilectus filius Joannes de Balsamo de Padula Clerici, ex concessione Apostolica in commendam respective obtinebant: S. Nicolai etiam de Padula Ord. S. Benedicti Caputaquen. Diœcesis Monaster. commend. hujusmodi; Ex eo quod illi respective, Joannes de Gesualdo videlicet in felicis Recordat. Leonis X., Joannis de Balsamo vero præfat. in piæ memoriæ Pauli III. Romanorum Pontificum Prædecessorum nostrorum manibus, sponte, & libere cesserant, & Leo Joannis de Jesualdo, & Paulus prædecessores prædicti Joannis de Balsamo prædictorum, cessiones hujusmodi duxerant admittendas; cessantibus etiam tunc, eo quod ante Commendæ ipsæ vacabant, & respective modo vacantibus; & eidem Leoni, pro parte tunc Prioris, & Fratrum Domus S. Laurentii similiter de Padula Cartusien. Ordinis dictæ Diœcesis, exposito, quod cum dictum Monasterium de Cadoffa, quod Conventu carebat, seu in quo duo dumtaxat Monachi residere solebant, causantibus sinistris eventibus in suis structuris, & ædificiis plurimum diminutum existere; Si Monasterium de Cadoffa prædictum eidem Domui, in qua regularis observantia perpetuo uniretur, annecteretur, & incorporaretur, exinde commoditatibus Prioris, & Fratrum prædictorum plurimum consuleretur; Consuluit idem Leo Prædecessor, Prioris, & Fratrum, ac duorum Monachorum prædictorum supplicationibus inclinatus (Monasterium) de Cadoffa, cujus fructus, redditus, & proventus ad viginti-quinque Florenos auri in libris Cameræ Apostolicæ taxati reperiuntur &c. . . . & prædicto Paulo Prædecessori, etiam pro parte tunc Prioris, & Fratrum Domus hujusmodi exposito, quod cum dictum Monasterium S. Nicolai a tunc multis annis citra per Clericos sæculares obtentum fuisset, & jam diu Conventu caruisset, & tunc careret, ac in suis structuris aliqua reparatione indigeret; & in illius Ecclesia vix semel in hebdomada Missa celebraretur; ac prope illud fere ad dimidium

(1) Extat in Archivo ejusdem Domus S. Laurentii prope Padulam.

diem milliare dicta Domus S. Laurentii admodum insignis, & notabilis, in qua divinus cultus, & observantia regularis vigere dignoscebantur, ac multæ eleemosynæ continuo fiebant, consisteret, si Monasterium S. Nicolai prædictum suppressis in eo dicto Ordine S. Benedicti, ac omni dependentia regulari prædictæ Domui uniretur, annecteretur, & incorporaretur, ipsi Prior, & Fratres in dicto Monasterio S. Nicolai, aliquos Fratres ejusdem Ordinis Cartusienfis introducerent; & in illius Ecclesia prædicta quotidie Missa celebraretur, efficerent, illudque in suis necessariis ædificiis reparari facere curarent: ex quo divinus cultus, & Religio in ipso Monasterio propagaretur, ac Fratrum dictæ Domus intemperiei aeris, subiectæ infirmitate detentorum pro sanitate in dicto Monasterio S. Nicolai, in cujus loco salubrior vigeat aer, recuperanda consuleretur, & aliis Prioris, & Fratrum prædictorum commoditatibus consuleretur; Idem Paulus Prædecessor, eorum Prioris, & Fratrum supplicationibus inclinatus, S. Nicolai, de quo concistorialiter disponi non consueverat, Monasteria prædicta quovis modo vacarent, dicto Ordine S. Benedicti, & omni dependentia regulari in ipso Monasterio S. Nicolai penitus suppressis, & extinctis, prædictæ Domui, ita quod liceret eisdem Priori & Fratribus per se, vel per alium, seu alios corporalem possessionem, seu quasi, regiminis, & administrationis, ac bonorum dictorum Monasteriorum propria auctoritate libere apprehendere, & perpetuo retinere, ac Monasterium S. Nicolai juxta regularia ipsius Cartusienfis Ordinis instituta regere, ac gubernare, ac illius, ac dicti Monasterii de Cadossa fructus, redditus, & proventus in suos, & Domus, ac Monasteriorum prædictorum, usus, & utilitatem convertere, Dioecesani loci; & cujusvis alterius licentia desuper minime requisita, per suas literas perpetuo univerunt, annexerunt, & incorporaverunt; Ac dictus Paulus Prædecessor, in eodem Monasterio S. Nicolai Cartusiensem Ordinem instituit; prout in singulis literis Prædecessorum hujusmodi plenius continetur. Quare pro parte dilectorum filiorum modernorum Prioris, & Fratrum asserentium hujusmodi fructus, redditus, & proventus dicti Monasterii Sancti Nicolai, centum ducatorum de Camera secundum communem æstimationem valorem annum non excedere, ac se vigore unionum, annexionum, & incorporationum prædictorum fuisse, & esse in possessione, seu quasi regiminis, & administrationis Monasteriorum, ac illorum bonorum hujusmodi, ac insuper pro majori eorum animorum tranquillitate, uniones, annexiones, & incorporationes, necnon suppressionem, extinctionem, & institutionem prædictas per nos approbari, & confirmari, nobis fuit humiliter supplicatum, ut unionibus, annexionibus, & incorporationibus, ac suppressioni, extinctioni, & institutioni prædictis robor Apostolicæ confirmationis adjicere, aliasque in præmissis opportune provideri de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur, qui dudum inter alia volumus, quod petentes beneficia Ecclesiastica aliis unire, tenerentur exprimere verum annum valorem secundum æstimationem prædictam etiam beneficii, cui aliud uniri peteretur, alioquin unio non valeret, & semper in unionibus commissio fieret ad partes, quorum interest, ac idem servaretur in Confirmationibus unionum jam factarum; modernos Priorem, & Fratres prædictos, ac eorum singulos a quibusvis excommunicatione, suspensione, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis, a jure vel ab hominem, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutos fore censentes; necnon fructuum, reddituum, & proventuum dictæ Domus, ac illi annexorum veros annuos valores præsentibus pro expressis habentes hujusmodi supplicationibus inclinati, uniones, annexiones, & incorporationes ac suppressionem, extinctionem, & institutionem hujusmodi; necnon cum omnibus, & singulis in eis contentis, clausulas desuper confectas, singulas literas prædictas, & prout easdem uniones, annexiones, & incorporationes, ac suppressionem, extinctionem, & institutionem concernunt, omnia, & singula in singulis literis contenta, & inde secuta, quæcumque licita tamen, & honesta, Apostolica auctoritate tenore præsentium ex certa scientia approbamus, & confirmamus, ac illis plenum, & perpetuum firmitatis robor adjicimus, eaque omnia valida, & efficacia fore, & suos plenarios juris, & facti effectus sortiri, & ab omnibus inviolabiliter observari, sicque in præmissis omnibus, & singulis per quoscumque Judices, & Commissarios, quavis auctoritate fungentes, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, in quavis causa, & instantia, sublata eis, & eorum cuilibet, quavis aliter judicandi, & interpretandi auctoritate & facultate, judicari, e diffiniri debere: Ac si secus super his a quocumque quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contingerit

gerit attentari; irritum, & inane decernimus, non obstantibus priori, voluntate nostra prædicta, & quibusvis aliis constitutionibus Apostolicis, necnon prædictorum, & a quo dictum Monasterium S. Nicolai forsitan dependebat Sanctissimæ Trinitatis Gavenis ejusdem Ordinis S. Benedicti Monasterium & ipsius Ordinis S. Benedicti, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis aliisque functionibus, & insolitis clausulis, necnon irritantibus, & aliis Decretis, quomodolibet concessis, ac etiam iteratis vicibus approbatis, & innovatis, quibus omnibus etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus, specialis, specifica, expressa, & invidua non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quavis alia expressio habenda, aut aliqua requisita forma reservanda esset, tenores hujusmodi ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observari inserti forent præsentibus pro expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ absolutionis, approbationis, confirmationis, adjectionis, Decreti, & derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum. Datum Romæ apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicæ MDLXI. Kal. Julii Pontificatus nostri. an. 1. B. Scarintif.

## IV.

Godefrichi Cartusiæ Parisien. Monachi (1) in suum  
Antiochum (2) e Græco in Latinum translatum  
Præfatio Nuncupatoria. cir. 1550.

*Ad ann. 1550.*

**S**unt qui majore eloquentia scripserint, permulti: at pauci perspicuam hujus (de Sancto Antiocho loquitur) brevitatem feliciter assequuti sunt. Rarè hęc una dos unicuiquam contingit amabilis plurimum nostræ ipsius ætatis hominibus. Quam decore conservavit, *τὸ . . . . hoc est*, Ordinis dearum, in his dirigendis Homeliis liber compendio perstringere. A fide orditur telam sui operis: quæ Christianæ Religionis virtutumque omnium solidissima crepido est, & basis totius spiritualis fabricæ. Siquidem, teste Aurelio Augustino, ubi deest agnitio veritatis æternæ, falsa est virtus omnis, etiam in optimis moribus: Fidei adjungit individuum comitem, spem; fabricæ istius fastigium, charitas est: quæ hominem vita ad Regnum provehit: quare charitatem, & Regnum, ad calcem operis relegavit, Facto proinde fidei ac spei fundamento, amolienda primum veniunt, quæ impedimento esse possint: in quorum censu primas tenet Gastrimargia, teste Cassiano cap. 3. lib. 5. Remotius primum vitia, mox progreditur ad virtutum substructionem: Sed & hoc illi perpetuum est: Nullam non harum 130. Homeliarum finis desinens . . . . Et quidem hęc de opere. Ad tertium flectendus mihi est calamus. Hic mihi cum primis commonendus lector, ut ne præ-  
pro-

(1) Obiit XV. Augusti 1561. Ex Charta Capituli Generalis anni sequentis. De eo Petrejus noster in sua Cartusiana Biblioth. pag. 106.

(2) Fuit iste Antiochus Monachus Palæstinus Lauræ S. Sabæ Abbatis, Vir sanctitate, & doctrina insignis, qui sub Heraclio Imperatore vixit, & sub cladem Hierosolymitanam, qua urbe capta signum Sanctæ Crucis a Chorsoe in

Perfidem abductum est (incidit ea in annum salutis 614.) scripsisse videtur, ut apparet ex homelia 107., & aliis locis, præsertim in exomologesi, quæ est ad finem Homiliarum in Epistola Dedicatoria. Occasionem vero, & institutum scribendi hoc opus, ipsemet Antiochus exponit initio Homeliæ 66. De eodem plura exhibent tibi annales Ecclesiastici Tom. 8. an. 614.

properam feras sententiam, si quid inter legendum se offeret tuis auribus inlo-  
lens, quod in speciem præferet notam curiosæ novitatis. Habuit hic prius cum  
magno Athanasio commune illud . . . . Genus utique docendi pressum, & adstri-  
ctum ab omni ostentatione, & affectatione prorsus abhorrens. Sex occurrerunt ex  
versione, & relectione; quæ rudem linguæ Græcicæ, & crassioris iudicii le-  
ctorem offendere possent. Primum est: interiectæ aliquot, pendentes, & inabso-  
lutæ se obtulerunt sententiolæ: & has absolvi, mutuatus quod deerat e Bibliis Al-  
dinis; quæ quidem Græca feruntur esse a 70 editione: Ego verius crediderim  
Theodotionis esse, ex collatione locorum Hieronymi in Prophetas maxime: Et  
hæ perquam paucæ: ut illa est ex homel. 91. *Omnis sermo* . . . . Et sub medium  
sequentis ex Job. Desit nonnunquam negatio . . . . Alterum est, quod nisi nanci-  
scetur æquum temporis & rerum æstimatorem, nota illi inuretur novitatis. Duo  
proferam insigniora. Prius hom. 98. . . . famulum, vel populum, servum,  
pro quo Aldus . . . *Supplicem* habent: Alterum homil. 119. sub finem . . . .  
*Venationem hujus benedicens*: pro quo Aldus . . . . *Januam*, Ecclesia . . . . *Vi-  
duam*. Facilis transitus, T. in X. Lege Hieronym. & Augustinum. Tertium oc-  
currit: propria Hebraica, quam nos latini corruptius inducit. Et hoc est com-  
mune cum cæteris Græcis Doctoribus. In Prologo, & Hom. 11. de spe: *Suna-  
mitis* profert, & interpretatur *Cælestem*, quasi a Schamain Cæli etymum sortia-  
tur: quum Sunamitis sit dicendum a Suna Oppido: nempe Abyssy . . . . Hom.  
XX. pro *Sareptana Vidua*: *Jothor* pro *Jethro*. Similia passim apud Chrysostomum,  
& Nanzianzenum Hom. 74. Nabuthe, pro Naboth: ut & Basilus: *Qui Na-  
buthe Israelitam perdidit? Nonne Achaz cupiditas vineæ?* Quin & Ambr. sius  
Græcicæ dictionis æmulus, librum scripsit de Vineâ Nabuthe. Horum gratiam  
arbitror nos debere secundum Deum uni Hieronymo. Quartum est, in ampli-  
candis virtutibus & exaggerandis vitiis censerit poterit immodicus: sed & hoc illi  
commune est cum veteris Ecclesiæ Doctoribus, præsertim Johanne Chrysostomo.  
Crediderim Antiochum a puero exercuisse ingenium in scribendis Panegyricis  
Encomyasticis, & epideicticis, & orationibus. Quintum est: negari non potest,  
quin alicubi lapsus sit de memoria: ut quum Hom. 78. pro Abucuc, inducit So-  
phoniam: pro Malachia, Micheam sub finem 107. pro Ecclesiastico, iterum  
Sophoniam. Sed hæc levicula ascribenda amanuensi Scribæ, & exceptori, cui  
forsan de memoria dictabat. Superest sextum, quod ut plus habet cæteris mo-  
menti, eoque plus periculi: ita & de hoc mihi differendum est consultius. Ubi  
enim majus vertitur periculum, ibi magis est consulendum. l. ff. 14. Carboniano  
edicto l. 1. §. 2. Nec enim præcipitandum est consilium, quando res ipsa exigit,  
ut maturius agamus; dist. 5. *Ponderet*. Dixeri: quid illud est? Paucis accipe.  
Quanti fuerit periculi per omnes omnium ætatum gradus, ab usque initio primi-  
geniæ, & primum exorientis Ecclesiæ, quidvis in apricum depromere e locu-  
pletissimo penu eloquiorum divinatorum, testari abunde potest unus ille Christianæ  
Religionis acerrimus propugnator Gregorius Nazianzenus, quo præceptore no-  
ster Hieronymus gloriari non uno loco solet. In Apologetica enim suo docet id  
perspicue triplici ex modo oriri e sensu, e sermone, ex ipso auditu. At quan-  
ta est hodie alex periculosioris scribere: aut quod in Antiquario quopiam Docto-  
re editum jam olim sit, in alienam transfundere linguam, ac proinde ad com-  
mune omnium usum typis committere, quando quidquid quamlibet sancte dixe-  
ris, capi id solent in pessimam partem? A Novatoribus istis veterum hæuseon,  
nihil necesse sit, ut doceam quam oblique cuncta detorqueantur, quando non  
Petro, non Johanni parcunt, non vivo illi organo Sancti Spiritus Paulo, ac  
ne Evangelio quidem; sed & hoc malum, quod ad nos attinet, utcumque to-  
lerabile videri possit. Quum enim sint insanabiles, præcipiti fuga prævertendi  
veniunt, juxta Pauli doctrinam, & modis omnibus vitandi. Major eorum cura  
est, qui privata, non item publica auctoritate nomen sibi sumunt Theologorum,  
qui frontem habent tam effrontem, ac præfractam, & eo reciderunt temeritatis,  
ut quasi quidem Aristarchi eorum sibi vindicem functionem Theologorum, quos  
penes honorarium pendet iudicium expetendi Scripturas, num legitimæ sint mo-  
netæ, an adulterinæ, aut supposititiæ. Ejusmodi præproperi adeo sunt & præcipi-  
tis iudicii, ut de quovis nondum mature lecto censere audent, ac magna cum  
libertate pronuciare. Liberet hoc dictum meum duplici experimento confirmare,  
ut admonitus Lector (si quis tandem continget) pios juxta ac doctos non satis æ-  
quo iudicii libramine expensas prospiciat, ne damnet immeriti erroris, hac præ-  
sertim ætate omni Tragædio-graphia superiore. Quod priore loco hic dicendum

fuerat, visum est differre in recognitionem operis imperfecti Johannis Chryso-  
 sti in Matthæum. Jam ad id discendo, quod me propius urget. Initio statim  
 primam . . . . vix versam, amiculo dedi legendam, docto quidem, sed ( ut  
 exitus docuit ) argutiori, quam in evolvendis Bibliis diligentiori. In ipso aditu  
 ejus, quæ de fide est, actutum impexit. Lecto siquidem loco: *Fides enim in  
 sæculum stabit*, apprehenso mordicus labro inferiore, restabat quasi in salebra  
 hæreret. Mox subjicit. Hic locus sapit hæresim: certo tibi persuade, numquam  
 admissuros esse cum Theologos penes libella consistit justis examinis: quamobrem  
 e re tua fuerit, tibi que consules, si ducta litura interleveris. Huic ego. Aposto-  
 lum scio Apostolice scripsisse Fidem & Spem casuras, charitatem vero æternam  
 constaturam: imo nulli explicabile incrementum accepturam in patria, juxta  
 Italicæ oraculum dicentis: *Vivit Dominus, cujus ignis in Sion, & caminus in  
 Hierusalem*. Fidei enim est actus rei nondum visæ: Spei nondum habitæ. Con-  
 sequens sane sit, quod quum videbitur sicuti est, & habebitur, evacuabitur quod  
 utrumque ex parte est, & perficietur quod est fabricæ spiritualis apex, & fasti-  
 gium. Est nihilominus Catholica hæc propositio: *Fides in sæculum stabit*, Quod  
 est Hebræis . . . . hoc Græcis . . . . nobis *sæculum* . . . . vox cuique linguæ poly-  
 sema, testibus Hieronymo in Prophetas, & Johanne Damasceno cap. 1. L. 2.,  
 nunc hominis ætatem, nunc sæculi finem, ut hoc loco, signat. Sed & lo-  
 cum indico, unde præscriptis verbis id axioma desumptum sit: nempe e 40. Cap.  
 Eccl. Tunc primum ab eo scrupulum hunc excussi. Neque hoc velim existimes  
 eo a me dictum, quod damnam D. Theologorum pios labores in explorandis  
 Scripturis, num legitimæ sint, & Lectore Christiano dignæ. Quin adeo non da-  
 mno; ut etiam tuendæ fidei orthodoxæ, ante Senatusconsultum in hanc rem sanc-  
 tum & editum, necessarios censuerim semper & eadem ratione, vulgi atque Lu-  
 theranorum negligendos contemptim, rimulosos, pervicaciæ tantum, & teme-  
 ritatis Dathonicæ & Abironicæ per quam plenos. De suo opificio pronuntiat qui-  
 vis opifex, sutor, sartor, piscator, pellio. De Theologica re omnium, quæ in  
 terris sunt, augustissima, soli isti ejus rudissimi censebunt opifices: uni Theo-  
 logo non licebit in suomet campo pronunciare? Et hæc tam multis libuit scribere,  
 ut intelligas in quantis hodie versetur periculis quisquis scribit. Ad ea & pauca  
 venio, quæ nonnihil desiderant lucis qua illustrentur, & splendescant, & hæc  
 inquam paucissima conferam, quandoquidem urget prælum vehementer. Locus  
 qui se offert discutiendum, primus ille est in Prologi ipso vestibulo e Canticis  
 Salomonis depromptus, quo libros Bibliorum ( eximie inter cæteros auctoritatis )  
 parabolica collatione confert sexaginta Reginis, cum neutiquam totidem sint li-  
 bri. Cæterum non numerum hic attendit, sed auctoritatem, sive dignitatem:  
 quod sat est ad eliciendam veritatem Homæoseos; cujus species tres sunt . . . .  
 Hom. 26. quod hortatur Monachos, manibus strenue ut laborent; Idem Hiero-  
 nymus ad Rusticum, Benedictus &c. Hom. 49. arcet Simoniacos a judicio, non  
 qualicumque, sed usurpatorio, suspicioso, & temerario, maxime a judicio re-  
 probationis, quod solius est Dei: non item prohibet publicum, sive contentio-  
 sum in hoc institutum, ut protegatur innocentia, malitia puniatur 2. quæst. 1.  
 Quæ Lotharius. Hom. 63. initio, videri possit omni prorsus juramento interdi-  
 cere voluisse Christianis, collatione utriusque Legis, quum alioquin juramentum  
 sui natura malum adeo non sit, ut actus etiam Patriæ sit, adsint modo tres Co-  
 mites, veritas, judicium, & justitia, teste Divo Thoma. Verum quando libri  
 juris utriusque fusissime docent, quibus de causis liceat jurare, quibus non, sed  
 & schola Theologorum illis eadem de re cecinit. Satis videbor fecisse, si docue-  
 ro, Antiochum voluisse a reprobâ consuetudine jurandi avocare fratres, quos nul-  
 la urgebat jurandi necessitas: quam consuetudinem, nemo pius, qui non exe-  
 cretur. Hoc voluisse Antiochum, verbum . . . hoc est . . . . adhortor, admoneo  
 facile indicat. Proinde per juramenti mere necessarij consuetudinem ipsi experimur  
 quanta proclivitate rapiantur ad perjuriam homines, & blasphemiam sacrilegam:  
 quare locum hic habet, quod inducit Gloss. in illud, *sed quia pejerare*, 22. q.  
 1. cap. *In novo Testam.* Argumentum est, quod quandoque prohibetur aliquid  
 non propter se, sed propter illud, quod inde sequi non potest. 11. q. 3. *nolite*,  
 & 27. dist. *Sed*, & Ven. Beda in illud Jacobi: *Ante omnia Fratres &c.* con-  
 suetudinem prohibet jurandi, ne ex ea deveniatur in perjurium. Hom. 84. quæ  
 est de insomniis: Fidem non habendam insomniis docet exemplo luculenter. Id  
 vero intelligendum, nisi discretio spirituum adsit. Sunt enim species variaz, quas  
 Augustinus in lib. de Spiritu, & Anima exequitur. Hippocratis quoque Com-  
 men-

mentarius fusissime in hujus Apothelesmata de somniis, Aparhian insuper sumit non pro omnimoda illa erga affectiones, sive passiones animæ immobilitate. Qui error Philosophorum erat, adversus quem Laertius, Diogenes, & Plutarchus; ex Latinis, Aulus Gellius, S. Hieronymus, atque Augustinus adversus Pelagium: sed pro euthymia, i. e. pro statu compositi animi, requieti, ac sedati ab intemperie tumultuantium affectionum: hoc est pro tranquillitate. Verum me hic dicere, ipse sibi testis locuples sub fin. Hom. 79. quæ de Agone est. Denique videri poterit alicubi varius in acceptione dictionum, quæ suapte natura polysæmæ sunt. Duæ occurrunt potissimum. Homiliam vigesimam inscribit . . . . . quam inscriptionem vertendam docet, uti vertimus, subinductio exemplorum. De castitate, sive pudicitia. Inducit enim Joseph, Susannam, Sareptanam Viduam, Gregorium Neocæsaniensem, Gyrum, de quo apud Xenophontem. Neque enim sobrietatem, aut sanitatem mentis hoc loco solum indicat, sed & sub ejus Homeliæ finem locum adducens ex cap. 2. ad Titum . . . ni fallor . . . sumit pro *caste*, *pudice*: ut sit acoluthia sententiæ: nos tamen religiosum duximus variare Ecclesiasticam lectionem, interpretari, *sobrie*, & *juste*. Simile quiddam in Hom. 106. comperies . . . enim pro oratione ubi sumpsit; sub finem videtur pro voto accipere: *si voveris* &c. Sed ea vox quum utrumque indicet, locus est excusationi. Et hæc sane sunt candide Lector, quorum gratia anxius hærebam. Sequitur etiam e Græca in latinum conversa Epistola Antiochi Monachi Lauræ Sabæ Abbatis ad Eustachium Præpositum Monasterii Atalinæ, Civitatis Ancyræ Galatiæ.

Cum ad me scripseris Eustathie pater Venerande &c.

#### Ejusdem Prologus.

Dixit in Canticis Salomon; Sexaginta sunt Reginæ, & octoginta Concubinae, & adolescentulæ, quarum non est numerus: Sane nos pro virium modulo, per hæc sexaginta reginas astruimus insinuari selectos, & auctoritatis, præter cæteros, eximios libros in vetere, novoque Testamento reconditos . . . .

#### De Fide homilia prima.

Domino cooperante, & sermonem confirmante, aggredimur primum hunc, qui de fide est, sermonem; atque ita deinceps, qui sequuntur, serie continenti. In primis necesse fit, *ut credas in Deum* &c.

#### De Spe homel. II.

A fide digressi, ad eam progrediamur, quæ secundas obtinet, Spem: quæ sane, fidei rosida aspergine perfusa fructum adferet, unum quidem trigesimum, alterum sexagesimum, alium rursus centesimum. Spe enim &c.

#### De Convivio, hom. III.

De epulari in convivio Parmiasies ait: *Si sederis ad cenandum in mensa potentium, assente considera* &c.

#### De Edacitate sive ventris ingluvie, hom. IV.

Nulli non hominum apprime necessarium fit vim inferre ventris edacitati, eamque justa temperie moderari, in primis tamen eos adderet, quibus curæ est pia servitute colere Deum honestum &c.

#### Ejusdem Sancti Antiochi, de Ebrietate homil. V.

Ebrietas multo exsuperat suapte gravitate edacitatem, & ejus usum nobis prorsum Scripturæ Divinæ Sanctio interdixit. Nec enim fas &c.

#### De Abstinentia, sive temperantia hom. VI.

Abstinentia, sive temperantia universo hominum generi apprime consentanea virtus est: iis tamen proprius congruit, qui Deo magnopere student gratiosi esse, & amabiles. Sane abstinentiam &c. . . . . De

De Jejunio, homil. VII.

Monachus qui merito jejunii sincerioris magnopere cupit Dei gratiam emereri, sibi que conciliare eam familiariter, prorsus is &c.

De Philargyria, hoc est amore pecuniz hom. VIII.

Pecuniz amor morbus est mire pervicax, expugnatu difficilis, denique & perniciosus. Impossibile namque, eum qui sit affectator &c.

De vitanda Muneum acceptione hom. IX.

Quisquis captat munera, aut plus, quam par sit, querit possidere, item pecuniz avidus, & foenerator, quatuor hi unum eundemque trahunt currum, sed eo præduce, qui superbiz auriga est & princeps &c.

De fordida & illiberali Pravitate hom. X.

Parcitas, aut si mavis, tenacitas, ab radice progerminat pusillanimitatis; Verius autem proficiscitur ab infidelitate, & desperatione. Etenim si circa visibilia &c.

Fratrum necessitati occurrendum mutuo vel commodato hom. XI.

Mutuo aut commodato quid utendum dare fratribus, maxime qui germanitate fidei tibi junguntur &c.

De Ufuris hom. XII.

Mundi hujus homines ante tribunalia numquam conquiescent controvertere, & lites intendere proximis, eoque dum accessorio perfruantur, quod præter sortem contingit, dum maxime præter debitum usuras &c.

De immoderata Affectione conquirendi, sive de Avaritia hom. XIII.

Ait Dominus: nemo potest duobus Dominis servire: aut enim unum contemnet, & alter diligit &c. . . Liberati enim a peccato, servi facti estis justitiz, nec jam potestis Deo servire, & Mammonz &c.

De Distractione, alias importuna occupatione hom. XIV.

Et quidem distractione luculenter admodum docet nos Ecclesiastes quidem hisce verbis: *Dedi cor meum, ut exquirerem, & considerarem sapienter de omnibus, quæ fiunt sub sole &c.*

Quod hic Mundus neutiquam veniat diligendus hom. XV.

Viri, qui igne charitatis in Christum accensi, parentes reliquimus, filios, fratres, denique omnia, quæ istius sunt sæculi velut stercorea æstimavimus &c.

De immodica, & audaciori fiducia loquendi homelia XVI.

Temeraria illa, & impudens loquendi libertas videri possit assimilis Clausoni magno; fabri nimirum exæstanti, cujus incendium neutiquam ferentes illinc se proripiunt, cursumque præcipiti in locum concedunt umbratilem, animæ refrigeranda causa &c. . .

Quod abstinendum sit a familiari Colloquio Mulierum hom. XVII.

Maximopere accomodum est, ac rationi prorsus consentaneum, ut ii qui cupiunt vitam hanc transmittere inculpatam, nec ulla in parte defædatam; a familiari congressu Mulierum sibi temperent &c. . .

Quod



## Quod minime conveniat crebro assidere cantatriculis hom. XVIII.

Crebro assidere cantillantibus mulierculis vix æque nobis incommodum aliud occurrit. Ob hoc &c.

## De Fornicatione, hom. XIX.

Fornicationis affectus multifidus quidem ex familiari cooritur, & surgit mulierum consuetudine. Nullo enim negotio assentatrix illa &c.

## De Castitate, hom. XX.

Castitas, honoris est præcipui, ac laudè digna, & quæ apud Deum, & homines plurimum obtinet ingenuæ libertatis ac fiduciæ, extra omnem invidiæ aleam &c.

## De Virginitate, hom. XXI.

Virginitas, propinqua germanitate, cohæret castitati. Est autem hac, & cæteris partibus continentiæ superior, quippe quæ cum Angelis ipsis proxime &c.

## De Irâ, hom. XXII.

Necesse sit non mediocrem vim sibi inferat homo, & eluctetur, turbulentam hanc ut frænet affectionem iræ, vimque animæ ad iram propendentem &c.

## De effreni Incontinentiæ linguæ, hom. XXIII.

Lex dicit: Si testimonium tulerint adversus illum, & ipse non occiderit eum, peritiam luet. Contingit nonnumquam, ut inter epulandam hilariter, cogitatio quædam &c.

## De Iracundia, sive indignatione &amp; Animositate hom. XXIV.

Jam de acriore illo impetu animi incandescens, si quando te adoriatur tentatio quæpiam &c.

## De Tristitia, homil. XXV.

Quod quis intempestivo conficitur mœrore, ab ipso nostræ salutis æmulo: Dæmone proficiscitur. In hoc enim instillat cordi importunam tristitiam &c.

## De Acedia, hom. XXVI.

Hic etiamnum Dæmon Acedia plane intolerandus, cooperarius cum sit, & nihilo dispar spiritui tristitiæ &c.

## De Desperatione, hom. XXVII.

Desperationis perturbatio cæteros præ se dictas facile anteit, & gravitate, & inexplebili angore. Hominem recta præcipitat &c.

## De Murmuratione, hom. XXVIII.

Et quidem murmurare, sive prætextus aliquis rationi in speciem consentaneus ferat, sive citra ullum prætextum, utcunque res habet, virorum est contaminatæ, & piacularis vitæ. Recta enim vitæ constitutio &c.

## De Detractione, hom. XXIX.

Detractio, & Murmuratio germana quadam propinquitate confines sunt, ac mutuo foedere copulantur.

## De Sufuratione, hom. XXX.

Rurfus Sufurro, & detractor complices quum sint, in extremam suam operationem &c.

Ut ne delator querulus, aut importunus reprehensor, hom. XXXI.

Ne quempiam incuses, aut deferas intempestiviter, neu de re ulla dequeraris, non satis æquo examine perpenſa, interdicto Scripturæ cavet &c.

## De Contradiſtione, hom. XXXII.

Contradiſtione & contumacia, parili conſtringuntur malitiæ jugo. Qui enim contradicit, utique contendit inveniri ei compar robore, cui ſua temeritate contumax eſt, & rebellis. Huic ſiquidem &c.

## De otioſo Sermone, hom. XXXIII.

Otioſiloquium ex eo ingignitur tibi, quod per otium vitam traſmittis, & a te excuſſiſti certam futuræ vitæ ſpem. Si enim æterni illius &c.

## De Otio, homilia XXXIV.

Rerum alienarum fatagere curioſius, & quæ ſupervacanea ſunt, nec ullius frugis, moliri prorsus diſſentaneum videtur, nec convenire ei, qui Deo contendit quam maxime eſſe gratioſus &c. . . .

## De Contemptu, hom. XXXV.

Nihil non contemptim faſtidire, & aſpernari, non mediocrem eſt peccatum, in his maxime, qui Deo quærunſt adhæreſcere propius &c. . . .

## De Pigritia, hom. XXXVI.

Pigritia conjuncta nequitie eſt, & affinis. Serve nequam &c.

Adverſus Optimates, & Præfectos non eſſe contendendum, homilia XXXVII.

Divinis literis erudimur, ne cum eo qui publica fungitur &c.

## De Inobediſtia, hom. XXXVIII.

Quemadmodum vitam obediſtia, ita & Inobediſtia, efficaciter mortem operatur &c.

## De Obediſtia, hom. XXXIX.

Qui ſincero affectu per omnia ſpiritualium Patrum monitiones ſectatur, & obedit; nihil non eorum &c.

## De Calumnia, hom. XL.

Pervicax & perplexa eſt affectio hæc calumnia; Verius dixerim eſſe diabolicam, ſecundum id, quod de ea in pſalmis dictum, *humiliabit calumniatorem*, Tales &c.

## De Furto, hom. XLI.

Dæmon hic improbandi Furti reprobus artifex primum quidem avilibus & exiguis rebus auſpicium ſumit ſuæ artis &c.

De

## De Mendacio, hom. XLII.

Mendacium prorsus interdictum Christianis est. Ut enim vera qui loquitur, verbi veritatis se nihil obscure declarat esset servum &c.

## De Inani gloria, hom. XLIII.

Vaniglorius reipsa declarat exosam se habere Dei gloriam; ab hominibus enim laudes caprat ac venatur per quam suaviter &c.

## De Superbia, hom. XLIV.

Superbia aegritudo gravitate malitiae ceteras animi turbulenta affectiones longe exsuperat; quam & Deus odit &c.

## De specie Superbiae, qua quis de se quam sit par, sentit altiora, hom. XLV.

Qui de se quam aequum sit, sentit altiora, complex utique superbi est, & eodem conspirat. Ad Vaniglorium tamen &c.

## Apid temetipsam ne quid de te magni conspicias hom. XLVI.

Magnum quiddam de se sentire, aut insolescere, & sibi placere, vituperabile est &c.

## Neminem debere contemni, hom. XLVII.

Neutiquam fas sit ullum hominum contemnere &c.

## Ne quempiam derisui habeto, hom. XLVIII.

Derisui habere unum aliquem atque contemtui parile quidem jugum est, & unum &c.

## Non temere condemnandum esse proximum, hom. XLIX.

Pronunciare in fratrem damnationis sententiam, numquid non caetera suprae malignitate antegreditur? &c.

## Nemini dandum esse scandalum, hom. L.

Omni custodia ( fratres ) nos ipsos conservemus, atque advigilemus &c.

## Ut neminem afficias probro aut dedecore, magis autem optes affici, hom. LI.

Qui contumeliosus in proximum opprobat quidpiam delicti suisipse, quae alteri intexuit, & adornavit, irretietur retribus &c.

## Quod malum malo retollendum non sit, hom. LII.

Paulo quidem prius de eo, quod nemini ingerendum sit improprium &c.

## De memoria acceptae injuriae, hom. LIII.

Absolute utcunque sermone, de eo quod pro malo neutiquam rependendum sit malum &c.

## Inimicitias in nullum prorsus exercere debere, hom. LIV.

Infense atque inimiciter persequi unum aliquem, qui sit tibi contribulis, aut fidei germana communione foederetur, nefarium prorsus &c.

Ne

## Ne cuipiam invideris, homelia LV.

Jam invidia quæsi vehemens sit animi affectio, verius diabolica intemperies, vixque illam admittens medelam &c.

## Ne contendito, homelia LVI.

Contentiosus, & qui litibus ferendis insuevit, adeo cum domesticis habiturus non est, &c.

## Neminem oderis, homel. LVII.

Scriptum est, quoniam qui diligit Deum, diligit & fratrem suum. *Qui autem odit fratrem suum, non Deo invisus solum &c.*

## Nemini insultandum in afflictione, &amp; angore animi constituto, homelia LVIII.

Insultare cujuscunque tandem conditionis homini, tribulatione quapiam, aut rei peculiaris jactura misere afflicto &c.

## Alienati fælicitati aggratulandum esse, &amp; congaudendum, homel. LIX.

Eximia sane virtus ac Deo ipsi cum primis gratiosa fit, ut iis congaudens, & aggratulere &c.

## Ne cui ingeras tristitiam, hom. LX.

Qui diligit fratrem suum, utique Deum diligit: contra, quisquis fratrem suum &c.

## Vide tibi, ipsi ut attendas, homel. LXI.

Nulla non in re attentam sui ipsius gerere curam, res quidem perquam ardua &c.

## De benigna &amp; comi alloquutione, hom. LXII.

Benigna & comis allocutio e bono cordis thesauro exerit se, ac promitur &c.

## Non esse jurandum, hom. LXIII.

Jam quod jurandum non sit. Et quidem vetus illa lex, quasi sua sanciret decreta &c.

## De fideli custodia commissi arcani, hom. LXIV.

Arcanum pectoris unius cujuscpiam fidei concedere, eorum est, qui sunt intimi &c.

## Non cuivis intempestiviter, aut temere committendum arcanum, hom. LXV.

Unicuilibet obvio concedere sui pectoris arcanum, id peculiare est animæ prorsus ineruditæ, & quæ nihilum experta est &c.

## De Veritate, hom. LXVI.

Mirabere fofan, Pater mihi Venerabilis Eustachi, tuque, & qui lecturi sunt præsentis operis commentationem, cur vestra exhortatione &c.

## Neminem præter decorum &amp; discretionem coargui debere, hom. LXVII.

Proximum coarguere secundum Deum, Deo ipsi quam sit gratiosum, & amabile, quis explicet? &c.

Ut

## Ut ipse coarguaris debes expetere. hom. LXVIII.

Homo siquidem de se quam modestissime sentit, seque pro abjecto habet, & vili multa cum animi voluptate, & benevolentia eas exceptat, quas in se recidunt &c.

## De Pudore, &amp; Verecundia. hom. LXIX.

Verecundia (charissimi), sive pudor, qui secundum Deum est, quanto prænitet decore? Nihil enim admittit impurum, aut permistum &c.

## De Modestia animi, sive humilitate. hom. LXX.

Modestia animi se se ultro demittentis, sive humilitas, hominem altivolum efficit, & aerivagum. Quanto enim quis se infra dejicit: tanto hunc sublimius subyicit Deus, & allevat &c.

## De eo, quod proximum condonandum sit. hom. LXXI.

Ut proximo ignoscas in plenitudine cordis, Dominicum urget te mandatum &c.

## Quod pro invicem orandum sit, &amp; quamlibet inimicis hom. LXXII.

Præclare nobiscum agetur, dilecti, si per omnia ingrediemur ad præscriptam nobis a Christo formulam mandatorum, quandoquidem &c.

## De non querendo quæ sua sunt. hom. LXXIII.

Quemadmodum Dominico mandato urgemur, & mutuas donare offensas &c.

## De non concupiscendo. hom. LXXIV.

Scriptum est; *Quicumque Spiritu Dei aguntur, hi sunt filii Dei*: Quod si filii Dei filii diligunt hominum; h. e. humani favoris vel existimationis ducuntur affectibus &c.

## De justo Judicio. hom. LXXV.

Qui rectitudinem servare cupiunt iudicii, primum quidem postulent a Deo sibi prærogari sapientiam, atque intellectum &c.

## De justa mensura. hom. LXXVI.

Quæ justa sunt omnia, perquam amabilia Deo sunt, & accepta, Ut enim æquitatem iudicii, ita & in metiendo &c.

## De Pœnitentia. homil. LXXVII.

Quantum in se habet dulcoris, Fratres mei, Pœnitentia, quam est suavis! Aliud profus nihil quam faciendæ vitæ &c.

## De Patientia. hom. LXXVIII.

Et quidem de pœnitentia perpauca differuimus vobis priore sermone, superest, Deo cooperante, nonnihil ut dicamus &c.

## De Agone. hom. LXXIX.

Ago commilito est, & confors patientiæ. Verius initium est & finis: ac prope dixerim, amplius quiddam &c.

## De Concordia, hom. LXXX.

Deo, quam acceptum sit tuendæ Ecclesiasticæ unitatis studium &c.

## De cogitationibus, hom. LXXXI.

Dicit Scriptura: *Legem in adjutorium dedit*; Adjutorium, ipsi videlicet hominum naturæ: quo homo subnixus perinde &c.

## De disciplina, sive correptione, hom. LXXXII.

Disciplina quominus bona videri debeat, nulla suppetit ratio, maxime si secundum Deum &c.

## De consolatione, sive consilio, hom. LXXXIII.

In quocunque negotio non mediocris operæ feceris pretium, remque Deo magnopere acceptam, si consilium expetes.

## De insomniis, homil. LXXXIV.

Jam quando nonnulli sunt, qui per hoc, quod fidem habuerunt insomniis a rectitudine viz abducti impudendos errores &c.

## De pusillanimitate, &amp; duplicitate, hom. LXXXV.

Ne ( fratres ) locum demus spiritui pusillanimitatis, ne quando nostri dominentur; ut ne ipsi damnemur &c.

## De labore, qui secundum Deum est, hom. LXXXVI.

Qui secundum Deum sunt labores, hominem recta provehunt ad portum salutis, multumque præstant fiduciæ apud Deum &c.

## De studio sive sollicitatione, quæ secundum Deum sit, hom. LXXXVII.

Diligens & studiosa sollicitudo, quæ secundum Deum &c.

## De Ministerio, hom. LXXXVIII.

Qui minister est, multa cum sedulitate administrare debet, cum perspicue noverit opus esse Dei &c.

## De Inopia, hom. LXXXIX.

Facultatum omnium possessio ablegata semel a quopiam & excussa nihil obscure declarat sinceram esse Monachi conversationem &c.

## De luctu, hom. XC.

Luctus inopiæ confors est, qui & omnibus nobis congruit, estque perquam utilis &c.

## Quod semper captanda sit opportunitas temporis, hom. XCI.

Nulla non in se spectanda venit tempestivitas, præterquam oratione. Numquam enim intempestiva potest esse oratio &c.

## Alienæ calamitati indolefcendum compassionis affectu, hom. XCII.

Ob alienam calamitatem angere animo, incommodisque proximorum mutui-  
ter condolefcere, suffragari item, & collaborare &c. De

## De non habenda personarum acceptione. hom. XCIII.

Personæ acceptio, germana vicinitate adnectitur ambitioni, qua gratiam captas hominum, & favorem &c.

## Cohabitandum paucis quidem, sed bonis. hom. XCIV.

Profuerit, Charissimi, cum paucis quidem habitare, sed bonis: Id quod Deo longe gratius, quam ut cum multis cohabites, qui sunt contemptores &c.

## Temperandum a solutiore &amp; immoderato risu. hom. XCV.

Ridere solutius neququam iis permittitur, qui sunt germane christiani: omnino minime convenit Monachis, qui se jam crucifixerunt Mundi istius vitiis &c.

## De dilectione proximi. hom. XCVI.

Proximum qui diligit, is se longius jam ab omni submovit peccato. Quin hoc ut faciamus &c.

## De hospitalitate, sive benignitate erga peregrinos. hom. XCVII.

Hospitalitas speciosa admodum virtus est, ac Deo perquam gratiosa, maxime si conferatur in domesticos fidei. Hujusce virtutis merito Abraham amicus Dei vocatus &c.

## De amore &amp; pio affectu erga pauperes, hom. XCVIII.

Propensus ille in pauperes & peregrinos amor, ramus uterque bifidus est pinguedinis olivæ; cujus utriusque fructus myrrha per quam suave fragranti perfudit universos &c.

## De Visitatione. hom. XCIX.

Visitatio contubernalis & conviva est propensi in peregrinos pauperesque amoris ac benignitatis. Sane *funiculus triplex difficile rumpitur &c.*

## Spem in nullo hominum esse collocandam. Hom. C.

Quacunque tandem de re, in nullum prorsus hominem reclinanda spes nostra est (*maledictus enim qui confidit in homine*) sed in eum conjicienda, curam qui nostri gerit perpetim, nempe in Dominum &c.

## Ne qua fiducia nitamur propriis viribus. hom. CI.

Quemadmodum sermo prior expresse docuit, nemini licere spem suam in unum aliquem projicere mortalium, & qui talis sit, maledicto reddi obnoxium: ita & hic interminatur, & percellit non dispari censura eum, qui præfidenter propriis nititur viribus &c.

## Importunam familiaritatem esse vitandam. hom. CII.

Nimis quam bonum, nec minus utile fuerit, intempestivam hominum consuetudinem defugere, & de eorum via recedere &c.

## De silentio, hom. CIII.

Vel hoc nomine nobis emolumento est silentium & adjuvat, quod doceat a malis ferjari, & interquiescere, Quod si virtutes &c.

De

## De Vigilia. homilia CIV.

Vigilia sane scutum miræ magnitudinis, & eleganti decore conspicuum nobis indultum a Deo est &c.

## De Psalmodia. hom. CV.

Psalmodia est opus incorporearum virtutum Deo administrantium, & indivulso adstantium, juxta quod dicitur: *Laudate Dominum de caelis omnes Angeli ejus &c.*

## De oratione. hom. CVI.

Vacare orationi indivulso ac jugiter cum primis necessarium, & nobis perquam frugiferum est. A Deo igitur &c.

## De compunctione. hom. CVII.

Compunctio fletum parit & lacrymas: non mediocri negotio obvenit homini, nisi forsitan exercitio prolixior &c.

## De honore Parentum. hom. CVIII.

Parentes ut honore prosequamur, utque vicem rependamus beneficiorum, vel ipse naturæ tenor atque ordo docet nos jure obstringi &c.

## Réverentiam deberi senibus, hom. CIX.

Et quidem senes revereri modis omnibus Deo est acceptum & hominibus commendabile. Sed & honorem &c.

## De Longanimitate, sive lenitate animi, &amp; iracundia. hom. CX.

## De his qui præfunt. Homilia CXI.

Ait Scriptura, quia *cœpit Jesus facere, & docere*. Primum fecit & sic, docuit. Nec secus sancit præcepto faciendum, dicens: *Qui fecerit & docuerit, hic magnus vocabitur in Regno Cælorum &c.*

## De renunciatione. hom. CXII.

Qui semel Mundo supremum dicit vale, ab iis debet avocare mentem, quæcunque oculis patent, & tam ad invisibilium contemplationem attollere &c.

## De subjectione. hom. CXIII.

Quisquis propositum arripit religiosæ subjectionis, primum omnium propria se exuat ac spoliet voluntate, & salutaribus &c.

## De observatione mandati. hom. CXIV.

Mandati observatio hominem recta provehit in illam felicissimæ vitæ regionem: contra ejusdem prævaricatio, lethale vulnus infligit animæ: idque dicere licet exactius divina nos erudente Scriptura &c.

## De Mansuetudine. hom. CXV.

Mansuetudo obsequenti famulatu gratiam emeretur Divinam. Moyse enim Domini famulus promeruit dici, quod ceteros omnes eximia mansuetudine antegrederetur &c.

Iq-



Injuriam fertō patienter, ac nemini interim sis injurius. hom. LXVI.

Ne quid injuriæ cuiquam inferas, lex præscribit vetus, & nova hortatur, illata ut feras æquanimiter &c.

De gratiarum Actione. hom. CXVII.

Sive ipsi consolamur, sive afficiat nos quæpiam tribulatio, & quocumque in statu consistimus, juxta Apostolicam sententiam &c.

De lætitia, & delectatione in Deo. hom. CXVIII.

Eorum est oblectatio, lætitiæque illa celebris, qui erga Deum charitatem perfectam indepti jam sunt. Nam quotquot præsentia perfruuntur Spiritus Sancti, in ipso jucundantur & exhilarescunt &c.

Anxiam, & intempestivam sollicitudinem esse vitandam. homil. CXIX.

Cura illa nimis quam anxia de his, quæ temporariæ istius vitæ cernunt usum, hominis est plane infidi, & pusillanimis &c.

De primitiis. hom. CXX.

Quantum attinet ad primitias, his exsolvendis modis omnibus obstringimur, ex his etiamnum, quæ proprio quæsitæ labore &c.

De Propitiatione, aut placatione. hom. CXXI.

Necesse sit, ut pro suis primum peccatis Deum flectat, & repropitiet Sacerdos: atque utinam sic &c.

De dignitate, & functione Pontificis. hom. CXXII.

Pontificia dignitas, juxta veterum traditionem, prærogativam ordinis ambit, & complectitur sacrarum rerum functionem omnem &c.

De ordinatione Clerici. hom. CXXIII.

Rationi prorsus consentaneum, suum ut Sacerdotes Imitentur per omnia Pontificem &c.

Sacerdotes venerationi, atque honori habendi. hom. CXXIV.

Ignatius cognomento Theophorus, per epistolam dicit: Episcopo obtemperate, ut & Deus vobis: recreor in Episcopo &c.

De certa expectatione futurorum, hom. CXXV.

Futura bona quisquis certa spe opperitur, nihili isthæc ducit temporaria: quin aviditate flagrans futurorum &c.

De vocatione Dei. hom. CXXVI.

Dominus ac Deus noster cum nos ad se invitet per legem, per prophetas; per Apostolos, & Evangelistas (obsecrat verius, & hortatur) quam nefarium, & peculiare fuerit, nos contempnim &c.

De timore Dei. hom. CXXVII.

Quisquis sinceriter Deum timet, non multo admodum negotio ad perfectionem provehitur divinæ charitatis &c.

Tom. X.

u u

De

De Charitate five dilectione erga Deum . hom. CXXVIII.

Confurgat noster hic sermo ac promoveatur a timore Dei ad perfectam ipsius dilectionem &c.

De filiorum adoptione . hom. CXXIX.

Gloria esto benignitati tuæ, eximie hominum amator Domine, qui nos rerum omnium indignos tam amanter excipis, filiis tuis tam indulges clementer; qui deamas animas &c.

De regno Cœlorum . hom. CXXX.

Mandata Dei superius mihi inducta si observaverimus, utique ad regnum licebit ceu postliminio redire &c.

Exomologesis Sancti Patris Antiochi .

Dominus Deus omnipotens, magnus tu & admirabilis: qui custodis testamentum tuum, & misericordiam tuam his, qui te diligunt, & custodiunt mandata tua &c.

V.

Provisio Carli V. pro Cartusia S. Martini supra Neapolim .

Ad ann. 1553.

Carolus Quintus Romanorum Imperator Semper Augustus Rex Germaniæ: Johanna ejus Mater, & Idem Carolus ejus filius Reges Castellæ Aragonum, utriusque Siciliæ, Jerusalem, Hungariæ, Dalmatiæ Croatiæque.

**M**agnifice Vir Regie, Fidelis dilecte . Per parte de li infra scripti supplicanti ne è stato presentato memoriale del tenor sequente videlicet: Illustrissimo Signore . Lo Priore, & Monaci de San Martino sopra Napoli fidei Oratori de Vostra Eccellenza fanno ad quella intendere, come hebbero ricorso ad Vostra Eccellenza, & narraro qualmente ex privilegio hanno li loro Vaxalli in li casali dela Città de Aversa, & dentro detta Città, con la jurisdictione etiam cum clausula abdicativa, che di quelli non possa conoscere altro Officiale, che li Officiali di essi Supplicanti, ubicumque transeunt incolatum. Et perchè lo Regio Capitanio dela Città de Aversa molestava essi Supplicanti, ebbero ricorso alla Gran Corte della Vicaria sopra la observantia de dicti loro privilegii & mantentioni de possessione, dalla quale fu interposto decreto, che non fossero molestati dicti loro Vaxalli, & che dicto Regio Officiale non s' intrometta in dicti Vaxalli de dicto Monasterio, & in virtù de dicto decreto transacto in rem judicatum non sono stati molestati, anzi se alcuno ne è stato molestato, statim è stato rimesso. Il Regio Capitanio presente molestando essi supplicanti hanno havuto ricorso da Vostra Eccellenza, & da quella è stato expedito Ordine, che si observino li privilegj, decreti, e provisioni, & non se innove cos' alcuna contra dicti Vaxalli di essi Supplicanti, quali hanno intimati, non hanno voluto observare, per tanto li pronunciano la pena, & supplicano Vostra Eccellenza resti servita ordinare si expediscano provisioni, tanto alli presenti, quanto futuri Officiali de dicta Città, che ad unguem observano dicte provisioni, decreti, & privilegj, & expediscano inculcatorie littere, tanto per la observantia delle provisioni expedite, quanto per exazione de pena, & che dicta pena si exiga inremissi-

missibiliter ad tale, essi Supplicanti non siano molestati, & innovati in dicta loro Iurisdizione, & lo haveranno ad gratia singularissima de Vostra Excellentia, ut Deus. Et inteso per noi il tenore del preinserto memoriale, volendo sopra di quello debite provvedere, ne have parse de novo farne la presente, per la quale inculcando, ve ordinamo, & comandamo, che ad detti Supplicanti debiate osservare le provisioni, & ordini nostri sopra delle cose sopra exposte ad loro istanzia expediti juxta loro continentia, & tenore, non innovandoli cosa in contrario, nec non comparirite avanti di noi fra termine di tre dì, computandi dal dì, che la presente ve farà presentata ad darne ragione, perchè contra de voi, non si ha da exigere per la pena contenta in altra nostra provisione, pertanto così lo exigirete, che tale è nostra volontà, non facendo altrimenti, se amate la gratia et servitio della Maestà Cesarea, et ad pena de ducati dumila, la presenti restituendo al presentate. Datum in Castro novo Neap. die XVI. Maii millesimo quingentesimo quinquagesimo secundo. Vidit Polo Reg. Lobera &c. Martirano in partium LXVIII. fol. LXXXVIII.

## VI.

De P. D. Theodoro Loherio apud P. D. Theodor.  
Petrejum (1).

*Ad ann. 1553.*

**T**heodorus Loherius, a Stratis patria Brabantus, primum juventutis florem in Sacra Agripinentium Cartusia divino consecrans numini, ob animi candorem, vitæque integritatem, non solum suis, quibuscum degebat, sed & exteris omnibus perquam charus exitit, admissus nimirum ad Ordinis gremium ab eximia pietatis viro P. Petro Leidensi, illo nimirum tempore Coloniensis Cartusie Primatum agente. Qui non contentus rebus sese mundanis omnibus abdicasse, & jam utrumque germanum suum, nempe Brunonem, ac Hugonem Loherios ad eundem divinæ servitutis famulatum secum pertraxit: Quod quidem præclaræ pietatis exemplum magnopere suis extollit verbis inculpatæ vitæ vir, atque ab omni adulationis nævo alienus Joannes Justus Lanspergius: qui cum præfato P. Theodorico in eadem Coloniensi Cartusia conjunctissime vivens, ac suas in vitam Jesu Christi Servatoris nostri meditationes eidem dedicans inter cætera ita ait: Ut hæc meditationes meas ederem, fecit fratris tui germani Hugonis, novi apud eos in ordine nostro Christi tyronis tum erga Deum fervor, tum erga me dilectio. Nam Ordini maxime cum idoneum videns, cupiebam hoc quoque exercitiorum genere institui. Est enim non paucis a Deo præditus donis, ingenio pollens admirabili. Est præterea innocens utpote incorruptæ integritatis. Quod certe bonum ut permulta alia, nemini ita post Deum accepta referre debet, atque tibi: quemadmodum & alter germanus tuus Bruno, licet major natu, nobiscum Cartusianus, & Sacerdos, eadem gratia enitens. Horum utriusque tu olim ingenti cura, nec minori vigilantia, & vitæ necessaria procurare studuisti, & animæ salutem. Quid dicam? Nullum non movisti lapidem, omnes rependisti conatus, ut hac in re magis patrem, quam fratrem germanum præstares: quo simul, & docti evaderent, & integritatis non amitterent innocentiam. Sudabas quotidie, ne de Mundo quidquam attingerent, sed potius in Ordine Cartusiano tecum Deo servirent. Propterea non passus est Deus tam sancto, tamque pio te desiderio fraudari. Nam innocentes, docti, incorrupti, Deoque devoti tecum hodie, non solum in eodem Ordine, verum in eodem quoque (Coloniensi) Monasterio vivunt, Deoque dicati sunt. Hactenus Lanspergius. Verum Theodoricus

(1) Vid. Biblioth. Cartus. pag. 277.

cus quotidie de virtute in virtutem proficiens, cum non admodum multos in Ordine transegisset annos, a Priore suo Petro Leidensi Sacrista, seu rerum sacrarum custos, ac deinde etiam Superior (Vicarium dicimus) est designatus: cui etiam annis admodum quindecim pectoris sui arcana & privatim, & publice patefecit. Non facturus utique, nisi ejus singularem integritatem, taciturnitatemque explorare cognitam habuisset. Cæterum quantos, die noctuque in erendis Dionysii Rickelii lucubrationibus labores exhauferit, constat ex aliquot dedicatoriis ejusdem epistolis, in quarum una ita de se ait; Magna certe industria, magna vigilantia, nec minori labore conatus sum operum Dionysii catalogum comportare: at in dies librorum ejus copia major administratur; quos Dionysii esse, & phrasis, & pietas ejus in Deum singularis &, (quod his certius est) manus ejus, qua omnes, quos elucubravit, scripsit, indicant. Atque utinam hunc diem vivam, quo Dionysii opera omnia typis videam excusa. Pro hac quippe re nostri Ordinis Proceres (sic namque in alia quadam conqueritur epistola, Florentiæ Cartusie Priori Octaviano inscripta) precibus non semel adii, interpellavi Academiae nostræ Theologos, conveni bibliopolas, excitavi divites, nec ullum non movi lapidem, ubi hujusce rei spes ulla reposita fuisset. Neque id injuria: sciebat namque magnæ, & eruditionis, & auctoritatis viros id aliquoties nequiquam attentasse. Inter quos haud infimus fuit P. Georgius Reischius, Friburgensis Prior, qui ob margaritam, quam edidit Philosophicam, celebre sibi comparavit nomen. Itaque, quid laboris, quid difficultatis, tædiique Loeheri noster in Dionysio promulgando senserit, ingenue ipsemet fatetur. Subdit namque: Successit ilico negotio negotium, labor labori jungebatur, dum quatuor subinde, aut quinque, & nonnumquam octo, vel novem præla una in Civitate a me simul poscerent exemplaria correctæ. Quibus transcribendis, relegendis, corrigendis, distinguendisque, quæ vigilæ, qui labores, quæ studia, quot ad libros, ad Doctores recursus, quis denique motus ac sollicitudo infumenda sunt, (præsertim quando crebro legi non possint auctoris originalia, sed divinare oporteat) non putò nisi harum rerum experto fore credibile. Certe ipsa hæc nostra Colonia Cartusia aliquot aureorum millia libenter in hunc usum expendit, ut hæc res optatum haberet successum; licet non defuerint interim etiam aliarum Primates domorum, qui ad pios P. Loeherii promovendos conatus, haud parum consulere subsidii: quorum ipse nonnullos (prout erat accepti non immemor beneficii) in quadam liminari commemorans epistola ita ait: Inter hos V. P. D. Johannes Zulte, Prior Cartusie Diestensis, haud ignaviter suam nobis operam locat, ne Domus nostra (Coloniensis) plus æquo, solaque supra vires gravetur; nam amicos, ut pecunias subsidiarias administrant ipse cohortatur &c. Hoc modo Venerabilis quoque Pater Henricus Bruine Prior Cartusie Antuerpiensis, quoad potuit Dionysio suppetias tulit. Nec minus adfiteri nobis Prior Candensis, Buscoducensis, & Lovaniensis viri admodum devoti, & venerandi, Dionysii evulgationem scribendo, & exemplaria transmittendo impense promoventes.

Verum enimvero cum jam labor omnis in evulgando Dionysio esset exantlatus jamque strenuus hic Christi athleta quiete se potiturum arbitraretur, nova denuo occupationis mole oneratus fuit. Cum etenim nominis ejus fama apud omnes percelebris longe lateque vagaretur, Hildesenses fratres cum sibi in Priorem adsciverunt; ubi quid difficultatis, quid oneris sustinuerit, quis pro merito referre queat? Nam cœnobium illud inter hæreticos positum, in flammam cineresque reductum, ille in integrum restituit, durumque cum hæreticis bellum suscipiens multa ab illis horrenda est perpeffus, Cujus equidem rei testis in primis est Vitus Dulckenius, Moguntinæ ista tempestate Cartusie Prior; qui res gestas Patrum nostrorum scil. Anglorum Venerando huic Patri Loeherio dedicans ita eum alloquitur: Non defuit animus tuus martyrio, sed potius animo tuo martyrium defuit, qui pro Christi charitate, ac nostræ Religionis zelo innumerabiles in hunc usque diem peregrinationes, labores, molestias, & vitæ discrimina sustinuisti, dum primum Hildesensi Cartusia excedere jussus, ac mox a Reverendo totius Ordinis Patre, & Capitulo Generali commissione legitima accepta nullum diem intermisisti, nullamque tibi requiem concessisti, quin in diversis Cartusiis ab Apostasis passim oblata repeteres, dirupta reparares, depravata reformares, omniaque tandem in pristinam, & Catholicam Orthodoxorum Patrum integritatem revocares. Qua in palæstra, dum feliciter cælesti adspirante favore lustraris, quantam odii molem, quantamque hujus Mundi Magnatum, & Potentum invidiam sustinueris, hac præsertim turbulentissima tempestate, facile est cuivis non imprudenti

denti per se æstimare . Quin immo novit hoc , ac libens etiam agnoscit non solum nostra hæc Rhenana Provincia , sed ipsa Franconia , & præcipue Buxiana Cartusia : quæ cum in Svevia haud procul ab Imperiali Urbe Memmingensi , inter medias hæreticorum turbas posita sit insigni hujus Patris industria , ac pervigili studio ( præfuit namque summa cum auctoritate annis aliquot isti loco , immo & toti Provinciæ ) etiamnum hoc tempore suam adscribit incolumitatem sospitatemque .

Fertur vero id , quod magni momenti negotio invictissimo , juxta ac prudentissimo Imperatori Carolo V. a quo mirum in modum amabatur , ac suspiciebatur , suam egregie navasse operam , tantamque apud ipsum hoc nomine gratiam iniisse , ut amicitie contestandæ causa , propria eum Hispanica induerit toga . Itaque plurimum huic Viro debent pii & Catholici omnes : uti qui unus plura præstiterit , quam multi simul facere valuissent . De quo ita suo in apparatu Possévinus Theodoricus Loer a stratis , Germanus , Coloniensis Cartus. Pro-præfectus , præter limitares epistolas , quas , & permultas , & Christiano zelo refertas B. Dionysii Cartusiani monumentis præfixit , egregium librum de miraculis , quæ in sacrosancta Eucharistia ( Bruxellæ ) acciderunt , contexuit . Quin & vitam Dionysii Cartusiani accurate conscripsit , impressam apud Gasparem Genrepæum anno 1532. Tandem vero post innumeros labores , fatigationes , profectioesque , cum esset in itinere , morbo correptus , e carnis ergastulo ad cælestem patriam commigravit , humatus nimirum in celeberrimæ Herbipolensis Cartusæ Odæo , anno scilicet Domini 1554. juxta tumulum fundatoris , cujus sepulcrum jure merito hujuscemodi aut consimili esset condecorandum epitaphio ,

*Nobile Carrusii Dionysius Ordinis alim  
Et decus , & splendor , nil nisi sacra crepat .  
Hæc Loer excipiens Theodoricus omnia tandem ,  
Præstitit ut volitent docta per ora virum .  
Quem levis hic tellus retinet , sed spiritus astræ  
Scandit , ubi æthereæ pace positur ovans .*

## VII.

Cardinalis D. Petri Pacecchi e Ducibus Escalonæ in  
in Hispania , Neap. Proregis , Ordinatio pro  
Monast. S. Martini .

*Ad ann. 1554.*

Carolus Quintus Divina Favente Clementia Romanorum Imperator semper Augustus Rex Germaniæ Joanna Mater , & idem Carolus ejus Filius Reges Castellæ , Aragonum , utriusque Siciliæ , Jerusalem , Hungariæ , Dalmatiæ Croatia &c.

**D**On Petrus Paceccus Sanctæ Romanæ Ecclesiæ tituli Sanctæ Balbinæ Presbyter Cardinalis Seguntinus , & Catholicæ Majestatum in hoc Regno locumtenens , & Gubernator Generalis &c. A tutti , e Singoli Mastri de Campo , Capitanei , tanto di gente d'armi , come de' Cavalli legieri , & de' Infantaria , tanto de' Italiani , come de' Spagnuoli , & de' qualsivoglia altra natione , seu loro locotenenti , & substituti , Alferes , Sargenti , Caporali , & altri soldati , & stipendiarîi Regii , Commissarii , ferreri , & a tutti qualsivogliano officiali , alli quali la presente pervenerà , spectarà , & farà presentata Regii fideli Diletti la Regia gratia , e buona volontà : Per parte del Priore , & Monachi del Monasterio di Santo Martino , ne è stato presentato memoriale del tenor seguente. Illustrissimo , e Reverendissimo Signore Il Priore , e Monaci del Sacro Monasterio de Sancto Martino Sopra Napoli Ordinis Cartusienfis supplicano Sua Illustrissima , e Reverendissima Signoria se degni farli gratia de una salvaguardia per le case sue , che teneano in lo burgo di Somma , & de Averfa , in li quali habitano li Religiosi

continuamente di detto Monasterio , acciocchè non siano molestati da Soldati , anzi siano sempre rispettati , come sono stati per lo passato , e questo riputaranno a singolarissima gratia , ut Deus &c. Noi inteso il tenore del presente memoriale per alcuni rispetti moventino la mente nostra semo remasti contenti , siccome per la presente ne contentamo de far exempti da qualsivoglia allogimento de' Soldati tanto da pede , come da Cavalli , le predette stantie de Sancto Martino site nel borgo de Somma , & in la Città di Averfa . Pertanto Dicimo , Ordinamo , & Comandamo a tutti li sopradetti , & ciascuno d'essi *insolidum unicuique in sua Jurisdizione* , che non debbiano modo aliquo molestare , ne far molestare circa lo alloggiare in le Case prediſte detti Monasterio & Monaci , ma quelle inservare , & fare exempte de' detti alloggiamenti . Che tale ei nostra volontà , & intentione . Non fando lo contrario per quanto si ha cara la gratia , & servizio della Magesta Cesarea , & pena de Mille ducati per ciascuno se desidera evitare , la presente resti al presentante , in Palatio prope Castrum novum Neap. die ultimo mensis Augusti millesimo quingentesimo quinquagesimo quarto . P. Cardinalis Seguntinus Dominus Locumtenens & Gubernator Generalis mandavit mihi Carjolano Martirano . Vidit Polo R. Vidit Fonseca R. V. Villanus Reg.

## VIII.

R. P. D. Brunonis Loher a Stratis Cartusiae Colonienſis  
Vicarii Epistola (1) ad Reverendiss. P. D. Damianum M. Cartusiae Priorem , & totius Ordinis  
Ministrum Generalem , cui nuncupat  
mox edenda Opera minora R. P. D.  
Joannis Justi Lanspergii  
Cartusien.

*Ad ann. 1554.*

Reverendo in Christo Patri D. Damiano Majoris Cartusiae Priori optime merito ;  
itemque ceteris Venerandis , ac Religiosissimis Patribus Definitoribus  
Capituli nostri Generalis F. Bruno Loher a Stratis Cartusiae  
Colonien. Vicar. Salutem & cum debita reverentia  
obedientiam .

**C**ommodum profecto evenit , Reverendi , suspiciendique PP. , ut quod diu optaveram , Univerſabilis Patris Joannis Justi Lanspergii , quondam in nostrae Religionis instituto praceptoris mei dignissimi , opera fere omnia praelo committerentur . Equidem voluissim , longe ante praestitum ut id esset , sed impediti adhuc fuimus , ut reipsa efficere non liceret , quod sane perquam libuisset . Quamdiu enim delectet nos illius viri cum piis , tum eruditas lucubrationes toti orbi Christiano pro communi omnium usu evulgare , quando ille nihil nisi Christum , & quae ad amorem Christi provocare queant loquuntur . Ante annos plus minus viginti fuit id negotii datum Cenobio nostro : ut D. Dionysii Cartusiani operibus excudendis operam impenderemus . Quod etiam a nobis praestitum est multis vigiliis , nec parvis impendiis nostris . Neque tamen soli Dionysio imprimendo infudatum est , sed una etiam multorum aliorum neququam vulgarium virorum monumentis , in quibus non postremo loco numeranda veniunt scripta Lanspergii

(1) Affixa extat operibus ejusdem Lanspergii , sumptibus Ann. Christi MDLIV. editionis Coloniae per Joannem Novesianum suis

nostri, quæ magna ex parte jam pridem per nos edita in hominum manibus versantur atque identidem excusa, satis judicant, quam placeant omnibus, & quam late pateat eorum usus, & utilitas, quæ tam avidè semper contempta sint, ut quæ ea excuderunt, non parum sibi eo ipso gratulentur. Atque utinam omnia licuisset edere, major profecto inde consecutus esset fructus. Sed id partim impedit malitia temporum horum, quibus plerique omnes pro dolor, fastidiunt salutaria, nec absque stomacho legunt, quæ moribus instituendis; ac componendis serviunt. Hoc solum jam queritur, ut multarum rerum cognitione animus instructus sit, ut sit lingua diserta, sermo elegans, denique, ut nihil desit, quo vel humano possit obtineri; Gratia, aut ventosæ laudis, inanisque gloriolæ cujusdam aura captari. Ut vero religiose, & ad Christianæ pietatis præscriptum vivant, id pene nulli curæ est: Magna inest in multis libris omnis generis coarctandi cupiditas, sed quibusdam satis est innumerosos habere Codices; Alii studiose quidem legunt quotquot possunt Authores, & eos dumtaxat, unde se sperant aliquid suæ eruditioni adjecturos, quod eis adjumento esse queat, ad hominum sive laudes, sive gratiam aucupandam. Angusta vero, & exigua eorum portio est, qui ex lectione non tam cupiant consequi, ut humanis vehantur encomiis, quam ut Dei habeant perspectam voluntatem, eamque vita, & moribus expriment. Inde accidit, ut tanta sit seges loliorum, & sterilium vænarum, idest inutilium, atque etiam perniciosorum scriptorum, multoque propensius hodie excudantur, quæ vendibilia sint, & lucrum polliceantur; etiam si magnam Christianæ Reipublicæ adferant perniciem, quam quæ possint saluti esse omnibus, & pietatem propemodum funditus collapsam erigere, ac instaurare. Interim excrescunt vitia in populo Christiano, & ira Dei acriter desæviit, nec tamen quisque ferme id alicujus pensi habet. Vivunt homines ita ut liberæ vitiiis absque ullo timore laxentur habent; & si eos objurgare velis, perniciosorum hominum sive scriptis, sive exemplis se tuentur: rem calamitosam eo recidisse statum Christianæ Rei. Pereunt homines absque numero, & ita pereunt, ut suæ perditionis authores ament, oderint, qui eos cupiant saluti restituere. Nihil igitur mirum, si non passim edantur libri, qui non nisi pietati promovendæ conscripti sunt, quando pietas jam ubique jacet, & nihil minus libet, quam ad pietatem institui. Verum enim vero, cum etiamnum multi supersint, quibus sapiant, quæ ad virtutes capeendas provocent, erudiantque, sit magna Dei benignitate, ut non desint, qui promovendæ pietati & velint, & studeant operam collocare suam, quando vel paucis Deum timentibus prosint, etiam si & multorum maxima hominum pars ita affecta sit, ut respuat ea, quæ tamen vel sola amplecti deberet. Horum ex numero fuit etiam D. Joannes Justus Lanspergius professione, & animo Cartusianus, cujus in lucem emittendis operibus tanto libentius incubuimus, nec adhuc incumbere cessamus, quod citra controversiam, magnam habeat vim ad animos hominum permovendos, excitandosque ad Dei opt. max. amorem quemdam, & singularem. Ex abundantia cordis scripsit vir ille Venerabilis, quæcumque scripsit, non ut plerique hodie solent, qui multa pulchre alios docent, sed re & vita satis declarant, nihil se differre ab arbore illa, quam Dominus foliis quidem plenam, at fructu vacuum reperit, atque ea causa illi maledixit. At vero noster Lanspergius, sic alios magna facere est adhortatus, ut ipse etiam majora præstiterit; sicut nos utcumque experti sumus, qui cum eo aliquot annis familiariter viximus. Quem si quis penitus nosse velit, qualis fuerit, ex ejus lucubrationibus potest aliquam conjecturam capere, in quibus spiritum prodit suum. Omnia quidem ejus opera hac vice prælo committere decreveramus, sed iniquis temporis spatiis exclusi coacti sumus quædam in aliud tempus differre, quæ tamen propediem speramus in publicum proditura. Ea autem, quæ in præsentiarum emittimus vestro potissimum nomini Rev. Observan. Patr. volumus esse nuncupata, quod sic videretur? ipsa quoque ratio exigere, ut Cartusien. Instituti præcipuis capitibus dedicarentur quæ ab Cartus. Religionis professore essent conscripta. Ubi vestras preamus, & obsecramus Paternitates, benigno ac placido accipiant animo, quod a nobis prompta devotione offertur; nec tam pensent operis magnitudinem, quam studii voluntatem. Christus Jesus Paternitates Vestras pro totius Ordinis nostri conservatione diu incolumes suæ benignitate tutatur. Datum in nostra Cartus. Agripp. Anno ab orbe redempto MDLIV. ad XVII. Kal. Mart.

R.P.

## IX.

R. P. D. Brunonis Loher a Stratis Cartusie Colonienſis  
 Procuratoris Epiftola (1) ad Reverendiſſ. Patrem, &  
 Principem D. Joannem hujus nominis V. Trevi-  
 renſem Archiepiſcopum, cui enarrationes  
 D. Dionyſii Cartuſiani in Libros Sa-  
 pientiales ſecundo edendas  
 nuncupat,

*Ad ann. 1555.*

Quæcumque ſcripta ſunt, ait tuba illa Eccleſiæ, vas electionis Paulus Apoſtolus Jeſu Chriſti, ad noſtram eruditionem ſcripta ſunt, ut per patientiam, & conſolationem Scripturarum ſpem habeamus. Sumus enim multis cincti periculis, miſeriis, calamitatibus, tentationibus, laboribus, difficultatibus, quibus non poſſemus ſane non obrui, ac prorsus opprimi, niſi adeflet nobis gratia, & conſolatio Spiritus Sancti, qua inter tot mundi discrimina, anguſtias, & afflictiones, in ſpem meliorem identidem erigamur. Atque hæc conſolatio, ut eſt multiplex, ita mirifice ſeſe offert in ſcripturis illis divinis, quas Canonicas recepto more appellamus, quæ ut ſunt abſque ullo dubio Summi Spiritus adſpiratione conſectæ, ideo non ſolum majorem cæteris quibuſcumque quantunvis illuſtrium Authorum ſcriptis obtinent dignitatem, & authoritatem, ſed etiam uberiorem, ac efficaciorem habent vim, & energiam ad conſolandos animos noſtros, dum in hoc exilio conſtituti a Domino peregrinamur, & carnis, diaboli, mundi, infeſtiſſimis, ac importuniſſimis perſecutionibus impetitur, ac exercemur. Verum ne quid in ipsis divinitus inspiratis Scripturis ea ex parte diſplicere, minutique ſatisfacere nobis poſſit, quem plerisque in locis obſcurius editæ, ac elaboratæ ſint, & propterea, ut bene intelligantur, ædipo quodam opus habere videantur, atque eo ipſo nomine, nihil, aut parum bonæ frugis, lectori necdum ſatis exercitato allaturæ exiſtimentur, alios quosdam, nec paucos ſane viros undequaque eruditiffimos, atque ſanctiſſimos, Divina nobis providentia excitavit, ſuaque implevit gratia, qui Scripturarum involucra, & dubias ſententias nobis omnino perſpicuas ſuo labore, & industria reddiderunt. Quorum ſtudio Chriſti gratia efficiente factum eſt, ut inter abſtruſos, ac avios myſticorum ſenſuum recessus, plano, & inoffenſo pede ambulemus: capiamus, quæ non intelligebamus: ſuſpiremus, ac inhiemus veris illis bonis, quæ nobis ſimplex Scripturæ litera proponit quidem, ſed minime exponit: immo vero multis, ac impenetrabilibus humanæ mentis imbecillitati tegminibus involvit, non temere quidem, ſed ut ipſa literæ planities quolibet ad legendum invitet, porro interior latens ſententia ſuperbos fugiat, ac repellat, tanquam indignos, qui percipiant ea, quæ nonniſi parvulis ideſt humilibus revelantur: denique pios exercent, ac illicitat, ut capiant intelligere, ac inveſtigare non vana, ac reprehendenda curioſitate, ſed religioſa animi pietate, quæ ſub cortice literæ intus manent recondita, & occultata. Ita nimirum omnibus conſulit Scriptura divina: paſcit manifeſtis, exercet abſtruſis: nec ſemper perſpicua eſt, nec ſemper obſcura, ne vel facilitate vileſcat. vel nimia obſcuritate tædium pariat. Et licet altiffimo Sancti Spiritus conſilio factum ſit, ut omniſ ſermonis ſaſtus, & humanæ vanitatis tumida

(1) Extat impreſſa in principio Librorum Sapientialium a D. Dionyſio Cartuſiano explicatarum, & a Joann. Quentel hæredibus anno 1555. menſe Febr. editarum.



da Sapiencia absit a toto Sacrae Scripturae corpore, non tamen abest inde stupenda quaedam, & suspicienda sapiencia, omnibus non plane caecis quamdam sui venerationem incutiens, & mire intus animos penetrans longe profecto efficacius, quam solent ea, quae hominis cujuscumque ingenio excogitantur. Voluit enim Spiritus Sanctus in illa splendidissima divinorum voluminum mensa, omnibus esse sua fercula proposita, unde caperent singuli, quod esset e salute, & usu singulorum. Quod illi difficile non fuit, utpote omnium corda, & conditiones optime perspicienti. Quo fit, ut ex illo instructissimo caelestium eloquiorum convivio abunde omnes reficiantur, & ubertim suppeditet omnibus, quidquid illis ad bene, beateque vivendum possit esse adminiculo, si tamen non sint animo surdi prorsus, & caeci, ut nec audiant, nec videant voces, & incitamenta Spiritus Sancti. Possunt haec dilucide vel ex seipsis intelligere, qui intus per Christi gratiam resuscitati, vivunt in Deo, quibus multa saepe in Scripturis Sacris perspicue aperiuntur; unde illarum virtutem, & incomprehensibilem vim, ac majestatem suspicere, & admirari coguntur. Qui vero saeculi vanitatibus dediti sunt, & vivunt multis sceleribus obligati, legere illi quidem, & audire possunt voces Spiritus Sancti, & Verbum Dei, & passim multa illis occurrunt, quibus merito emolliri deberent ad vitae emendationem instituendam; sed surda aure pertranseunt, nec internis animi obtutibus adspicere sincere possunt, quid in ipso Dei verbo intus delitescat, plenum admirationis ac reverentiae. Itaque tales fatentur quidem se nosse Deum, & Christiani Evangelium buccis crepitantibus praedicant, sed factis, & moribus negant. Quibus sane utilius fuerat non nosse Dei voluntatem in ipsius verbo abunde nobis declaratam, & expositam, quam cognitam ulque adeo contemnere & neglectui habere. Verum iis praetermissis, ut ad institutum revertamur, dubium non est magnam illis viris nos debere gratiam, qui scripta divina, plerisque locis omnino tecta, & impenetrabilia in firmis, ac parum illuminatis mentibus, pro ipsis divinitus collata gratia suis Commentariis illustrarunt. In quorum numero non postremum sibi locum vindicat Dionysius noster. Cartusianus, vir sine ulla ambiguitate, multiplici eruditioni ac eximia vitae sanctitate praeditus, qui immenso labore ex veterum monumentis, immo etiam ex ipso S. Spiritus sincero lumine, ac divina irradiatione confecit totius Sacrae Scripturae Commentaria, nec contemnenda, nec vulgaria quidem. Speciatim vero libros illos quinque, quos Sapientiales vocant, docte ac pie explicavit, adeo ut nemo sit, qui illius lectione se non sentiat in iis intelligendis haud mediocriter adjutum. Potest quidem lector curiosus styli elegantiam in eo desiderare, sed eam minime requirit, qui non tam aurium oblectamentis quam rerum cognitione delectatur. Esto vim suam habeat sermo ornatus; sed satius est ad pietatem, & rerum notitiam institui verbis licet simplicibus, quam lasciva verborum petulantia, & dictionis phaleris, sive aliquo fructu inanissime detineri. Noster ergo Dionysius, cum totius Scripturae divinae explanandae sibi negotium sumpsisset, etiam hos quinque partim Salomonis, partim aliorum libros excoluit diligenter, copiose, & erudite, qui cum jam rursus novis essent typis excusum dignumque videretur, ut novo studio, pulchrioribusque characteribus impressi, novum sibi patronum adsciscerent, inter multos praecipue se nobis obtulit vestra Celsitudo, Pontifex celeberrime, Tuque adeo in primis, idoneus nobis occurristi, cujus nomine opus hoc Dionysiacum insigniretur. Quamvis enim jam olim suum habuerit patronum; at nova nunc diligentia, magnaue animi industria castigatum, & emendatum merito debuit praecellentioris viri auspiciis emitti. Est enim revera ab innumeris vindicatum mendis opera, & vigilantia studiosi viri Bartholomaei Laurentis in aedibus Quentianis, Typographici castigatoris, qui sic in eo adamussim corrigendo laboravit, ut quisquis hanc editionem cum alijs contulerit, manifesto & ipsius vigilantiam, & aliorum incuriam, ac oscitantiam sit deprehensurus. Deinde quando Opus ipsum sapientiae peculiari praenotatur titulo (dicuntur enim libri isti quinque Sapientiales), etiam eo nomine tuae potissimum Amplitudini idem oportuit nuncupatum, cum sis princeps ipse multa prudentia insigniter ornatus, qua tu sapientissime creditum tibi divinitus Pontificale munus administras, constantissimus in fide Catholica, hostis acerrimus vitiorum, Pastor piensissimus ovium Christi tuae curae commissarum; denique sic omnigenis praeditus virtutibus, ut Pontificia dignitate omnino dignus habearis. Quae etsi nos pluribus prosequi juvaret, iis tamen superfedemus, ne non tam veras praedicasse virtutes tuas, quam adulationis detestabili vitio servisse videamur. Ut ergo jam dicere coepimus, T. C. hoc Dionysii opus grande, & eruditum dedicamus, hoc obnixè rogantes, ut pro solita benigni-

gnitate, & clementia tua placidus accipias, sapientissime Pontifex, quod nos candidè exhibemus. Alii alia, eaque longe præstantiora fortasse munera offerunt. At nos pro nostra vili portione offerimus, quod habemus: nec formidamus, ne despiciat Tua Celsitudo munusculum hoc, quanvis exiguum, si precium spectes: immo vero hoc ipso illi gratissimum fore confidimus, quod sit literarium, nec qualecumque sane, sed ex medio divinarum Scripturarum corpore extractum. Sic enim persuasum habemus T. C. inter diversas secularium, ac spiritualium negotiorum occupationes, inter medios curarum tumultus, inter tot occurrentium rerum diversitates, libenter subinde ad legendas divinarum scriptorum paginas, tanquam ad gratissima animarum pascua recurrere, atque inde veram, & salutarem haurire sapientiam, qua possis tum propriæ tum aliorum saluti rectissime consulere. Sed ne fortassis dum longior sum, etiam tædio sim, hic finem faciens, T. C. Christo Opt. Max. medullitus cupio esse commendatam in annos plurimos, ut per te Ecclesia Trevirensis, non solum ab Hæreticorum monstruosis Dogmatibus servetur immunis, sed etiam in dies a corruptis moribus, si qui adhuc uspiam resistent, prorsus repurgetur, & ad pristinum veteris Ecclesiæ decorem pulcherrime reformetur, ut jam pridem summo studio conatus es, nec etiamnum conari desinis Christi fretus gratia & ope, qui T. C. & animum suggerit, & vires ad aggredienda, perficiendaque ea, quæ sint ad ipsius honorem, & populi tui salutem. Vale Pontifex celeberrime. Ex Cart. Colonien. prædiæ S. Matthiæ Apostoli, anno Christi nati 1555.

Reverentiæ V. Archiepiscop.

*Deditissimus Servitor*  
Fr. Bruno Loher a Stratis  
Il Maestro di Cerimonie pigliò il memoriale , e lo portò in Conclave , e dopo alcuni giorni gli rispose dal Conclave alli 17. de Novembre del 1559. ; che quando uscirà fuori gli averebbe detto le difficoltà che ci erano , intantò che priegasse Iddio per intercessione delli S. Angeli , che spirasse la mente delli Cardinali a far un buon Papa presto in benefizio della S. Chiesa Cattolica . Antonio quando riebbe il suo memoriale , senza provista alcuna , non si perturbò , nè diffidò delle sue rivelazioni , ma continuando le orazioni , e digiuni priegava la Madonna SS. e gli Angeli , e i Martiri , che ottenessero d' Iddio la grazia , che si facesse il Papa presto , e che fusse tale , ch'abbracciando questa opera , eseguisse la divina volontà , e che rifacesse il loro tempio . Non andarono queste orazioni , e digiuni in vano , ma furono dal Signore esaudite , perche la sera di Natale , entrando nell' Anno 1560. fu creato Papa il Cardinal Medichino di nazione Milanese , e si chiamò Pio IV. Quando Antonio intese , che il Cardinal Medichino era stato fatto Papa ,

tenne per cosa risolutissima, che il tempio si doveva fare, e la causa di tal speranza era prima in Dio Signore nostro, e dopo perchè il Papa aveva nome Angelo, il quale mentre era Cardinale, se bene non gli era stato tanto favorevole, poichè essendo lui protettore degl' orfanelli, fece licenziare Antonio da S. Maria d' Aquiro, perchè menava, come s'è detto di sopra alcuni di quelli Orfanelli a cantar l' inno alle Terme, non di meno perchè inconsapevole di questa divozione d' Antonio, sperava il medesimo, che mentre era Papa averia avuto qualche adito con lui, e così disse Messa, ringraziando il Signore e la Madonna, con gli Angeli, e Martiri di così buona elezione fatta per l' effaltazione di S. Chiesa.

E come la divina Provvidenza soavemente dispone di tutte le cose, conducendole al fine per certe strade, che l' uomo men pensa, e mentre il Papa andava per Roma, un giorno s' incontrò con Antonio che andava a Terme, ed avendolo conosciuto lo guardò con volto allegro, e li fece intendere, che l' andasse a trovare. Antonio ritornato da Terme conferì tutto con il suo collega Matteo Catelani, e conclusero ambedue che si ci dovesse andare, e che si portasse la Messa, e Offizio degli Angeli, ed intendendo quello, che il Papa volesse, li domandasse la approvazione di quelle Operette, o per farle scrivere di bella mano in un libretto di pergamento dorato, e coll' armi del Papa miniate: passarono circa 15. giorni. In questo mentre il Papa fece domandare Antonio; come non era conosciuto in Palazzo, e nessuno sapeva, dove egli stava, non fu mai trovato: ma finito il libretto Antonio, e Matteo andarono in Palazzo, e arrivati in sala, furono subito introdotti al Papa da Gio: da Corè or Vescovo di Minore, e Canonico di S. Gio: Laterano, ch' allora diceva l' officio col Papa. Quando il Papa vidde Antonio, tutto si consolò, ed avendoli baciato il piede, il Papa li domandò la causa della sua tardanza, ed egli rispose che era tardato per fare scrivere la Messa, e l' Offizio degli Angeli in quel libretto, e glie lo diede, e lo raguagliò di tutto quanto era successo, benchè il Papa ne stava inteso, ed essendo adunque il Papa raguagliato del tutto d' Antonio lo licenziò, e mandò per Michel' Angelo Buonarota, ed avendoli esposto la volontà sua di fare della più intiera parte delle Terme Chiesa, gli ordinò, ch' andasse a vederla, e considerasse il sito, e giudicasse la spesa, che ci voleva, e che considerato tutto ciò ce ne facesse distinta relazione, e Michel' Angelo partitosi disse ad Antonio la volontà del Papa, e come lui ancora era divoto degli Angeli.

Andarono amendue a Terme, e pigliarono la pianta, e conciosiacosachè Antonio averia voluto che la Chiesa si fusse fatta per lunga, secondo la sua devozione, per averla divisa in 7. Cappelle alla destra alli sette Angeli, e sette alla sinistra, per li sette Martiri, come di sopra s' è detto, non dimeno a Michel' Angelo li parve disegnarla in Croce, e restringerla, e levare le Cappelle basse sfondate di tetto, e così veniva a stare la parte più alta intiera, la volta della quale è sostenuta d' otto colonne, dove sono scritti li nomi delli Martiri, e degli Angeli, e vi disegnò tre porte, una a Ponente, l' altra a Tramontana, e la terza a Mezzogiorno, come si veggono poste, e che l' Altar Maggiore fosse verso Levante. Antonio non s' oppose a questo disegno di Michel' Angelo, dubitando che il Papa facendosi d' altro modo per non far altra spesa si fusse ritirato, e veramente era il negozio considerabile, perchè a volere ristorare tutte le 14. Cappelle, ci bisognava doppia spesa, e Michel' Angelo si restrinse alla metà per fare una Croce solamente. Avendo Michele Angelo visto il sito, e fatto il conto sgrossatamente della spesa, che ci faria ita, riferì il suo parere al Papa, il quale senza porci più tempo deliberò di volerla finire, e perchè la spesa era grande in ristorar le mura, le volte, e le colonne, e rimare il resto d' intorno, e ridurla in forma di Croce, ne trattò in Concistoro, e ne fece far consiglio tra il Popolo Romano, ed avendosi conchiuso conforme alla volontà del Papa, si stabilì ogni cosa, con il consiglio di Michel' Angelo, e dopochè fu conchiusa la restaurazione della Chiesa, si discusse sopra il modo di farla officiare, ed Antonio che aveva fatta una compagnia di Preti, li proposi al servizio della Chiesa, alla quale proposta il Papa disse, che alli Preti era bisogno darli l' entrata, che altrimenti non ci fariano potuto stare, e però faria meglio darli a qualche Religione, che avesse il modo di vivere. E perchè il detto Giacopo Duca era stato a S. Bartolomeo di Campagna Monastero delli PP. Certosini, facendo un' Icona di marmo di mezzo rilievo ad istanza di quei Monaci, gli fu mostrata da quelli Monaci una Bolla d' Urbano V. che visse nell' anno 1362. nella quale al primo del suo Pontificato in Avignone aveva concesso a Niccolò Ursino Conte di Manupello di poter fondare un Monastero di PP. Certosini nelle Terme

Terme Diocleziane, ma dipoi nell'anno 8. del suo Papato in Monte Fiascone, per un'altra Bolla riferita dal Pompeo Ugonio nell'Istoria delle Stazioni di Roma alla Stazione 26., ordinò che quello, che li predetti Orfini pretendevano fare nelle Terme s'applicasse in S. Croce in Gerusalemme per complimentato della fabbrica, e per dotarvene un Monastero di Padri Certosini, il che fu così eseguito. Perciò Antonio ricordandosi di quanto l'aveva Giacopo suo Nipote detto, propose al Papa questa Religione Certosina, la quale ci sarebbe andata facilmente, poichè in S. Croce di Gerusalemme, dove allora stava non ci abitava l'estate, per essere l'aria cattiva; per il che li Monaci erano necessitati ogni anno partirsì, e venirsene a far l'Estate ad un certo casamento loro vicino a S. Pietro in Vincola, e perciò quando loro volessero andare alle Terme, sarebbe molto a proposito, tanto per servizio della Chiesa, quanto anco per il beneficio loro. Piacquero questa proposizione al Papa, il quale andò col Cardinale Simonetta, ed altri alle Terme, e vedendo quella fabbrica, e tanto bella macchina, si confermò nella sua risoluzione di farci la Chiesa, e commise al Cardinale Morone, che da sua parte dicesse al Priore di S. Croce in Gerusalemme Certosino, che in ogni modo pigliasse il luogo delle Terme promettendo d'ajutarli per la fabbrica; fece il Cardinale l'offizio dopo la Domenica delle Palme con il Priore, ch' allora era il P. D. Antonio Satriano di Briatico in Provincia di Calabria ultra. Il Priore disse, che il rispondere sopra del pigliare un tal luogo toccava al suo P. Generale che risiede in Francia nella Gran Certosa, e perchè lui non era ben guarito d' un infermità, che aveva avuto, non poteva far tal viaggio per negoziar questa cosa. Il Cardinal l' esortò, che andasse, perchè facendo l'ubbidienza del Papa, il Signore li darà grazia di poter mandare questo negozio ad effetto, e che lui stesso ne scriveria al P. Generale della Gran Certosa.

Ritornato il Priore narrò alli PP. del Monastero, quello ch'era occorso, e si partì il Venerabil Santo, dopo che ebbe fatto l'offizio solenne la mattina, e arrivato alla Gran Certosa, presentata al P. Generale la lettera del Cardinale Morone ch'era in nome del Papa, e riferita la cosa in presenza del Generale, e di molti altri PP. Priori, perchè era il tempo del Capitolo Generale, che ogni anno ivi si celebra nella quarta Domenica dopo Pasqua di Resurrezione, alcuni di quelli Priori, che non erano stati in Roma, contradicevano, ma avendoli il P. D. Antonio Satriano ragguagliati del tutto, e risposto alle loro obbiezioni, con molte ragioni, si quietarono, e così fu commesso questo negozio dal P. Generale al P. D. Timoteo di Milano, quale era Visitatore principale di questa Provincia, ed al P. D. Basilio d' Urbino suo Compagno. Ritornato il Priore in Roma, diede la lettera del P. Generale suo in risposta al Cardinale Morone, e riferì ad Antonio Duca la risoluzione del Generale. E perchè il P. D. Timoteo si ritrovava in Napoli, fu chiamato in Roma, il quale ogni giorno era sollecitato d' Antonio Duca, acciò non ricusasse quel luogo fabbricato col sudore, e sangue de' Martiri. Il detto D. Timoteo andò a ritrovare il Papa Pio IV., che in quel tempo stava in un certo palazzo a Monte Cavallo, e fu ricevuto da lui molto allegramente, tanto più perchè s'erano prima nella gioventù conosciuti nello studio, ed ebbe molte offerte dal Papa di voler fare la Chiesa nelle Terme, e che si spedisse; si ritornò un'altra volta dal Papa nel palazzo de' SS. Apostoli, ed in conclusione i PP. Certosini, sebbene volevano accettare il luogo, per fare il Monastero per loro abitazione, non si volevano obbligare alla fabbrica della Chiesa, ma solo a far il Monastero. Allora fece il Papa consentire il Popolo Romano, e Cardinal Farnese; si diede il Parco, e la Vigna con tutto il sito del sito intorno; e fattosi il disegno da Michel Angelo della Chiesa delle Terme, fu portato al Papa, il quale con tanto affetto aveva abbracciato questo negozio, che voleva, che il P. Priore de' Certosini di S. Croce, giacchè il P. D. Timoteo stava indisposto venisse da lui ogni dì per trattare con esso del disegno della Chiesa. Dipoi con molti Cardinali venne sopra il luogo, e conclusa con il Cardinal Simonetta Protettore della Religione Certosina, che si dessero per la fabbrica della Chiesa duemila scudi il mese, e partendosi li Monaci di S. Croce permise il Papa, che S. Croce se la tenessero per Grangia, e li desse facoltà di portarsi ogni cosa mobile, che tenevano in S. Croce. Di più concesse alla Chiesa di S. Maria degli Angeli tutte l' indulgenze, e prerogative, che tiene S. Croce, ed altre esenzioni, e grazie, come si vede per una Bolla spedita alli 17. di Luglio 1562. la quale va stampata nel Bollario pubblicato in Roma l'anno 1579., e la 55. in ordine di quelle di Pio IV., ed il titolo principia, *Concesso &c.*

Quan-

Quando poi fu stabilito ogni cosa, ed accordata la fabbrica che il Papa averia ristorata la Chiesa, e finitala di tutto punto, e li Monaci averiano fatta la fabbrica del Monastero, il Papa fece intimar Cappella alli 5. di Agosto 1561. in Terme, dove paratosi pontificalmente presente il Collegio de' Cardinali col Clero, e con tutta la Corte, ed il Senato, e Popolo Romano, e parate le mura di Drappi ricchissimi, e accomodata la Cappella sopra quelle rovine, si benedisse la Chiesa, e si fece la dedicazione delle Terme in Tempio di S. Maria degli Angeli, si fondò l'Altare dove il Papa ci messe la prima pietra, e fondato si fece l'Altar di legname, quale fino all'anno 1596. è stato colla Croce di legno sotto l'arco grande della Cappella Maggiore, sopra il quale Altare in progresso di tempo, essendosi fabbricato l'Altar maggiore sotto la Tribuna, e postovi l'effigie della Beatissima Vergine degli Angeli, fu del tutto levato. Dedicata la Chiesa, la fece poi tit. di Cardinale, assegnandola, nel 1564. a Gio: Antonio Cardinal Sorbellone suo Parente, e vi pose la Stazione nel medesimo dì, che si fa in S. Sufanna, Chiesa vicina, cioè il Sabato dopo la terza Domenica di Quaresima; gli diede tutte l'indulgenze, ch' erano in S. Croce di Gerusalemme, della quale si partivano i Padri Certosini, che vennero in questa, e cene aggiunse dell' altre, e conciosiache, alcuni che non sapevano il mistero delle rivelazioni, volevano, che si chiamasse S. Maria Pia, ed altri S. Maria in Terme.

Non di meno il Papa che sapeva la prima dedicazione d' Antonio fatta in tempo di Giulio III., come s'è detto, volle che si chiamasse S. Maria degli Angeli, e così si spedì nella sopradetta Bolla, quantunque nel Breve, che fece Pio IV. dell' imposizione per la fabbrica di questo Monastero de' PP. Certosini, Chiami questa Chiesa Beatae Virginis, & omnium Angelorum, & Martyrum, e perchè la dedicazione di S. Maria degli Angeli fu fatta nel medesimo giorno, ch'era la festa di S. Maria Maggiore, ove ogni anno concorre tutto il Popolo, per il miracolo, che olim fu della neve, e sentendo il Popolo, ch' il Papa aveva dedicato le Terme Diocleziane in Chiesa, ciascheduno stupido per la mutazione di quel luogo tanto celebrato dagli antichi Scrittori, che tanti, e tant'anni era stato profanissimo, e poi s'era ridotto in tempio di Dio vero, venne anco a visitare questa Chiesa delle Terme. Non stette molto a principiare la fabbrica della Chiesa, e prima coprì le volte principali di Tavoloni, fece da fondamenti la Cappella Maggiore colla Tribuna, e poi la Porta verso Ponente e restrinse il corpo della Chiesa, per due mura nell' uno fece la Porta verso Tramontana, nell' altro la Porta verso Mezzogiorno, e cominciò a far dare il bianco dentro alle volte.

In progresso di tempo vi si son fatte belle Cappelle, la prima nell' entrare a man' dritta fatta fare da Geronimo Ceuli in onor di S. Geronimo, l' altra all' incontro fatta da Consalvo Alvero in onor di S. Maria Maddalena, più sopra da man dritta da Monsignor Bartolomeo Poufinski Polacco internuzio Regio, appresso Paolo V. n' ha fatta un' altra, e dedicatala ad onore del glorioso Patriarca S. Bruno fondatore dell' Ordine Certosino. Da mano sinistra all' incontro il Signor Pietro Alfonsi Gentiluomo Avignonese, n' ha fatta anche esso un' altra, e dedicatala ad onore di S. Pietro Apostolo, alla quale la felice memoria di Gregorio XIII. il primo giorno d' Agosto festa de' Vincoli d' esso Apostolo ha concesso in perpetuo ampla indulgenza plenaria e remissione di tutti i peccati. Passati gli archi verso l'Altar Maggiore a man destra, ve n' è un' altra dedicata alla B. V., e S. Giacinto Confessore, fatta fare da Monsignor Alessandro Litta Milanese ed Auditor di Rota. Ven' è anco all' incontro da man sinistra un' altra fatta fare dall' Autore di questa Istoria Matteo Catelano, e dedicata al Santissimo nome di Gesù Cristo nostro Signore dove è l'Altare privilegiato per l'anime de' defonti concesse dall' istessa felice memoria di Gregorio sudetto, quale Gregorio diede anco un' elemosina, colla quale si fece il Pavimento della Porta fin' all' Altar Maggiore. Le reliquie di questa Chiesa non sono molte, ma le pone Pompeo Ugonio nelle Stazioni di Roma alla Stazione 25. I Monaci cominciarono a far le stanze per abitare, e ferrare li luoghi aperti, e fatta la Cappella Maggiore, fecero il Claustro maggiore con alcune Celle; Il Pontefice fece la Sacristia con proposito di fare il Coro di sopra, e perchè certi opponevano, che alcuni delli nomi delli sette Angeli, ch' erano scritti nelle Colonne, e Pilastrì di S. Maria degli Angeli delle Terme, ed erano stati visti dal Papa, erano nuovi, e perciò non si dovevano ricevere. Antonio per ordine del Papa Pio IV. diede conto di questo, e fece un scritto diretto al Papa alli 24. Agosto del 1562., dove provava quelli nomi che non sono nella Scrittura con l' autorità s' erano ritrovati dell' Ima-

Imagine con gl' Epiteti suoi , come sopra si disse in quella Chiesa di Palermo , e che lui avendone composta la Messa con l'autorità del Cardinal de Monti legato di Roma , e stampata in Venezia con l'autorità del Nunzio Apostolico , ed essendo stata in Roma , ed in Venezia rivista da uomini dottissimi per comandamento di questi legati ; più volte lui , e Geronimo Maccabeo Vescovo di Castro , ed altri avevano detto quella Messa ; Di più porta l'autorità d' uno Abbate Giorgio , tenuto per Santo in Etiopia , in un libro da lui scritto in lode della B. Vergine intitolato Porta . Dove dice : *Veniant Angeli tui Principes de excelsis* &c. e l'autorità d'un libro in Caldeo antichissimo d'un Gio: Battista Abbissino , che in quel luogo era interprete del Papa in una Orazione : *Ad nos septem Archangelos Sanctos , una cum exsibus suis ignis , qui descendere faciant omnes spiritus immundos , qui circumdant Corpus nostrum* ; ed aggiunge come con S. Vito furono visti sette Angeli di fuoco , che oravano con lui nella Camera dove stava seppellito ; per il che sentendosi l'odor grande , che usciva da quella Camera , il Padre di S. Vito infedele per nome Hyla , vedendo per l' aperture delle porti questi Santi Angeli disse , *se Deos igneos vidisse , quorum vultrum ferre non poterat* , e per averli visti ne restò Cieco , ma per le prieghiere di S. Vito fu risanato . Al fine priega Pio IV. che voglia con autorità Apostolica approvare la Messa de' sette Angeli , e il loro Offizio , e perchè il Maestro del Sacro Palazzo era impedito , lo supplicava commetterla al P. Maestro Gabriele Domenicano uomo dotto , e sbrigato , e Penitenziario di S. Pietro . Antonio contento d'aver visto in piedi quella Chiesa tanto desiderata , e procurata , dedicata in onor della Regina de' Martiri , ed Angeli con la cotediaua oblazione del Sacrosanto Sacrificio della Messa ; E Michel' Angelo Bonarota contento d'aver dato il disegno , ambedue sollecitavano l'opera , e ridotta in quel termine d'officiarsi , Michel' Angelo , ed Antonio dopo tre anni morirono tutti due contentissimi , ed il primo , che fu seppellito in detta Chiesa fu Antonio Duca , la sepoltura del quale è a piedi de' primi gradini dell' Altare Maggiore , dove è scritto in una lastra di travertino questo Epitaffio , il quale anche riferisce Pompeo Ugonio nella sopradetta Stazione 25. *Antonii de Duca Siculi Presb. Cephaludensis , qui has Diocletiani Thermas ante annos fere 27. Virginis Angelorum , ut extat Templum fere divinitus provida hic ossa quiescunt . Vixit Annos 73. Mens. 4. Dies 15. obiit 30. Octobris 1564. Jacobus de Duca Pronepos ex testamento haeres posuit .* Appresso morì Papa Pio IV. , e la fabbrica si dimise , e la Chiesa non restò dell'intutto finita , quantunque come stà adesso sia una bella , allegra , e devota Chiesa . Nella quale detto Papa Pio IV. lasciò d'essere seppellito , e proprio avanti l'Altare Maggiore , dove il suo Corpo stà riposto sotto un bellissimo pavimento , e conciossiache Sisto V. avesse avuta intenzione di voler finire la Chiesa , e porla in modo , che potessero i Monaci far li Cori , secondo la regola loro , mutando la forma di Pio IV. , ma essendo Sisto V. passato a miglior vita , questi disegni restarono imperfetti , tantanto , che Dio spira ad alcun Papa . che finirà così celebre , ed antica Chiesa dedicata a Maria Vergine , e agli Angeli , e a quelli SS. Martiri , che con li loro sudori la fabricarono , e con il proprio sangue la consecrarono .

E perchè tutti possono sapere l'Orazioni , e Messa de' sette Angeli , che lui fece stampar , ho voluto al fine di quest' opera ponerle , mutate alcune paroline , coll' Epistole dedicatorie , ed altre cose , che lui fece stampare col nome dello Stampatore , ed anno , che furono stampate , ed approvazione all' ora fatta ; se bene l' imagini per la difficoltà dell' intaglio non si pongono ; e perchè queste in questo ultimo periodo l' Autore promette di dare sotto , come la Messa , e orazioni non vi si trovano . Finisco a gloria di Dio , degli Angeli , e della sua benedetta Santa Madre Maria . Amen .

## XVIII.

## Sessio XXV. Cap. VI. de Reformatione.

*Ad ann. 1563.*

Omnes Superiores eligibiles eligantur collatione suffragiorum secretorum absentium votæ non suppleantur : aliter eligi se permittens existat inhabilis ad omnia efficacia in Religione obtinenda , & electio irrita &c.

**I**N electione Superiorum quorumque , Abbatum temporalium , & aliorum Officialium , ac Generalium , & Abbatissarum , atque aliorum Præpositorum , quo omnia recte & sine ulla fraude fiant , in primis sancta Synodus districtè præcipit , omnes supradictos eligi debere per vota secreta , ita ut singulorum eligentium nomina nunquam publicentur . Nec in posterum liceat Provinciales , aut Abbates , Priores , aut alios quoscumque Titulares ad effectum electionis faciendæ constituere , aut voces & suffragia absentium supplere . Si vero contra hujus decreti constitutionem aliquis electus fuerit , electio irrita sit , & is qui ad hunc effectum se in Provinciale , Abbatem , aut Priorem creati permiserit , deinceps ad omnia officia in Religione obtinenda inhabilis existat , facultatesque super his concessæ eo ipso abrogatæ censeantur , & si in posterum aliæ concedantur , tamquam subreptitiæ habeantur .

## XIX.

Exemplum Provisionum per Vice-Regem Neapolis an.  
1563. expeditarum ad favorem Cartusie Sanctorum  
Stephani, & Brunonis (1) de Nemore pro  
observantia Decretorum, & senten-  
tiarum pro se latarum.

*Ad ann. 1563.*

Philippus Dei gratia Rex Castellæ , Aragonum , utriusque Siciliæ , Hierusalem ,  
Ungariæ , Dalmatiæ , Croatiae &c.

Don Parafan de Ribera Dux de Alcalá , in præfenti Regno Prorex ,  
Lucumtensis , & Capitaneus Generalis .

**A** Tutti , & singuli Baroni titolati , e non titolati , Governatori , Auditori ,  
Capitanej , Assessori , Sindici , Eletti , Università & huomini , & altri Offi-  
ciali qualsivogliano tanto Regii como de' Baroni , a li quali la presente aspetterà,  
pervenerrà , & ferrà presentata la grazia Regia , & bona volontà . Per parte del-  
li infra supplicanti n'è stato presentato memoriale del tenor seguente v3; Illustriss.  
& Excellentiss. Signor . Il Prior , & Monaci del Sacro Monasterio de San Stefa-  
no del Bosco del Ordine de la Certosa fedeli Oratori di V. Eccellenza  
le fanno intender , como essi Supplicanti avendo ottenuta sentenza de reintegra-  
tione

(1) Extant , & asservant. in Archivo ejusdem Domus Sanctissimorum .

zione de li beni de dicto Monasterio, & avendo li Privilegii dela Cesarea Maestà de fel. mem. fo expedito uno Conservatorio: Et havendo di più ottenute molte sententje, & Decreti in favore, & conservacione delli beni dello Monastero, tanto in lo Sacro Consiglio, quanto in Vicaria, & in la Regia Camera della Summaria, e stando in possessione de detti loro Privilegij, & sententje, & ad maggior cautela, e fermezza de quelli, desiderano ottener provisioni de V. Eccellenza per la observantia de dette sententje, decreti, e provisioni Regie, e Conservatorio della Cesarea Maestà, con mandato penale a tutti Officiali Regii como de Baroni, che debbiano quelle observar ad unguem, & non impedir ad essi Supplicanti in le loro ragioni, possessione, e jurisdictioni, ma si pretende no cosa alcuna habiano ricorso da V. Eccellenza & a li Regii Tribunali, conforme a lo Conservatorio de la Maestà Cesarea predetta de fel. memoria, Per tanto supplicano V. Eccellenza resta servita comandar s'expedisca provisione conservatoriale, & observatoriale de loro privilegij, sententje, e Decreti, e con servizio de la Maestà Cesarea: ad ciò non siano indebite molestati de fatto, ma pretendendono altra ragione contra essi Supplicanti proceda con li termini de la justitia avanti V. Eccellenza & in li Regii Tribunali: & tutto le reputerrà benchè sia justo a grazia singolare, Ut Deus &c. Nui inteso quanto per lo inserto memoriale ne è stato exposto, volendo sopra ciò proveder, ne ha parso far la presençe per la quale dicimo, ordinamo, & comandamo ad tutti li predetti Officiali, unicumque in sua jurisdictione, che debbiano li predetti Conservatorio, decreti, & sententje late in favor delli predetti Supplicanti ad unguem observar, prestarli, e farli prestar omne ayuto, & favor necessario, & opportuno per la executione de quelli, che tale è nostra volontà, & intentione; Non fanno lo contrario per quanto si ha ad çara la grazia, & servizio de la predetta Maestà, & ad pena de dui mila docati. La presente resta singulis vicibus al presentante. Datum Neapoli die XVI. mensis Septembris 1563. D. Parafan. Vidit Villanus Regens: Vidit Patignus Regens: Vidit R. Regens: Dominus Vicerex, Locumtenens, & Capitaneus Generalis mandavit mihi Joanni de Soro: Nihil solvit, quia exempti &c. Extat sigillum magnum cere rubeæ &c. Patente, che al Prior e Monaci de S. Stefano del Bosco si siano observati lo Conservario, Decreti, sententje, late in lor favore &c.

## XX.

## Charta Margaritæ Mirabelli Dominæ pro fundatione Cartusie Aulæ Dei.

*Ad ann. 1564.*

**A**D laudem igitur, & honorem Dei, & Salvatoris Jesu Christi, & gloriosæ Virginis Matris ejus, & Beati Joannis Baptistæ, atque omnium Sanctorum de consilio, & consensu Generalis Capituli Ordinis Cartusienfis, fundo, & constructuo Monasterium, quod vocabitur Cellæ Beatæ Mariæ pro salute, & remedio animæ meæ, & Nobilis Viri Humberti mariti mei Domini Belli-ioci, nec non & pro salute Parentum, & Antecessorum meorum, & suorum vivorum, & defunctorum; & quia de Monasterio Prati Bajonis, quod Ordini Cartusienfi est subiectum, adduxi Sanctimonialia, eas cum Dei adjutorio in dicto Monasterio pono, & induco, & in primis in nomine Domini dono, & concedo in perpetuum elemosynam Deo, & dicto Ordini Cartusienfi, & Priorissæ, & Sanctimonialibus, quas ibidem introduco, nec non & eorum successoribus pleno jure locum fundationis ejusdem Monasterii, videlicet Territorium, & tenementum de Poletinis, & Nemus ibidem adjacens; & stagnum, quod ibidem feci, Promitto etiam eis facere etiam cum expensis meis Ecclesiam, & omnia alia ædificia eis necessaria: terram quoque ad agriculturam dabo eis, quantum sufficiat ad excolendum octo jugis boum, de anno in annum prata providebo eis sufficienter, vineas eas acquiram, vel plantabo, pascua dq eis per totam terram circa Rodanum, & ultra, ubicumque habeam silvas, & nemora concedo eis, ut accipiant pro ædificatione

tionem, & restaurationem ædificiorum, dono etiam eis, & concedo plenam libertatem per totam terram meam, a Leidis, & pedagiis, banno, & ab omni usaggio, quocumque nomine vocetur, & quidquid dono, vel elemosyna poterint acquirere de terris, & feudis meis, habeant, & possideant plena libertate. Simili modo concedo eis, ut homines, & mulieres de tota terra mea possint recipere libere, & absolute, & quæcumque eis donaverint mobilia, habeant ea pacifice, & quiete secundum situm, & commoditatem Terræ, providebo eis de molendino: in animalibus de eis sexdecim boves pro agricultura, pro nutrimento decem vaccas, decem tricenaria ovium, quindecim libras fortium de eis in redditibus, & assigno decem libras super piscatione de Lefitus, & centum solidos in veteri pedagio Rodani, necessaria vero victus providebo eis, donec ea competenter possint habere de eis, quæ sibi largiuntur.

## XXI.

Pius Episcopus servus servorum Dei ad perpetuam  
rei memoriam,

Ad ann. 1553.

**R**omanus Pontifex, qui tanquam Christi Salvatoris nostri in terris Vicarius, super universi orbis ecclesias, monasteria, & domos regulares, aliaque pia loca divina institutione principatum obtinet circa illorum statum, personarumque in eis Altissimo famulantium, velut pius pater de filiorum necessitate sollicitus, vigilanter intendit: illorumque commodis, & augmento quandocumque per suppressionis hospitalium, & unionis beneficiorum ecclesiasticorum, applicationis bonorum ministerium provide consulit, & alias voluntates defunctorum commutando desuper disponit, prout monasteriorum, & domorum ac personarum earumdem quieti, & utilitati id fieri suadet. Dudum siquidem postquam claræ memoriæ Joanna Siciliæ Regina tunc in humanis agens de sua, & suorum progenitorum animarum salute pie cogitans, unum hospitale, & unam apud illud ecclesiam sub vocabulo Coronæ Spineæ Domini nostri Jesu Christi in civitate Neapolitana, & platea Corrigeorum nuncupata, suis sumptibus fundari, & construi fecerat, & in actu foundationis, & constructionis hujusmodi inter alia voluerat, & proposuerat, quod in hospitali duodecim pauperes dumtaxat, & unus hospitalarius; & in ecclesia præfata etiam duodecim sacerdotes, qui cappellani vocarentur, quorum unus vicarius, & quatuor diaconi ibi in divinis deservituri cum certis ministris, & servientibus tam intra, quam extra septa eorundem hospitalis, & ecclesiæ numerum viginti, & forsitan ultra constituentibus perpetuo essent, & morarentur: ac in aliqua decenti camera cum aula eidem conjuncta, ad id intra eadem septa ordinata unus vel duo nobiles, aut alii onesti viri pauperes tamen, & evidenti infirmitate detenti per pro tempore existentem Priorem, domus, seu monasterii Sancti Martini supra Neapolim Carthusiensis ordinis reciperentur, eisque inibi victus, medicinæ, & alia necessaria, donec recuperarent sanitatem, decenter ministrarentur, ita quod fraus in ea parte nullatenus committeretur. Quos quidem pauperes infirmos, & nondum curatos ipse Prior simpliciter, & absque aliqua causa remove, aliosque pro libito suæ voluntatis subrogare posset. Ac prædictus vicarius, sacerdotes, diaconi, & eorum familiares in communi comederent, & eis cibaria, ac vinum congruum ministraretur. Ipsique vicarius, & singuli sacerdotes singulas cameras ad instar cellarum religiosorum juxta Ecclesiam præfatam constructas haberent: & tam eis, quam diaconis præfatis certæ pecuniarum summæ annuatim per modum distributionum quotidianarum dividendæ tribuerentur: sufficienti dote hospitali, & ecclesiæ præfatis pro congrua eorundem pauperum, sacerdotum, diaconorum, & deservientium sustentatione realiter per ipsam Joannam Reginam assignata. Ac hospitale, & ecclesiam prædicta eidem Priori, & dilectis filiis conventus, domus, seu monasterii hujusmodi, quantum in ea fuit, subjecta esse etiam voluerat, Qui quidem Prior statuta, & ordinationes circa divina officia in dicta Ecclesia celebranda, moresque, & observantias personarum pro



pro tempore in eisdem hospitali, & Ecclesia degentium concedere posset. Quodque omnia, quæ ex fructibus, redditibus, & proventibus bonorum ab ipsa Joanna Regina pro dote, & sustentatione hujusmodi relictorum, ultra impensas, & salaria superessent, in reparationem, & melioramenta eorundem hospitalis, & Ecclesiæ, ac illorum officinarum, & locorum in elemosynasque aliis pauperibus erogandas: interdum etiam in emptiones possessionum pro ampliandis facultatibus hospitalis, & Ecclesiæ, ac numerum pauperum hujusmodi augendo, si & quando eidem Priori melius videretur, converterentur. Ita quod nihil de statu dictorum hospitalis, & Ecclesiæ, ac ejusdem Reginæ ordinationibus immutari posset, conscientiam ejusdem Prioris desuper onerando. Ipsaque Joanna Regina fundationem, constructionem, & ordinationem, & submissionem præfatas, aliaque in suis patentibus literis contenta cum omnium defectuum, si qui forsan in eisdem intervenissent, suppletionem confirmari: ac Ecclesiam, & hospitale prædicta, personasque in eis degentes ab omni jurisdictione, dominio, & potestate pro tempore existentis Archiepiscopi Neapolitani, & quorumlibet aliorum ordinariorum judicum, ita quod præfatis Priori, & conventui immediate subjacerent, eximere, & totaliter liberari: ipseque Archiepiscopus, vel quivis alius loci ordinarius, præter dictos Priorem, & conventum in hospitali, vel Ecclesia aut personas antedictas autoritate ordinaria excommunicationis, suspensionis, aut interdicti sententias promulgare, vel alias etiam ratione delicti, seu contractus, vel rei de qua ageretur, ubicumque delictum committeretur, contractus iniretur, vel res ipsa consisteret, jurisdictionem aliquam quomodolibet exercere non posset. Quodque hospitale, & Ecclesia, personæque in eis degentes hujusmodi omnibus privilegiis, immunitatibus, & libertatibus, quibus præfata Sancti Martini, & aliæ dicti ordinis domus, seu monasteria gaudebant, seu gaudere poterant, gauderent concedi, & indulgeri per felicis recordationis Gregorii Papæ XI. prædecessoris nostri literas Apostolica autoritate obtinuerat. *Cum Prior & conventus præfati a centum annis, & forsan ultra hospitale & Ecclesiam præfata cum omnibus juribus, & pertinentiis suis etiam forsan tanquam ante dictæ domus, seu monasterio pridem unita, annexa, & incorporata, seu alias tenuissent ac administrassent, & bonæ memoriæ Nicolaus de Fiesco Episcopus Saunen. piæ memoriæ Pii Papæ IV. & Prædecessoris nostri, & Sedis Apostolicæ in Regno Neapolitano Nuncius, & jurium cameræ Apostolicæ debitorum collector deputatus, & tunc in humanis agens prætextu, quod ipsi prior, & conventus ex fructibus hospitalis, & ecclesiæ præfatorum summam quinquemillium ducatorum annuatim perceperant, quam, prout tenebantur, in hospitalitate pauperum non expenderant, sed ad proprios usus converterant; imo loca pia pro hospitalitate exercenda constructa illa ad usum horreorum locando profanaverant. Quos fructus inde male perceptos ipse Nicolaus Episcopus nuncius, & collector ad summam centum, & quinquaginta millium ducatorum, et ultra ascendere asseribat, ad instantiam procuratoris fiscalis suæ curiæ, eosdem Priorem, & conventum ad dandum, & consignandum dictæ cameræ ducatos centum, & quinquaginta prædictos ad eam præmissorum occasione spectantes sub censuris, & aliis tunc expressis pœnis monuisset: eaque de re coram præfato Nicolao Episcopo nuncio, & collectore, ac forsan aliis judicibus in Romana curia, vel extra cum inter dictum procuratorem fiscalem, vel alium, seu alios pro eadem camera agentes ex una, & præfatos Priorem, & conventum partibus ex altera, lis, & causa, seu controversia, aut quæstionis materia orta fuisset, & penderet indecisa, seu oriri formidaretur. Ac prædictus Pius prædecessor prætextu etiam, quod ipsi Prior & conventus fines facultatis eis a dicta Joanna regina fundatrice statutos piam voluntatem, & ordinationem suam hujusmodi transgrediendo hospitale, & ecclesiam præfata, ac omnia illorum fructos, & proventus, ac jura, veluti essent de propria eorum mensa sibi ipsis de facto occupaverant, & usurpaverant: ac clericos, seu presbyteros seculares eidem ecclesiæ deservientes saltem in numero ab ipsa Joanna Regina fundatrice ordinato non tenuerant, neque aliquam inibi hospitalitatem servaverant, & minus servabant: imo mansiones infirmorum dicti hospitalis profanis usibus in grave totius populi scandalum applicaverant: motu proprio, prævia quatenus opus esset a quibuscumque judicibus ordinariis, vel delegatis in dicta curia, vel extra eam, causarum quarumcumque desuper quomodolibet pendentium in statu, & terminis, in quibus reperiebantur evocatione similis memoriæ Annibali Sanctæ Romanæ Ecclesiæ presbytero cardinali Buzzuto nuncupato similiter tunc in humanis agenti, ac in minoribus constituto archiepiscopo Avinionen. & præfate cameræ clerico expresse dedisset in mandatis; ut quoties pro parte ejusdem cameræ*

commissarii, & jure officii illius promotoris esset requisitus ex officio eisdem Priorem, & conventum sub pecuniariis, ac in subsidium excommunicationis, & aliis poenis arbitrio suo imponendis, & applicandis, etiam per viam inquisitionis respective ad ostendendum, exhibendum, & justificandum titulum præsentis appropriationis, seu incorporationis, aut alterius juris, aliunde quam ex narrata hujusmodi submissione si quem haberent: alias hospitale, & ecclesiam Coronæ Spinæ hujusmodi in pristinum statum, ac illorum bona libera, & vacua dimittendum, relaxandum, & reponendum; nec non fructus, redditus, proventus, & emolumenta quæcumque ex illis, & quomodolibet eorum indebite percepta restituendum, & de illis debitam satisfactionem imponendum moneret: & si non parerent censuras, & poenas antedictas incurrisse declararet, invocato etiam ad id si opus esset auxilio brachii secularis, aliasque faceret, & exequeretur. Ac successive decreto monitorii hujusmodi, & forsitan tunc Priori ejusdem domus, seu monasterii, & prædicto conventui, vel alteri pro eis intimato. Ipsi prior & conventus præmissis intellectis dilecto nostro, tunc ipsius Pii prædecessoris filio, Ludovico cardinalis tituli Sancti Ciriaci in Thermis presbytero cardinalis Simonette nuncupato præfati ordinis apud Pium prædecessorem, & sedem hujusmodi protectori, se iudicium cum eodem Pio prædecessore intrare, vel contra eum contendere nullatenus velle: imo tanquam humiles obedientiæ filios, omnia quæ habebant ipsi Pio prædecessori libere dimittere paratos esse significassent. Tandem dexteritate, & prudentia ipsius Ludovici cardinalis, & protectoris negotium hujusmodi via placida transactionis terminari summopere cupientis, certa desuper concordia sub eisdem Pii prædecessoris, & sedis prædictæ beneplacito verba tenus sub certis modo, & forma tunc expressis inita fuit. *Et si autem sicut accepimus hospitale, ac illius nomen, titulus, & inibi cujuscumque hospitalitatis existentia perpetuo supprimerentur, & extinguerentur; ac ecclesia Coronæ Spinæ hujusmodi eidem domui, seu monasterio perpetuo unirentur, annecterentur, & incorporarentur; ac hospitalis suppreffi præfatas domus, & mansiones, aliaque bona eidem domui, seu monasterio etiam perpetuo applicarentur, & appropriarentur ex hoc profecto comodo, ac quieti Prioris, & conventus præfatorum plurimum consuleretur.* Nos igitur qui dudum inter alia volueramus, quod in unionibus exprimeretur verus annuus valor secundum communem existimationem tam beneficii uniendi, quam illius cui unio non valeret, & semper commissio fieret ad partes vocatis quorum interest. Quique hodie de præmissis omnibus, & singulis plenam, certam & indubitatam notitiam habentes motu simili, & ex certa nostra scientia, *deque apostolica potestatis plenitudine concordiam præfatam, ac omnia, & singula illam quomodolibet concernentia per alias nostras literas approbavimus, & in forma specifica confirmavimus; ac modernos pro tempore existentes Priorem, & conventum, ac domum, seu monasterium hujusmodi ab omnibus, & quibuscumque fructibus, redditibus, proventibus, obventionibus, & emolumentis, ac bonis præfatis, aliisque quomodolibet indebite, vel male perceptis, & illegitime detentis, nec non certis quindenniis dictæ cameræ, & aliis propterea debitis; ac a præmissis, & aliis excessibus, nec non sententiis, censuris, & poenis tunc expressis præmissorum occasione, & alias quomodolibet per illos contractis, & si per longissimum tempus in illis inforduissent absolvimus, & liberavimus: ac tam præfatam, quam alias quascumque lites, causas, & controversias super præmissis omnibus, & singulis quomodolibet pendentes ad nos avocavimus, & penitus extinximus. Nec non super præmissis omnibus, & singulis fisco, & cameræ præfatis, ac certis inibi, & expressis, aliisque personis interesse desuper prætendentibus perpetuum silentium imposuimus: ac ab dictorum fructuum, reddituum, & proventuum indebite perceptorum, & quorumcumque quindenniorum decursorum, & præparum inde provenientium consignatione, & solutione, ac certis pecuniarum summis sub modo, & forma similiter tunc expressis Priorem, & conventum, ac domum, seu monasterium hujusmodi, & illorum bona penitus, & omnino quietavimus; nec non inter alia fructus, redditus, & proventus, & alia quæcumque indebite ex hospitali, & Ecclesia, bonisque præfatis quomodocumque percepta, & quindennia, & poenas præfata eidem Priori, & Conventui, ac domui, seu monasterio in totum perpetuo, & irrevocabiliter ac gratiose permisimus ac donavimus: eosque in pristinum, & eum in quo ante, præsentem hujusmodi fructuum, reddituum, & proventuum perceptionem, & alia præmissa erant, aut esse poterant statum plenarie restituimus, reposuimus, & reintegramus. Ac cum eis, & eorum singulis super irregularitate per eos præmissorum*

occasione , etiam quia sic ligati missas , & alia divina officia celebraverant , seu illis se immiscuerunt , aut alias quomodolibet forsan contracta , quodque ea , & aliis præmissis non obstantibus professione regulari , ac gradibus , & privilegiis , aliisque gratiis quibuscumque sibi ipsis concessis ut ac non promoti ad omnes etiam sacros , & presbyteratus ordines promoveri ; & in illis tam ipsi , quam jam promoti , & in altaris ministerio ministrare : ac hujusmodi domum , seu monasterium , & quæcumque , quoscumque , & a quibuscumque cum cura , & sine cura secularia ; & quorumvis ordinum regularia beneficia , & pia loca qualitercumque qualificata domui , seu monasterio hujusmodi eatenus quomodolibet unita , annexa , & incorporata , ac unienda recipere , & perpetuo retinere libere , & licite valerent de speciali dono gratiæ dispensavimus , eisque pariter indulgimus omnemque inhabilitatis , & infamiæ maculam sive notam ex præmissis quomodolibet proveniente ab eis penitus abolevimus , prout in patentibus & Gregorii , & nostris litteris , nec non motu proprio Pii prædecessorum hujusmodi plenius continetur. Prioris , & conventus præfatorum commodis consulere volentes , ipsosque Priorem , & conventum , eorumque singulis a quibusvis excommunicationis , suspensionis , & interdicti , aliisque ecclesiasticis sententiis , censuris , & pœnis a jure , vel ab homine quavis occasione , vel causa latis , si quibus quomodolibet innodati existant , ad effectum præsentium dumtaxat consequendum , harum serie absolventes , & absolutos fore censentes ; nec non præsentæ , & aliarum quarumlibet unionem de quibusvis beneficiis ecclesiasticis cum cura , vel sine cura secularibus , vel quorumvis ordinum regularibus , ac applicationum , & appropriationum quorumcumque bonorum eidem domui , seu monasterio dicta apostolica , vel alia quavis auctoritate factarum , & præfatarum patentium , & Gregorii litterarum ac motus proprii Pii prædecessorum hujusmodi , & aliarum quarumcumque scripturarum publicarum , vel privatarum super præmissis quomodolibet habitarum . Nec non ipsorum Prioris , & conventus ab aliarum quarumcumque submissionum , & concessionum , & titularum , & jurium infectorum , & annullatorum tenores , formas , causas , & compendia veriora , & beneficiorum unitorum , & bonorum applicatorum ; nec non hospitalis , & ecclesiæ Coronæ Spineæ , domusque , seu monasterii præfatorum fructuum , reddituum , & proventuum veros annuos valores , & quantitates sive parvæ , sive magnæ aut excessivæ sint , pro plene , & sufficienter expressis habentes , *motu proprio non ad ipsorum Prioris , & conventus , vel alicujus pro illis super hoc noais oblata petitionis instantiam , sed de mera liberalitate , & ex certa scientia , ac de apostolica potestatis plenitudine similibus* . Hospitalis , & quæ sine cura est ecclesiæ Coronæ Spineæ hujusmodi quovis modo , & ex quorumcumque personis , seu per liberam quorumvis de ipsius hospitalis regimine , & administratione cessionem , ac de ecclesia hujusmodi resignatione in dicta curia , vel extrâ eam , & coram notario publico , & testibus sponte factas , aut unionis dissolutione , seu alias quomodocumque , & qualitercumque , & primæva illorum forsan erectione ecclesia vacet : hospitale vero prædictum rectore careat , & si ecclesia tanto tempore vacaverit , quod ejus collatio juxta Lateranensis statuta concilii ad sedem eandem legitime devoluta , ac illa , & hospitale hujusmodi dispositioni apostolicæ specialiter , vel generaliter reservata existant , & super Ecclesia Coronæ Spineæ , ac regimine , & administratione præfatis inter aliquos alios , & aliter , quam ut præfertur his , cujus statum , & merita causæ , nominaque , & cognomina judicium , & collitigantium , illorumque jura , & titulos , verumque , & ultimum eorundem hospitalis , & Ecclesiæ vacationis modum , & ex illo quævis generalis reservatio etiam in corpore juris clausa resultat præsentibus haberi volumus pro expressis , pendeat indecisa . *Hospitale vero ac illius nomen , titulum , & existentiam cujuscumque hospitalitatis pauperum , vel aliorum in illo , ut præfertur , seu alias quomodolibet institutum , tenendum , & exercendum penitus , & omnino supprimimus , & extinguimus . Ecclesiam vero Coronæ Spineæ hujusmodi cum illi forsan annexis , ac omnibus membris , bonis , juribus , & pertinentiis suis , domui , seu monasterio hujusmodi perpetuo unimus , annectimus , & incorporamus : Eiusdem sic suppressi , & extincti hospitalis domus , & mansiones etiam ad usum , & exercitium hospitalitatis hujusmodi quomodolibet institutas , & consuetas , ac tam feudalia , quam burgensarica , & alia cujuscumque generis , qualitatis , & quantitatis bona quæcumque etiam pro dote illius , ac sustentatione pauperum , ac alias a primæva illius erectione , & fundatione hujusmodi quomodolibet etiam per dictam Joannam Reginam tradita , & assignata , etiamsi talia sint , quæ non in generali sermo-*

ne comprehendantur, sed nota, & expressione speciali indigeant, eidem domui, seu monasterio similiter perpetuo applicamus, & appropriamus. Itaque liceat eidem pro tempore existentibus Priori, & conventui suam pristinam Ecclesie Coronae Spineae, ac domorum, & mansionum, ac bonorum, & annexorum jurium, & pertinentiarum praedictarum possessionem, vel quasi continuare; seu, si eis videbitur, illam propria autoritate de novo apprehendere, & perpetuo retinere: ac fructus, redditus, proventus, jura, obventiones, & emolumenta quaecumque ab hospitali suppresso, & Ecclesia Coronae Spineae hujusmodi pro tempore provenientia per se, vel alium, seu alios in perpetuum exigere, percipere, & levare, illaque in suos, & domus seu monasterii hujusmodi usus, & utilitatem, absque aliqua inibi pauperum, vel aliorum hospitalitate tenenda, & exercenda convertere; domibus, & mansionibus ipsius, & aliis quam ad hospitalitatis, sed ad alios quoscumque sibi benevolos usus, & prout adhuc faciunt, & fecerunt, uti, ac de illis disponere, Presbyteros vero, Diaconos, & alios Ministros, qui in divinis in eadem Ecclesia Coronae Spineae deservient ad eorumdem Prioris, & Conventus nutum amovibiles, & absque famulis aliquibus qui eis inserviant tenere, & constituere, & non in communi mensa, sed unum ab alio separatim etiam extra domos ejusdem Ecclesiae Coronae Spineae cum mensurae salarii assignatione alere Diocesani loci, vel cujusvis alterius licentia desuper minime requisita. Ac insuper ordinationem, & voluntatem Joannae Reginae hujusmodi quoad omnia, & singula praemissa commutamus. Decernentes eisdem Priorem, & conventum, & eorum singulos ac aliquam praesentium literarum insinuationem in camera praedicta, aut in illius libris registrationem faciendam, admissionemque earundem ab ipsa camera, ac illius clericis, & praesidentibus obtinendam juxta constitutionem desuper ab eodem Pio praedecessore editam non teneri: sed easdem praesentes validas, & efficaces perpetuo existere, & eidem Priori, & conventui, & aliis quos quomodolibet pro tempore concernent, ubique in judicio, & extra suffragari debere: ac exemptiones, immunitates, gratias, superioritates, privilegia, & indulta, tam per eundem Gregorium praedecessorem, quam alios quoscumque dicta Apostolica Ordinaria, Regia, Mixta, seu alia quacumque autoritate, ut praemittitur, ac alias quomodocumque hospitali, & Ecclesiae Coronae Spineae praefatis, ac personis inibi pro tempore degentibus; nec non eidem Priori, & conventui concessa propter suppressionem, extinctionem, applicationem, appropriationem, & commutationem praefatas nullatenus expirare, vel extingui, sed eis ut prius in omnibus, & per omnia perpetuo, etiam quod lis, & causa super illis, ac eorum usu, & observantia alias, quam ut praefertur inter Priorem, & conventum Archiepiscopum seu ejus officiales praefatos, aut alios coram aliquo ex causarum palatii apostolici auditoribus, vel alibi pendeat, indecisa suffragari debere. Nec non suppressionem, extinctionem, unionem, annexionem, incorporationem, applicationem, appropriationem, commutationem, & alia praemissa validi, ac onerosi, firmique contractus inter hanc sedem & cameram Priorem, & conventum praefatos initi, & jurati vim robor, & efficaciam habere, & nullo modo ullo unquam tempore ad terminos juris reduci, seu alias directe, vel indirecte revocari, limitari, infringi, vel annullari, aut cujuscumque restitutionis in integrum, seu alia via etiam enormis, vel enormissimae laesionis praetextu adversus illa, vel eorum aliquod audire, seu venire posse, sed perpetua roboris firmitate subsistere; & sub quibusvis similium, vel dissimilium gratiarum revocationibus, suspensionibus, restrictionibus, limitationibus, reformationibus, etiam ex constitutionibus apostolicis, aut cancellariae apostolicae regulis pro tempore editis resultantibus comprehendi nullatenus posse, seu debere. Imo semper ab illis exceptas esse, & quoties illae emanabunt, toties in pristinum statum restitutas esse, & censeri, ac de subreptionis, & obreptionis vitio, aut intentionis nostrae, seu quovis alio defectu nullo modo impugnari posse. Ita tamen, quod praefati Prior, & Conventus loco praedictae hospitalitatis elemosynas pauperibus ad domum, seu Monasterium hujusmodi confluentibus, prout haecenus consueverunt, & eos fecisse nobis constat, facere reneantur. Super quo eorumdem Prioris, & Conventus conscientias oneramus. Et sic praemissis omnibus, & singulis per quoscumque iudices, & commissarios quavis autoritate fungentes, etiam ipsius S. R. E. cardinales, ac causarum palatii apostolici auditores in quavis causa, & instantia, sublato eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & autoritate, judicari, & diffiniri debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis authorita-

te scienter, vel ignoranter contingerit attentari. Quo circa venerabilibus fratribus nostris Amerin. & Marnien. Episcopis, ac dilecto filio Abbati monasterii S. Severini Neapolitani, ordinis Sancti Benedicti Congregationis Cassinensis per apostolica scripta motu simili mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut unus eorum per se, vel alium, seu alios eisdem Priori, & Conventui in continuanda, seu de novo apprehendenda possessione hospitalis sic suppressi, & Ecclesie Coronae Spineae, ac domus, & mansorum, ac bonorum, & annexorum, juriumque, & pertinentiarum, aliorumque praefatorum auctoritate nostra assistant, eosque in illa manuteneant, seu si videbitur in illam etiam de novo inducant, inductosque defendant, amoris quibuslibet illicitis derogationibus; ab eisdem facientes sibi de ipsorum suppressi hospitalis, Ecclesie Coronae Spineae fructibus, redditibus, proventibus, juribus, & obventionibus universis integre responderi eosque, & eorum singulos suppressione, extinctione, unione, annexione, incorporatione, applicatione, appropriatione, commutatione, & aliis praemissis, pacifice frui, & gaudere: non permittentes praefatos Priorem, & conventum, seu eorum aliquos per Archiepiscopum, & procuratorem fisci praefatos, & quoscumque alios indebite molestari, perturbari quomodolibet, aut inquietari: contradictores eadem auctoritate nostra appellatione postposita compescendo. Non obstantibus praemissis, ac priori voluntate, & de jure quaesito non tollendo nostris, ac Lateranensis Concilii novissime celebrati unio- nes perpetuas, nisi in casibus a jure permissis fieri prohibentis, & recolendae mem. Bonifacii Papae VIII. similiter praedecessoris nostri, ac ejusdem Pii praedecessoris, qua cum clausulis etiam derogatoriis derogatoriis, ac irritanti decreto cavetur expresse, quod gratiae omnes apostolicae interesse vel minimum camerae praefatae quomodolibet concernentes per eam admitti, & in illius libris de verbo ad verbum registrari debeant, alioquin nullius sint roboris, vel momenti, & aliquos effectus sortiri non possint; nec non etiam in provincialibus, & synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus, & quibusvis aliis constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, ac dictae cancellariae regulis. *Nec non fundatione, ordinatione, & dotatione hospitalis, & Ecclesiae, illorumque, ac domus, seu monasterii S. Martini, & ordinis praedictorum juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alias roboratis, statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indulgiis, & literis apostolicis, sub quibuscumque verborum formis, & tenoribus, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, & insolitis clausulis, nec non irritantibus, & aliis decretis etiam ad Imperatoris, Regum, Reginarum, & aliorum quorumcumque principum instantiam, vel eorum intuitu etiam motu, scientia, ac potestatis plenitudine similibus etiam concistorialiter, ac per modum statuti perpetui, & iusti contractus per ipsos Gregorium, & Pium, aut alios quoscumque Romanos Pontifices praedecessores nostros, etiam iteratis vicibus praefatis, & quibusvis aliis, ut praefertur, seu alias quomodolibet in genere, vel in specie concessis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, & si pro sufficienti illorum derogatione, alias de illis eorumque totis tenoribus, specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quaevis alia expressio habenda, aut aliqua alia requisita forma ad hoc servanda esset. Illorum tenores, formas pariter, & decreta in illis apposita, ac si verbo ad verbum, nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata insererentur, praesentibus pro sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permanens, hac vice dumtaxat motu, ac scientia, ac potestatis plenitudine, pariter, specialiter, & expresse derogamus, contrariis quibuscumque, aut si aliqui super commissionibus, & provisionibus sibi faciendis, de hujusmodi, vel aliis hospitalibus, & beneficiis ecclesiasticis in illis partibus speciales, vel generales dictae Sedis, vel legatorum ejus literas impetrarint, & si per eas ad inhibitionem, reservationem, & decretum, vel alias quomodolibet sit processum. Quas quidem literas, & processus habitos per eisdem, ac inde secuta quaecumque ad hospitalem & Ecclesiam Coronae Spineae hujusmodi volumus non extendi, sed nullum per id eis quoad affectuionem hospitalium, & beneficiorum aliorum praedictorum generari, & quibuslibet aliis privilegiis, indulgentiis, & literis apostolicis generalibus, vel specialibus quorumcumque tenorum existant, per quae praesentibus non expressa, vel totaliter non inserta affectus earum impediri valeat quomodolibet, vel differri, & de quibus, quorumcumque totis tenoribus habenda sit in nostris literis mentio specialis. Proviso, quod dicta Ecclesia Coronae Spineae propter unionem, annexionem, & incorporationem hujusmodi debitis non fraudetur obsequiis, sed illius congrue sup-*

portentur contra consuetudinem. Nulli ergo omnino hominum licet hac paginam nostram absolutiōnis, suppressiōnis, extinctiōnis, uniois, annexiōnis, incorporatiōnis, applicatiōnis, appropriatiōnis, commutatiōnis decretum, mandatum derogatiōnis, & aboliōnis voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire, si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum, Datum Romæ apud Sanctum Petrum anno Incarnatiōnis Dominicæ millesimo, quingentesimo, sexagesimo quinto, Decimo Kalendas Martii, Pontificatus nostri anno primo.

## XXII.

## De P. Gerardo Amontano, Petrejus (1).

Ad ann. 1566.

**G**erardus Hamontanus patria Brabandus, vir tam pietate gravis, quam eruditione insignis, triginta annorum spatio perpetua nominis sui cum laude Coloniensi præfuit Carrusæ. Succedens nimirum V. Patri Petro Leidensi, qui cum anno Domini 1536. spiritum Creatori redderet, hunc talem, tantumque Virum, meruit habere successorem: Cujus equidem hortatu Laurentius Surius, Vir æterna memoria dignus, animum primo ad scribendum appulit. Quippe qui Patri huic Hamontano utpote Superiori suo, a cujus imperio discedere nefas, monenti, ut Thauleri ac Ruisbroechii opera Latinis donaret auribus, quam libentissime morem gessit.

Cæterum volens præfatus Pater Hamontanus etiam ipse pietatis eruditionisque aliquod specimen edere, ac tanti momenti auctores orbi Christiano commendare, præfixit tam Ruisbroechio quam etiam Thaulero epistolam Dedicatorem castæ sane latinæ. In quarum priori ita de se, suoque erga rem litterariam pietissimo zelo, testatur. 1. Nos pro nostra exiguitate in commune omnibus consulere cupientes, sicut & ex fraternæ charitatis debito obligamur ( unicuique enim Deus mandavit de proximo suo ) jam aliquot annis studiose operam dedimus diversis, iisque non contemnendis, evulgandis authoribus. Inter quos ante aliquot annos etiam D. Joannis Thauleri insignis Theologi, opera latine conversa, & ex vetustis germanicis codicibus diligenter castigata, edidimus; ut haberent pii omnes maxime qui ad perfectiora & vitæ contemplativæ studia adpirant, quibus quam optime insisterentur, ad eaque sectanda instructi, & expediti redderentur. Porro idem quoque Hamontanus opuscula quædam insigniora Patri Dionysii Rickelii in unum congesta volumen, ac magno studio, judicioque selecta Reverendissimo in Christo Patri, simul ac clarissimo Principi, D. Joanni Cebhardo, Coloniensi Archiepiscopo anno Domini 1559. dedicavit; impressa nimirum Agrippinæ apud Joannem Birckmannum juniorem, spectabili typo, atque in forma folii. Quæ, quia omni conveniunt statui, id circo operæ pretium foret, plurimorum teri manibus, sunt enim tribus distincta classibus, quarum prior ea complectitur quæ speciatim ad Clerum pertinent, suntque:

1. De Regulis, & Doctrina Christianorum, lib. 2.
2. De Vita, & regimine Præfulum, lib. 1.
3. De Vita & regimine Archidiaconorum, lib. 1.
4. De Vita Canonicorum, lib. 1.
5. Contra pluritatem beneficiorum, lib. 2.

hoc potissimum ævo, quando nimirum tam atrociter detestandum simoniacæ labis vitium Christianum invasit ovile, utilissimi: maxime si sequentes, qui proprie huic deserviunt rei, hisce adjungantur, scilicet;

6. De Simonia lib. 2.
7. Contra ambitionis pestem, lib. 1.

8. De

(1) Biblioth. Cartus. pag. 97.

8) De Vita & regimine Curatorum, seu Parochorum, lib. 1. 9) De Doctrina Scholarium, sive Scholasticorum, lib. 1. Altera classis ea habet, quæ ad vitæ monasticæ Professores præcipue spectant, nempe

## XXIII.

Statutum Generalis Cartusienſis Capituli ann. 1567.  
 celebrati de ſeſſo S. Joſeph Virginis Sponsi  
 in Ordine peragendo.

Ad ann. 1567.

Quoniam in pluribus Mundi partibus hoc tempore tam calamitoso, propter defectum personarum, Ordo manifeste deficit, ita ut nihil superesse videatur ad erodendum, & obviandum tantæ cladis, nisi, ut oculos levemus in cælum, & cælesti impetremus auxilium. Et quia Sanctus Patriarcha Joseph Sponsus B. Virginis inter electos esse videtur, cujus nomen in Ordine nostro habetur memoria, quæ pro implorando divino auxilio in tanta necessitate, patronus, & interventor sit aptissimus; volumus, & ordinamus, ut pro Ordinis nostri mantenentia, & sancta perseverantia de bono in melius, atque aliis ejusdem necessitatibus, de cætero in omnibus Domibus Ordinis Festum S. Joseph Nonadecima Martii solemniter cum candelis celebretur sub Officio unius Confessoris non Episcopi, cum Collecta, & Evangelio proprio, sicut in Missali Romano habentur. Et Homilia in Matutinis legatur, sicut legitur in Vigilia Natalis Domini, quando accidit in Dominica, quæ est D. Joannis Episcopi, quæ sic incipit: Hoc est cælestis mysterium, ut tanti Sancti patrocinio, hic consolationem, & in futuro vitam æternam consequi mereamur.

## XXIV.

Testimonium R. P. D. Laurent. Zamorrae Prioris Domus  
 Portæ Cæli prope Valentiam, de vita, &  
 morib. P. D. Francisci Marques prof.  
 & Prior. ejusd.

Ad ann. 1567.

Talis erat vitæ ordo, tantaque in sapientiæ studio præstantia, & tam gravis morum disciplina, ut conviventibus sibi cunctis suscipiendus magnopere veniret. Quales enim sunt animi, qui corporis vinculis soluti molestisque liberati, ex hoc vitæ carcere avolarunt, talis certe ejus erat vita, quippe quæ ab omni rerum humanarum vanitate aliena, ad Angelorum vitæ similitudinem proxime accedebat. Non ira, non invidia, non odium, vel suspicio apud ipsum cernebatur; omnis autem honoris, gloriæ, ambitionis, & aliorum id genus inanium rerum cupiditas, omnisque fastus, & superbia, cuncta scientiarum ostentatio ab ipso rejecta erat, delicias suas in temperantia collocaverat, gloriam suam in eo putabat sitam, quod notus esset nemini; amabat quippe nesciri, vel vilis existimari, illudque monachalis vitæ proprium esse dicebat. Erat certe ejus vita inter humanam, cælestemque naturam interjecta, uniusque particeps, utique finitima. Etenim quatenus ab humanis se perturbationibus vindicaret, hominis conditione præstantior erat; quatenus autem in corpore degebat, & necessariis sensuum

suum instrumentis utebatur; angelicæ, & corporis experti naturæ cedebat, (& in un' altra parte dice così) Erat quippe in verbis gravis, parvus, & modestus, ac dominis in eorum luminibus sanctam præferebat verecundiam: statura vero cum esset procerus, & venusta quadam canicis a majori capillorum parte decoratus, seipsum venerabilem cunctis reddebat.

## XXV.

De eodem R. P. D. Jo: Baptista Civera profess. & Vicar. Cartus. Portæ Cæli in Epitome Histor. ejusd. Domus cap. 26.

Ad ann. 1567.

**D**EL P. D. Francesco Marques. Fu questo Padre uomo Santissimo, nacque nella Città di Segrove, e studiò dieci anni in Salamanca, donde uscì eminente Teologo, e molto amabile in lingua latina, greca, ed ebraica. Ebbe in quell' insigne università molti atti di lettere, ebbe il grado di licenziato, ed apparecchiandosi per ricevere il grado di Dottore; li diede Dio efficaci desiderj di lasciar il mondo, e farsi Certosino, ritornò alla sua Padria, e s' ordinò Sacerdote, ed incominciò a predicare la parola di Dio, ma l'anno 1544 venne a questa casa, ed alle vespere di S. Benedetto prese l'abito. Dopo l'anno 1554 lo fecero Priore con tanta contradizione, e ripugnanza sua, ed abbondanza di lagrime, che moveva a compassione quelli, che lo vedevano, vi fu tre anni. Dopo l'anno 1564 l'elefsero in Val di Cristo, dove sta tre anni; e finalmente lo domandò per Priore della sua nuova casa di Aula Dei il suo fondatore l'Arcivescovo di Saragozza D. Ferdinando di Aragona; dove morì l'anno 1567. a 15. di Luglio. Le virtù, nelle quali risplende, furono molte. Umiltà con essere uomo tanto dotto, giammai trattava di lettere, se non quando più non poteva, ed allora quando era necessario; e non più li libri, che portò dal Secolo, ch'erano molti, mentre non li diede alla libreria comune, li teneva nella sua cella nella parte più nascosta. Aveva umiliato, o diciamo così semplificato il suo trattare in parlare, camminare, ed in ogni altra cosa, di modo che niuno lo stimava per uomo di lettere. Patì alcuni scrupoli, e si resignava, e soggettava come un fanciullo, a Confessori ordinarij, e meno dotti. Fece quello che potè per non essere Priore le tre volte, che l'elefsero, e dopo se grad'istanza, che l'assolvessero, perch'era umile di cuore. Pazienza, e mortificazione: In una l'aggravarono d'alcuni difetti, in tanto che alcuni Conventuali lo volefsero difendere, volendo scrivere al Padre Generale lamentandosi de' Visitatori, il paziente Padre non lo consentì, dicendo, che molto più meritava per gli suoi peccati. Si faceva rigoroſe discipline, nelle quali spargeva molto sangue per aver li capi di piombo. Patì alcune infermità, nelle quali al contrario degli altri, che quando stanno infermi, gustano di stare in compagnia, esso licenziava, dicendo, che meglio passava li suoi mali solo. Patì alcune sensazioni, che Dio gli mandò per esercizio della sua virtù in particolare come un altro Signore Ugone Grazonopolitano. Lo travagliò alcuni anni uno spirito di bestemmia, che li diede molto da vincere. Finendo di dir Messa un Monaco, li sopravvenne uno svenimento, nel quale vomitò molte flemme, e tra esse ancora le specie del Santissimo Sacramento. Raccolsero in un vaso tutto il vomito, ed il buon Padre D. Marques lo sunse tutto acceso dell'amor di Dio facendo un singolar atto di mortificazione. Fu tanto osservante, che lodandosi un giorno in sua presenza qualche si scrive dal Padre D. Giovanni Lanspergio, che in dieci anni mai ruppe il silenzio, disse lui; tanto meno mi ricordo averlo tolto io in altro tanto tempo. Orazione: In questa virtù non vi è che dir più, se non che sempre orava mentale, e vocalmente, ed era tanto quello, che Dio li comunicava, che alcuni tempi era necessario lasciar gli Esercizj spirituali, e non legger libri, che li movessero l'affetto, perche pensava, che li crepasse il cuore; l'orazioni quali più frequentava, erano; *o bonum, Deus meus, O omnia, Quis tu es? O quis sum ego?* E con queste parole morì, avendosi prima segnato il fronte, bocca, e petto,



petto, e piegato le mani, e piedi. Avea ottenuto tanto dominio sopra la sua immaginazione, che negli Matutini, come sono i nostri, che ne' giorni di festa sogliono durare più di tre ore, non si passava dieci, o dodici versi senza attuale intenzione. Povertà: Quando l'assolsero dal Priorato, lasciò nella Cella Priorale tutti i suoi libri, solamente si portò i Commentarij di S. Giovan Crisostromo sopra S. Paolo, la *Pharetra divini amoris*, ed il Breviario senza Diurno, perche non l'usava, avendo il tutto nel Breviario. Nella sua Cella non aveva cosa, che valesse due bianche. Ma sentiamo qualche cosa di scritto delle sue virtù il P. D. Lorenzo Zamorra Priore, che li fu molto familiare.

XXVI.

Ex aureo Opusculo Piarum Exercitationum Cl. V.  
Nicolai Eschii (1) ad calcem Dedicatoriæ suæ  
ad PP. Colonien. Cartusian. (2)

Ad ann. 1569.

Quandoquidem ita jam in consuetudinem venisse conspicimus, ut nihil ferme librorum in lucem emittatur, quod non certo alicui patrono dedicetur: volui & ego vobis, Reverendi, ac Religiosi Patres, et Fratres, quibus maxime hæc conscripsi, hunc meum qualemcumque laborem dedicatum, & consecratum esse. Tum quod Vos sciam hujusmodi pietatis exercitiis delectari, tum ut sit mea erga vos observantiæ, & pro maximis in me collatis beneficiis, grati animi perpetuum testimonium. Novi candorem vestrum, quod etiam exiguum non contemnatis; debebam quidem pro vestris in me meritis offerre majora; sed vos non tam munus oblatum, quam animi ingentem voluntatem, sat scio, considerabitis.

XXVII.

De Martyrio B. Laurentii Cartus. Bonæfidei in  
Velaunis Monacho.

Ad ann. 1569.

Monstrum sceleris horrendum, informe, immane, cui vix Neronis, Domitiani, Decii, Diocletiani secula quidpiam atrocitate par tulerunt (quod circa hoc negotium occurfat animo) referre parantem moratur contrucidata veracundia, moratur exaggerata supra omnem cumulum crudelitas, moratur conculcata immaniter Religio. Quod in mitiore factò dixit S. Basilius (3) arbitror ingemuisse Dei leges, & Religionem ipsam alta suspiria duxisse. Quod hoc sceleris portentum! tametsi verenda est aeris hujus ex tantæ atrocitatis nuda recitatione incessatio, & ad tantam truculentiam, quantam vix Diabolus per seipsum exprimeret, horror pilos invadit, & digitos stupor; tamen audendum est, ne virtus quæ per tantum scelus everfa est, silentio obruta jaceat. Adhuc hæreo, & horreo. Quid ad scelus non tuum concidis anime. Fremens irruo in narrationem, quando nec premere eam, nec placide efferre licet.

Carolo IX. Rege, cum omnia in Gallia pro Religione bellis intestinis arderent, sub annum 1570. Cartusia Bonæ Fidei in Velaunis occupata per fraudem a

Tom. X.

iii

Char.

(1) Beginagii Diesten Monachus sanctitate, ac doctrina celebris.

(2) Apud Plantinum an. 1569. in 12. edit.  
(3) Epist. 185.

Charrerio impio hæretico, & Judæ traditoris germano. Sic enim jure est denominandus, quandoquidem specie familiaritatis cum Priore admissus, illico conclusione officii per vim impedita pone latentem turmam quinquaginta eoque amplius militum subita impressione in cœnobium induxit. Primum furorẽ Prior ipse Antonius Chamordus excepit, subeuntibus hostiliter sectariis solopi dispoſitione interemptus. Ex aliis hæretico gladio trucidatus charta Capituli Generalis anni 1570. nominat Joannem Charnafac, & Petrum Fesandier Sacerdotes. Testium tamen idoneorum, qui eo tempore vixerant, assertione R. P. Desmatis, nuper cum in eo Cœnobio Priorem ageret, comperti, cum alios occidisset, tum nominatim Dominum Laurentium antiquæ virtutis Sacerdotem, ab Hæreticis ad diuturnius martyrium aliquandiu servatum esse. Ut enim supplicationes, quas Catholici obeunt, subsannarent, quoties explorabant excubias, servum Dei nudum (proh inverecundiam Calvinianam!) jubebant præcedere, hastam pro cruce præferentem. Eundem ad instructum carnibus verutum circumagendum, propudiosa illa nuditate miserandum, solo (ut cum Clemente Stromateo dicam) virtutis amictu indutum, adhibebant. Cumque ad eam escam participandam, cui torrende navabat operam, importune urgeretur, qua scommatis, qua ostentata carniũ suavitatem, qua minis, servus antem Dei causatus suum institutum, & desponsam Deo abſtinentiam, constantissime abnueret, ad extremum ab impiis carnes, quas tantopere refugeret haud dubie ab eo veneno corruptas. In ipsorum exitium, obtendentibus, comprehensus, & scamno valide alligatus, post multam petulantiam in eum expromptam, & exprobratum Catholicissimi cibos a Deo creatos respicientis superstitiosum usum (sic volebant) post monasticam stoliditatem, ipsis quidem Judicibus manichæismi instauratricem omnibus lenoniis artibus proscissam, insensant mortem, non pareat, & carnes oblatas in cibum assumat, Sed qui confidunt in Domino, sicut mons sion; pius Monachus Laurentii nomen meritissime præferens, cognominis sui imitatione, ut marpesia cautes, ad hos fluctus verborum, & irarum, ac minarum spumas perstat inconcussus. Nihil tigris, aut panthera quæpiam diræ feritatis expromeret, quod ab istis satanæ emissariis non sit exertum, vere, sed in seipsum disertus, Julianus Imperator contestari solitus erat, Christianos ubi degenerarint, omnes belluas veritate superare. Ex ficariorum turma unus, adstricti scamno servi Dei (pax sit oculis, & auribus) prehensam partem qua vir erat, ab imis radicibus ferro demetit, & semivivi hominis ori ingerens, infandum triumphum sibi canit, non absque immani per reliquam turmam applausu. Quam non intra longum tempus, justo Dei judicio improvisam opprimens Rochebonne Ancienſis præfectus internicione delevit; & meritissime quidem. Nam quis tam indignam honestatis cladem, & truculentiam fando explicet? Os sacrum, quod Christi corpus toties confecerat, toties exceperat, tam assidue a tot amicis in Dei laudes solutum, toties sacrorum pignorum basiis sanctificatum, sic deturpari! sic illudi Religioni! sic proteri communem naturam, & caleari humanitatem! Inventum est scelus, cui detestando nulla par potest esse facundia. At simul splenduit eximia virtus, & sanctorum institutorum tenacitas in homine vere bonæ fidei, quam nulla laudatio exquet, nedum superet. Deus optimus maximus infodi Servi sui gloriam non est passus. Corpus sacrum, post mœnos decem refoſsum, deprehensum est plane incorruptum, sanguine perinde ac si tum primum cædes fieret, puro, & tabis experte. Egredi ex his salebris, reveniamus ad planum (1).

Bre-

---

(1) Apud R. P. Theoph. Raynaud: in Bran. Myst. P. VII. n. 3.

## XXVIII.

Breve Pii Papæ V. quo Vitas Sanctorum a R. P. Laurentio Surio Coloniensis Cartusiæ Professo collectas summopere laudat, eumque ad laudabilem laborem profequendum adanimat.

*Ad ann. 1570.*

Pius Papa V. Dilecto Filio F. Laurentio Cartusiano. Dilecte Fili, Salutem, & Apostolicam benedictionem.

**L**ibrum Sanctorum Patrum Vitas continentem a te nuper editum, atque ad nos missum, libentissime accepimus: qui quidem eo etiam gratior nobis fuit, quod opus in se continet a nobis semper desideratum, & ad refellenda hæreticorum in eisdem Sanctorum Patrum historias maledicta, aptissimum. Laudamus vehementer pium hunc laborem tuum, teque, quod coram Domino vacuus appareere nolueris, sed in ejus Domum pro facultate tibi ab eo concessa, quicquid poteris, ultro obtuleris, debitis in Domino laudibus commendamus: cujus tamen laudabilis laboris tui gloriam in primis ei tribuendam esse memento, a quo accepisti & velle, & perficere: quod & a nobis, & ab omnibus piis, & Catholicæ Religionis studiosis merito laudaretur. Hortamur autem te, ut hujusmodi opere profequendo, & de Ecclesia Dei bene mereri, & tibi apud omnipotentem Deum merita augere ne desistas, securus te a Redemptore nostro laborum tuorum centuplum esse fructum percepturum. Datum Romæ apud S. Petrum sub annulo Piscatoris die 2. Junii MDLXX. Pontificatus nostri an. V.

T. Aldobrandinus.

## XXIX.

Ex Opmeero Martyrum Hollandicorum Decade I. lib. IV. De Cartusia S. Bartholomæi apud Delphium Batavorum erecta anno 1470. (1) hæc inter alia Arnold. Raiff. Orig. Cartusiar. Belgii pag. 121.

*Ad ann. 1570.*

**A**Nno a prima sua conditione 100. (ergo 1570.) funditus excissa est inter ejus foundationem, & excidium annis præcise 100. tantum interpositis, quod non videtur otiosum propter mysticam centenarii numeri rationem. Domus quidem contenta sua mediocritate, & inter alias domos Provinciæ, secundum temporalium fortunam non infima. Qua excissa, & flammis solo æquata necesse fuit, ut passer solitarius qui hætenus in projecturis habitaverat, quæreret sibi diversa exilia, diversasque sedes.

(1) Vid. Tom. IX. Append. 1. n. 29.

sedes. Excessisset Conventus finibus suis, nisi a Senatu Delphensi assignata fuisset &c. Fuit illis dies & annus ille inauspicatus, tristis & insuavis, proterus, quando palam & passim, grassante hæreticorum furore terra marique, pirata Lummeno maria graviter infestante, & in continentem erumpente; nec non et Arausicano Principe signa signis Catholicorum adversa inferente. Hollandiæ, Zelandiæ, Frisiæ, urbium templa, monasteria, sacella convulsa sunt, & omnia per direptionem gesta. Per omnia monasteria cibos quos absumere sex istorum hominum non potuit, fœcibus sedavit: libros conscidit, vestem, supellectilem sacram pretio distraxit. Non ætas, non sexus, non fama, non dignitas cuiquam adjumento fuit. Calices sacri &c. . . Contigit autem Cartusios, qui tunc Delphii adhuc erant, in diversa respicere, fugamque meditari, si forte præsens quod imminebat civitati periculum, possent fuga declinare. Ex quibus unus justus Van Schoonhoeven Goudanus precibus fratris sui Germani qui in oppido Gauda morabatur, victus habitum deposuit. . . & Abtenta a Priore sub Joanne Eschefano discedendi licentia, discessit. Vix ad triginta millia passuum progressus juxta Oversehiam, statim in pontem habuit obviam Lummeni socios. . . apprehensus ab eis, viatico expoliatur. . . iussus est in trunco sedere seminudus, siti, & ariditate confectus. . . ejus fides & propositi constantia tentata est: vitæ gratiam promittunt; ac amicitiam Comitis Lummenis si Religionem abjuraret, oblatæ sunt & carnes, & potus ex initiato Calice in Religionis contemptum. Sed ille perstitit in sententia, nec benedictione, nec maledictione moveri potest. Ductus est inde navigio Brilam vincus inter lictores. . . sanis & fœcis exceptus. . . Recta ducitur ad ædes Joannis Domimalii unimani. . . Hic erat ex Canonico apud Eburones Ecclesiæ Catholicæ desertor, & crudelissimus pirata. Assidebat tunc mensæ bibens largius ex initiato Calice, qui vincum hunc conspicatus, ut simul accumbat, hortatur. . . Postquam ergo Justus negavit se contra sacros Canones, ex sacris vasis bibere posse, vel contra consuetudinis Ordinis sui carnes comedere, . . Furor præcipiti dictat in eum mortis decretum, & jubet ad Ruggense Monasterium duci, laqueoque gulam & linguam illam ei frangi, quam nimis libere, ut aiebat, in reformatam Remp. relaxasset. . . Progrediebatur interim ad locum supplicii, ad quem cum jam appropinquasset, vidit suggestum scalarum. . . Repressit paulum gradum, & mox breve spatium sibi dari postulat ad orandum, quod cum impetrasset, convertit in sinu orationem suam. . . & flexis genibus oravit manibus complicatis, tum & cervice demissa humi procubuit. . . & ad sedes beatas ( ut pie credendum est ) evolavit. Cum lictores mortem ejus moras suspicarentur. . . eum, ut surgat ac expediat, jubent. Sed ubi tandem advertunt, quod neque vox, neque sensus esset in homine, apprehensum illum trahunt ad locum supplicii, laqueoque collo ejus injecto crudeliter suspenderunt. (1)

## XXX.

Pii Papæ V. Bulla Extensionis Fratrum Mendicantium  
Privilegiorum ad alios Ordines, atque inter  
alios ad Monachos Cartusianos.

Ad ann. 1771.

Pius Episcopus, Servus servorum Dei ad perpetuam rei memoriam.

**E**X supernæ dispositionis arbitrio gregi Dominico præsidentes, inter curas multiplices, quas & ministerio nostri Pastoralis officii nobis incumbere censemus illam, per quam personarum quarumlibet, earum præsertim quas sub gravi Religionis jugo dudum in dies Altissimo famularum exhibent conspicimus, statui & quieti rite consulitur, libenter amplectimur, ac ut personæ ipsæ idem exoptantes nobis, gratias & favores reportasse lætentur, grato intendimus animo, ac in his

(1) Vide Gerard. Elig. Cartuf. Histor. Martyr. Molani Kal. Sextil. ejusd. & Auctar. ad Natales Sanctor. Belgii Jo.

nostris Pastoralis officii partes favorabiliter impartitur, prout temporum qualitate pensata, id perspicimus in Domino salubriter expedire. Nuper siquidem a nobis emanarunt litteræ tenoris subsequenti: Etsi Mendicantium &c. (1). Et proinde pro parte dilectorum Filiorum Canonorum Regularium Ordinis S. Augustini Congregationum Lateranensis & S. Salvatoris, ac S. Crucis Olimbriensis & Monachorum S. Benedicti Congreg. & Ordinum Cassinensis Montis Oliveti, Vallis Umbrosæ, nec non etiam Congreg. Cisterciensis & Cartusienfis, nec non S. Hieronymi Hispaniarum ac Camaldulensis & Fratrum Militiæ Jesu Christi Reformatorum nuncupatorum Regni Portugalliæ, nobis nuper exhibita petitio continebat, quod ipsi etiam juxta eorum cujuslibet regularia instituta, tum vita eorum exemplari, tum doctrina, ac verbi Dei prædicatione, aliisque summis eorum laboribus & studiis, animarum salutem ac sanctæ Sedis Apostolicæ dignitatis & auctoritatis augmentum hæcenus semper procuraverunt, & in dies circa hoc tam laudabile ministerium magis ac magis versari non cessantes, sibi favente superni Numinis auxilio, suavissimum cunctisque fidelibus gratissimum suæ probitatis, & diligentia latius diffundunt odorem, pariterque in vinea Domini laborare non desinunt; ac proinde eas aliqua ratione indignos censerî non posse, quin ipsi quoque gratiarum, facultatum, privilegiorum, & aliorum præfatis Fratribus Mendicantibus concessorum participes fieri, nec non Monasteria, etiam Monialium, & alia loca quæcumque ad gratias, facultates, privilegia, ac alia in eisdem præinsertis litteris contenta quæcumque extendi, ac illis gaudere debeant. Quare pro eorundem Canonorum, Monachorum & Fratrum parte nobis fuit humiliter supplicatum, ut eorum statui, & tranquillitati consulentes, eos & eorum singulos, nec non suorum Ordinum, & Congregationum Monasteria, etiam Monialium, ac domos & loca alia quæcumque, ad declarationes, statuta, exemptiones, voluntates, prohibitiones, approbationes, extensiones, & decreta, ac alias gratias, facultates, & privilegia quæque prædictis Fratribus Mendicantibus concessa prædicta, ita ut illis omnibus & singulis, æque & pariformiter absque ulla penitus differentia, frui & gaudere possint & delectant, extendere, & quatenus opus sit illa eis de novo concedere, aliasque sibi desuper opportune providere, de benignitate Apostolica dignemur.

Nos igitur, qui omni qua fieri potest ratione commodiori personarum quarumlibet, præsertim Deo dicatarum animi quietem sinceris exoptamus affectibus, singulos Canonicos, Monachos, & Fratres prædictos a quibusvis censuris & pœnis Ecclesiasticis, quavis occasione latis, & quibus innodati existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum seriæ absolventes, & absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, Canonicos, Monachos, & Fratres prædictos, si professionem regularem juxta eorum statuta, & laudabiles consuetudines, ac privilegia & indulta eis concessa emiserint respective, illorumque Monasteria, etiam Monialium, nec non domos, & loca alia quæcumque ad singula, declarationes, statuta, & immunitates (a contributione ratione Seminariorum pauperum Clericorum juxta ordinationem dicti Concilii Tridentini erigendorum, necnon subsidiorum Apostolica auctoritate pro tempore impositorum, ac quæstuatione eleemosynarum dumtaxat exceptis) exemptiones, voluntates, prohibitiones, approbationes, extensiones, decreta, & alia quæcumque, gratias, facultates & privilegia eisdem Fratribus Mendicantibus, ut præfertur, concessa & facta, ac alia in præinsertis litteris contenta, & inde secuta quæcumque, dicta auctoritate Apostolica tenore præsentium perpetuo extendimus & ampliamus, illasque declarationibus, statutis, exemptionibus, voluntatibus, prohibitionibus, approbationibus, extensionibus, decretis, & aliis gratiis, facultatibus, & privilegiis hujusmodi pariformiter & absque ulla penitus differentia, prout dicti Fratres Mendicantes utuntur, potiuntur & gaudent, ac uti potiri, & gaudere poterunt, libere, & licite uti, potiri & gaudere posse, atque debere; illaque omnia & singula sibi, eorumque Monasteriis, domibus, & locis hujusmodi, eorumque superioribus, & personis quibuscumque, quas illa concernunt, & pro tempore concernunt, suffragari, necnon modo & forma quibus prædictis Fratribus Mendicantibus concessa, & facta sunt, concessa factaque esse, necnon ad singula Monasteria, domos, & loca quæcumque dictorum Canonorum, Monachorum, & Ordinum prædictorum in Congregatione viventium extensa & ampliata censerî.

Tom. X.

k k k

Sic

(1) Edita est laudata Bulla an. 1567. die ipsius anno II. XVI. Maji ab eodem Pontifice, Pontificatus

Sicque in præmissis omnibus & singulis per quoscumque iudices & personas, & S. R. E. Cardinales, ac causarum Palatii Apostolici auditores, sublata eis & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi & interpretandi facultate, & auctoritate iudicari, & defini debere, nec non quidquid secus super his a quoquam quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari, irritum & inane decernimus.

Quocirca Venerabilibus Fratribus, & dilectis filiis ejusdem S. R. E. Cardinalibus, doctorum Ordinum & Congregationum hujusmodi respective, nunc & pro tempore Protectoribus per Apost. scripta mandamus, quatenus ipsi vel duo, aut unus eorum, per se vel alium seu alios, præsentis litteras, & in eis contenta quæcumque, ubi & quando opus, ac quoties pro parte eorundem Canonorum, Monachorum, & Fratrum, aut Monialium hujusmodi, vel alicujus eorum fuerint desuper requisiti, solemniter publicantes, eisque in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes, faciant auctoritate nostra præsentis, & in eis contenta hujusmodi firmiter observari, ac singulos quos litteræ ipsæ concernunt, pacifice frui, & gaudere non permittentes eos, vel aliquem eorum desuper, tam contra præsentium litterarum, quam præinstructarum tenorem per quoscumque, etiam locorum Ordinarios quomodolibet indebite molestari, contradictores quoslibet & rebelles per censuras & pœnas Ecclesiasticas aliaque opportuna juris remedia appellatione postposita compescendo, legitimisque super his habendis servatis processibus, censuras & pœnas ipsas etiam iteratis vicibus aggravando, & interdictum Ecclesiasticum apponendo, invocato ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii sæcularis.

Non obstantibus præmissis, & aliis Apostolicis, nec non in provincialibus & synodalibus conciliis editis, generalibus vel specialibus, constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, ac etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & litteris Apostolicis eisdem Episcopis, aut quibusvis aliis personis sub quibuscumque tenoribus & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis decretis, in genere vel in specie, etiam motu proprio, ac alias quomodolibet concessis, approbatis & innovatis, quibus omnibus, etiam si pro illorum sufficienti derogatione, de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio seu quævis alia ex expresso habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, præsentibus pro expressis habentes, illis alias in suo robore permanens, hac vice dumtaxat specialiter & expresse derogamus, contrariis quibuscumque &c. Aut si locorum Ordinariis, vel quibusvis aliis, communiter vel divisim a prædicta sit Sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per litteras Apostolicas, non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem.

Et quia difficile foret earundem præsentium notitiam ad quascumque personas pervenire, & ubique illas præsentare, etiam dicta auctoritate nostra volumus & decernimus, quod transumptis illarum, etiam per impressionem factis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, sive sigillo alicujus personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ sigillatis, prout eisdem præsentibus adhibentur, si præsentarentur, ubique adhibentur, tam in iudicio quam extra illud, plena & indubitata fides.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ absolutionis, extensionis, ampliationis, & decreti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus, se noverit incursum.

Dat. Romæ apud S. Petrum, anno Incarnationis Dominicæ 1567. 17. Kal. Septemb. Pontificatus nostri anno secundo.

## XXXI.

Mandatum pro Fisco, & contra Monasterium S. Stephani de Nemore ad ostendendum Titulum jurisdictionis Secundarum Causarum, (1) & jurisdictionis Criminalis meræ & mixtæ in Cafali Bivongii cum reprobatione PP. Monasterii prædicti contra prætenfa per Regium Fiscum.

*Ad ann. 1571.*

**N**Os Locumtenens Regiæ Camerae. Porteriis ejusdem Regiæ Camerae, ac Servi-  
tibus quarumvis Curiarum Regni Officialibus tam Regiorum Capitaneorum,  
quam Baronum ad infrascripta in solidum requirendis. Noveritis qualiter ad noti-  
tiam Regiæ Camerae pervenerit, qualiter Venerabile Monasterium Sancti Step-  
hani de Nemore indebite, & absque legitimo Titulo exerceret jurisdictionem Secun-  
darum Causarum in Cafali Bivongii pertinentiarum terræ Stili, ac etiam jurisdic-  
tionem criminalem, cum mero, & mixto imperio, propter quod voluit, & debet  
in integrum reintegrari Regiæ Curiae, una cum fructibus perceptis. Ea de re de-  
bita provisione pro parte Regii Fiscus petita, vobis jam dictis in solidum, dicimus  
committimus, & mandamus, quatenus receptis præsentibus ad instantiam Regii Fi-  
sci injungere, & mandare debeatis, seu alter vestrum debeat Venerabili Priori, &  
Monachis dicti Monasterii S. Stephani de nemore, sub poena ducatorum mille Fi-  
sco Regio in casu contraventionis applicanda; quatenus infra terminum dierum  
octo in dicta Regia Camera legitime comparere debeat ad ostendendum Titulum,  
si quem habent dictæ jurisdictionibus, Secundarum Causarum dicti Cafalis Bivon-  
gii, & jurisdictionis Criminalis meræ, & mixtæ; ad hoc, ut habita, & viso, ac  
Regio Fisco audito possit debite provideri; vel ipsis non comparentibus, aut legiti-  
mum Titulum non producentibus, ad dicendum causam quare, non debeat reinte-  
grari Reg. &c. una cum fructibus perceptis, seu qui percipi potuerunt & possunt,  
etiam lite pendente. Mandatis, & referatis in forma. Datum Neapoli in eadem  
Regia Camera die 2. Decembris 1571. : Henricus Davolos: Locumtenens Anto-  
nius Stinca, Joannes Baptista Crispo Mag. Actorum: Consen. De Curtis: Anto-  
nius Squillante: In Mandatorum Curia 52. R. 5637.: Mandatum pro Fisco cir-  
ca Monasterium S. Stephani de Nemore ad ostendendum Titulum jurisdictionis  
Secundarum jurisdictionis meræ, & mixtæ: adversus Retroscriptum & ejus Origina-  
le, cum in dorso illius Nob. Franciscus Capimollus pretensus Algozinus, ut dixit,  
non permiserit respondere; in præsentibus respondetur & dicitur; quod cum eadem  
litteras, & Provisiones Regiæ Camerae ostendisset Venerabili D. Silvio Contestabi-  
li, & D. Claudio Carlevali de Stilo: ipsi PP. responderunt, qualiter ipsi prædicti  
cum sint divino officio, & obsequio totaliter mancipati, nesciunt, neque debent  
his actionibus se intromitti contra præcepta suorum Superiorum, jam per Summum  
Pontificem, & ejusdem S. Sed. Apostolic. confirmata. Et ideo se protestati sunt,  
quod ad eorundem Superiores, & officiales jam dicti se conferant, cum ipsi non  
se reputaverunt, neque reputant aliquo modo intimati, cum jam peccassent, si absque  
speciali mandato Superiorum suorum se intromitterent. Et cum Reveren. prædictus  
Prior

(1) Exrat in Archiva Sanctarum Stephani, & Brunonis de Nemore in Ulteriori Calabria.

Prior ipsius Monasterii pro negotiis Domus reperitur extra Monasterium in Grangia ejusdem ipsum requirat, si legitima Curia persona, & officialis sit ipse Algotinus, ut se nominavit. A quo cum ipsi praedicti requirerent commissionem sui officii: Ipse Franciscus praedictus respondit non habere; ac ideo putaverunt nolle accedere ad dictum R. Priorem, & ejusdem Priores litium, & officiales. Itaque praedicti PP. se protestaverunt, ut supra, & omni modo meliori. Et cum in dicto Originali Ordinis praedicti respondere vellent, & ipsum Franciscum requisissent, dictus Franciscus non acquievit, sed respondit, quod in dorso hujus copiae responderetur; & sic se contentavit coram subscriptis testibus, & aliis, promittendo simul cum suo Originali ipsi Regiae Camerae transmittere praesentes futas cum eodem Originali praedicto: Protestante se praedicti PP., quod per hunc actum aliquod praedictum ipsis, & eorum Monasterio non intelligatur in hunc, vel similem actum protestatione non consentiendo, neque in aliquo iurium, rationibus utend., ac omni alio meliori modo, iuribus ipsis, Eccles. personis, & bonis &c. -- Io Francesco Capimollo accetto ut supra manu propria -- Io Pompeo Proveta sui praesente Testimonio -- Io Orazio Poricci sui praesente Testimonio Praesentibus etiam . . . . . Maestro Tommaso lo Giudice d' Arena -- Petro Varillaro de la Serra -- Jacobello Caristo de Acquaro -- Maestro Ottaviano di Bivongj -- Maestro Jacobo Fontana de Ciano &c. Et aliis &c.

## XXXII.

## Ex Schedis Cartus. S. Mariae de Casulis de incendiis ejusdem Domus.

Ad ann. 1578.

I. Incendium accidit die 21. Junii an. 1380. sub Priore D. Joanne Galamanni de Ast. & tunc Claustum, Cellarum Monachorum, & aliarum Domus officinarum casualiter perierunt.

II. Die 3. mensis Novembris an. 1546. accidit secundum incendium praefatae nostrae Domus sub Priore D. Damiano Bocio, seu Bocia de Petra Oppidum Albinganense. Dioc. in Liguria Occidentali, Professo ejusd. ex-Procuratore Grangiae Consaverii.

III. Evenit an. 1556. sub D. Archangelo de Rubis Mediolanensi, Prof. Mediolanen. Cartusiae: sed cremata est Grangia tantum Pratorum cum magna parte saeni.

Et IV. vero die 4. Julii 1566. vel sub Jacobo Salviano Ferrariae Professo, Priore, vel 1667. sub D. Archangelo de Rubis iterum, dum laudatam Domum flammis omnino deformari contingit, & consumi; ita ut Patres de alia Domo alibi construenda in animum induxerint, & cum mente confusa ad varia loca Domum transferre, & de novo construere cogitassent;

Tandem convenerunt, ut in Grangia Consaverii loco dicto Prato Florida Domum fundarent, sicuti coeperunt, magnis sumptibus frustra ibidem consumptis Anno 1570. ut patet ex instrumento 22. Septembris 1569. in Cartusia Papiensi inter D. Innocentium de Cruce (1) Priorem praefatae Domus Papiensis, & Visitatorem, & Magistrum Franciscum de Cuchis de Lonate Mediolanensem Architectum, per Joannem Baptistam Ruzinellum Not. Mediolanensem instituto hujus novae fabricae, administrante D. Archangelo supra dicto Priore, qui praesuit ad an. 1573.

Sed post D. Hippolitum de Furrate (2) Mediolanen. Professum Domus Papiensis, D. Tiberium de Fossatis (3) Mediolanen. D. Lucam de Cordeleriis (4) Priores anno 1576. successit D. Constantius Oltrena Papiensis, Professus Papiensis (5).  
Sub

(1) Ex Catalogo Prior. dioc. Cartus. ab an. 1565. ad 1573.

(2) Priore Casularum ab an. 1573. ad 1574.

(3) Ib. Prior. ab an. 1574. ad 1576.

(4) Prior. ab an. 1575. ad 76.

(5) Prior. ab an. 1576. ad 1580.



Sub hoc, orto dissidio super nova fabrica, relicta translatione, cum locus aeris intemperie laborasset, ad priorem locum regressi sunt, ubi Ecclesiam, Claustrum, Cellas, & alias officinas incendio assumptas restaurare coeperunt anno 1578. quae deinde paulatim perfecta sunt a suo Successore.

## XXXIII.

Ad Archiducam Albertum Austriae Libellus supplicis  
cujusdam Bruxellensis Monachi deplorantis  
excidium Domus suae.

*Ad ann. 1578.*

**G**loriosae memoriae Carolus V. Imperator, Avus pietissimus tuae celsitudinis, post felices victorias a Deo sibi divinitus concessas, in gratiarum actionem, pulchram quandam Ecclesiam aedificari iussit in Monasterio nostro Cartusensi, hinc Civitati Bruxellensi vicino, in quo singulis diebus, perpetuis temporibus una Missa, & certis quibusdam feriis anniversaria quaedam celebrarentur pro refrigerio animae suae, & Serenissimorum Principum, Imperatricis, Parentum, Avorum, & Proavorum suae Caesareae Majestatis, quorum extabant praecelara merita, & monumenta in praedicto nostro Monasterio: quae omnia divina officia juxta intentionem piissimi Imperatoris usque ad annum octogesimum fuerunt continuata. Quo anno Magistratus & Rectores praedictae Civitatis nos expulerunt, & non solum Ecclesiam, sed & Monasterium totum everterunt, atque ad hastam publice utensilia, & materialia omnia (ex quibus sunt aedificatae profanae domus, tam hic Bruxellis, quam etiam Antuerpiae) vendiderunt. Post reconciliationem autem reversi, non inveniunt in nostro Monasterio tantum loci, ubi vix canis latrari possit, nec habentes unde illud reaedificent, supplicat Tuam C. &c.

## XXXIV.

Ex Catalogo Prior. M. Cartus. in Marg. Statutor.

*Ad ann. 1581.*

**D**omno Francisco a Puteo, qui tertiam compilationem edidit, successit in regimine Domus Cartusiae D. Guglielmus Bibaucius, qui primum Lovanii edoctus, postea dedit eloquia pulcritudinis, & quem ceu lapsum Caelo hominem mirabantur universi, sermone potentem, & opere. Post eum praeficitur Cartusiae Dominus Joannes Sahardi, quo aedulam S. Ugoni sacram extra Pontem aedificante, Cartusiani in Anglicano schismate gloriosum subeunt martyrium, vestimenta candida superinduentes purpuream. Ipso viam universae carnis ingresso, D. Petrus de Leydis Domum Cartusiae regendam suscepit, vir rigidae observantiae sitientissimus, qui Societati Jesu nascenti, multa cum laude virtutis sociorum, participationem Ordinis concessit. Illi in Prioratu successit Dominus Joannes Volonis, prudens artifex eloquii mystici, stilo & spiritu S. Patri Brunoni non absimilis, quem secutus est D. Damianus Longonus longiori praelatione dignior, si merita spectentur; vix enim uno anno praefuit: sed si felicitas attendatur, beatior, qui tam brevi regiminis tempore Caelum mercatus est. D. Damiano defuncto, substituitur Dominus Petrus Sarde, qui Christo totus vivens, & erga Beatissimam ejus Matrem Virginem singulari affectus pietate, Ordini raro devotionis exemplo, &

sedulo sollicitudinis ministerio profuit. Post ipsum instituitur Prior Cartusie D. Bernardus Carassus magnorum operum artifex, & tamen (mirum dictu) in sublimi prælatione humilitatis exercitio egit Novitium. Hic novam Statutorum Collectionem edidit, & ad sequentem formam perduxit.

Incipit Prologus in novam Statutorum Ordinis Cartusienſis Collectionem.

**A**D Dei laudem, nostram, Subditorumque nostrorum omnium communem salutem, & pacem, & observantiæ regularis augmentum. Nos humiles Fratres Bernardus Prior Majoris Domus Cartusie, cæterique Diffinitores Capituli generalis nostri Cartusienſis Ordinis anno Domini millesimo quingentesimo octogesimo primo Cartusie celebrati, novam hanc statutorum Collectionem, ex consuetudinibus Guigonis, antiquis, & novis statutis, tertia compilatione, generalium Capitulum Ordinis, Statutorum concordantiis, glossis, ac cæremoniali libro Domus nostræ Majoris Cartusie, omnibus simul collatis, & quibusdam pro tempore personarum, & causarum qualitate, & necessitate prudenter, & salubriter resecatis, seu emendatis, aliquibus etiam additis, utilibus, & necessariis. De mandato nostro collectam, & omnem, quæ in universis prædictis confusa, & dispersa habebatur, substantiam simul compactam, & conjunctam in se completentem, tribusque partibus distinctam, atque sub suis titulis, & capitulis ordinatam, per nos, & Deputatos a nobis diligenter examinatam, & jam semel, & secundo post duo Capitula, accedente consensu Conventus Cartusie, approbatam, & confirmatam, iterum nunc, & tertio, communi omniarum nostrorum, nec non & Conventus Cartusie consilio pariter, & consensu, auctoritate Privilegiorum nostri Ordinis laudamus, approbamus, & confirmamus, & eam cum singulis in ea contentis, & descriptis vim statutorum habere, & ab omnibus nostri Ordinis personis studiose observari volumus, & ordinamus. Utque nullus ignorantie justam causam prætereendere possit, volumus etiam, & ordinamus, quod infra annum a die publicationis computandum, quælibet Domus Ordinis novam istam Collectionem penes se habeat. Declarantes quidquid in ipsa nova Collectione (sic enim eam volumus appellari) non continetur, carere omni vi, & obligatione. Nolumus tamen propterea priora statuta aboleri, sed vivere quidem, & diligenter observari propter Patrum reverentiam, non autem habere vim statuti in posterum, cum ex illis hic inserta sint omnia, ad quæ volumus nostros obligari. Et quoniam præsentia hæc statuta, si diligenter observentur, ad conservandum Ordinis statum sufficere videntur; præsertim quum raro rarique casus (de quibus propterea non debet fieri lex, aut ordinatio specialis) inter nos eveniant, qui per ea decidi, & terminari non possint: Hortamur Successores nostros, ut ab onerosa, & periculosa Statutorum, & Ordinationum ulteriori non necessaria multiplicatione cessent, & omnes nostræ Religionis Professores, & Alumnos obsecramus per misericordiam, & bonitatem Dei (qui tam clementer Cartusianum Coetum, & Familiam a principio ad hodiernum usque diem fovere, dirigere, & protegere dignatus est, omnia nobis abunde suppeditans, quæ ad nostram salutem, perfectionemque conducunt) ut singuli in sua vocatione, & officio conemur per gratitudinem nobis possibilem tam paternæ liberalitati, & benevolentie Domini Dei nostri respondere. Quod præstabimus, si ad regularem observantiam, per hæc statuta nobis traditam, sic fideliter, & sollicitè laboremus, ut nostro homine externo his institutis rectè, & sicut decet, exculto, ipsum Deum in homine interiori studiosius quæramus, citius inveniamus, & perfectius possideamus; sicque Domino concedente ad perfectionem caritatis (quæ nostræ professionis, & totius monasticæ vitæ finis est) pervenire, & æternam inde beatitudinem obtinere valeamus.

## XXXV.

Ex Archivo Cartus. S. Martini supra Neap.  
De P. D. Jo: Mazza Monc. ejusd.

Ad ann. 1581.

**J**oannes Mazza Hipponensis, Monachus Professus Cartusæ S. Martini supra Neapolim, cum adhuc esset juvenis, nec dum septimum decimum ætatis annum expleisset, vacans functionibus Augustinianis amore silentii, & solitudinis omnia arbitratus ut stercore, seculo, feudis, ac bonis paternis, quibus abundabat, pro Christo relictis, Monachus habitum suscepit. Virgo permanens, omni puritate, & integritate excellenter ornatus. Silentium, & solitudinem ardentè cõsuevit, ut 50. annis nec Monasterium, nec cellam mutaverit; vineam, & viridarium parvulum diversis arboribus constitum sibi manibus propriis planta verat, fuderat & opportunæ culturæ prõviderat; & quotannis fructus Monachis distribuens, singulis agebat: Edent pãperes, & fatu-  
rabuntur, & laudabunt Dominum, qui requirunt eum. Divino enim semper utebatur eloquio brevitatis studio. Tantæ erat simplicitatis, & puritatis, ut infans absque macula videretur: tantæ præterea fuit abstinentiæ, & parsimoniz, ut nonnisi semel tantum in die comedebat, nunquam pietantia, vino, vel caseo, aut ovis ulus; cibus ei panis erat, & fructus ficus amabat, & mel. Refectorio semper interfuit non comedendi causa, sed ut divinas Scripturas, quibus Ordo noster utitur, posset audire, oculos ubique clausos habebat, vitam usque adeo tetricam agebat, ut nedum excedere videret; conabatur enim superare naturam, & cum multas noctes transiret infomes, a somno superabatur; In Claustro vel ante fores Ecclesiæ ubique soporatus jacebat, donec Sacrista surgeret, & pro matutinis signa daret: una tantum Tunica, & Cuculla utebatur: nudus fere, discalceatus & hyemis tempore incedebat. Raro mutabat cilicium, putans cum Divo Hilarione munditias in cilicio gerere. Porro tam jugiter orationibus intendebat, ut diem cum his sæpe conjungeret eum nocte. Singulis autem diebus sacram Hostiam in Missa Deo optimo maximo offerebat, quam per multos annos dixit de Domino, postea de SS. Trinitate: in ipsius Missæ celebratione sæpius in contemplationis excessu rapiebatur: Crura ejus nigra, & quasi arida præ frigore erant. Carolus V. Romæ Imperator æterna memoria dignissimus, cum esset Neapoli post captam Tunnesi Civitatem, in qua quatuordecim mille Christiani captivi libertati donati fuere, tanti Patris audiens celebrem vitam, voluit eum videre: quem cum vidisset, ejusque manus osculatus esset, nimia lætitia affectus, in Cellâ familiariter sedens, multa ei loquutus fuit. Retulere mihi, qui tunc aderant, quod ipse Joannes rogavit Imperatorem, ut secum pergeret in Germaniam ad extirpanda Lutheri semina, & de Dei misericordia confidens, sciat se de inimicis certam reportaturum victoriam. Promittit hoc Cæsar, & se suis commendans orationibus, humiliter petens benedictionem, abscessit. Rogabat igitur pro Cæsare Joannes, & tandem in Germania memorabilis illa victoria sequuta fuit, nihil gratius nihilque jucundius Joannes noster audire poterat, quam Christianos contra Hæreticos, & sanæ doctrinæ corruptores, ut ipse dicebat, victoriam obtinuisse. Petebat hoc a Domino, & quidem cum lacrymis, & intima trahens suspiria, libere fatebatur geminata iniquitas . . . . . exinanivit Anno Domini 1571. D. Joannes de Austria Caroli V. filius, Regisque Philippi Frater Classis Christianæ generalis Præfectus a Prorege Neapolis (amplissimus Antonius Pernotus Cardinalis gratulatus fuerat) hujus nostri Joannis mores, vitam, & sanctitatem percipiens, perrexit in Cartusiam S. Martini ad ipsum Patrem visendum, cum quo tantam contraxit familiaritatem, ut ab eo sacræ Eucharistiæ Sacramentum acciperet quam devotissime, & sæpius secum colloquia faceret, & haberet, & recedere volens ipse serenissimus Princeps, petiit humiliter benedictionem, cui benedictus Pater dixit: Benedicat tibi Dominus ex Sion, & videas bona Hierusalem omnibus diebus vitæ tuæ: det sibi secundum cor tuum, & omne consilium tuum confirmet: eruat te de manibus inimicorum tuorum, & de manu contra

tra legem agentis, & iniqui: & sic signando eum signo crucis ait: Crescere te faciat Deus meus, atque multiplicet, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Fatebatur Illustris Marchio S. Crucis, qui tunc aderat, quod ipse Pater apertis verbis prophetavit de victoria obtinenda, & de multis, quæ D. Joanni de Austria evenere postea: nec mirum, nam ipsa dominica die, quæ fuit septima Octobris anni 1571. in quo illam memorabilem victoriam habuit Populus Christianus contra Turcas, quum ipse Pater de more sacra Missarum solemnia faceret, accepto Sacratissimæ Eucharistiæ Sacramento, extasim passus est, & mansit immobilis, ut statua, non homo videretur. Fit interea omnium Religiosorum, & Secularium in Monasterio commorantium magnus concursus, ut quod hæc insinuaverit aspiceret; facto intervallo quasi unius horæ dimidio, Joannes noster magna voce clamare coepit; Victoria, victoria; Benedicta sit sancta Trinitas, utramque manum elevans in Cælum. Sicutantibus Priore, & Monachis, quid hoc esset, respondit: D. Joannes de Austria accepit Classem Turcarum, & tulit spolia impiorum. Benedicta sit Sancta Trinitas, & sic flens præ gaudio, finita Missa perrexit in Cellam suam. Audiens hoc R. Nuntius Apostolicus, capta super hoc diligentissima informatione, misit statim ad SS. Patrem Pium V. (manebat enim de s. P. visione securus), qui multa dedit lætitiæ signa, & veniens Nuntius e Venetiis de parta insigni & præclara victoria, respondit; nos certiores facti eramus de præcipuo Dei adjutorio; Et sic deinceps in majori veneratione fuit habitus Joannes noster ab omnibus: quod ipse, quantum poterat, fugiebat. Reversus D. Joannes de Austria Neapolim, tanta fuit facta lætitia, quanta autem nunquam facta fuisset, & post paucos dies accedens ad Cartusiam, manum ipsius Joannis humiliter osculans, gratias agit de memoria pro se facta in suis orationibus, & per ordinem victoriam illam coram omnibus humanissime retulit. Dum fuit in ipsa civitate Neapolis sæpe ipsum Patrem visitare studebat, & sacram Eucharistiam piensissime recipiebat de manibus suis. Tandem Joannes noster senio, & infirmitate parva correptus, cum jam sacra facere non posset, singulis festivis diebus præmissa devotissima Confessione sacram Eucharistiam piensissime recipiebat, modicas medelas, & balnea nunquam voluit; Deus, inquit, solus curat dolores. Appropinquante vitæ suæ tempore, lætior solito effectus, suo indicavit Confessori, quod esset transiturus ex hoc mundo ad Patrem, & sic de more omnibus Ecclesiæ Sacramentis officiosissime perceptis, Deo gratias agens, dum Passio secundum Joannem legeretur, sancta illa Anima carne soluta est anno Domini 1582. temporibus SS. D. P. Gregorii XIII. cujus tempora tranquilla, & pacifica aërea secula in Orbe adduxerant, & tales Patres, & sanctos viros meruerunt. Ferunt multi fide digni cucullam ipsius Joannis nostri a quodam Canonico D. Petri ex urbe devotionis causa ablatam in Episcop. Neap. quemdam Juvenem a Dæmonio vexatum liberasse. Ego novi hominem multos annos: erat natura mitissimus, & benignus, qui privatum sui amorem exstinxit, ac in solo Dei amore delectabatur; nam cum esset dives in seculo, & Frater D. Antonii Prioris S. Martini, & Visitatoris Provinciæ, elegit abjectus esse in Domo Dei, totamque dispositionem suam comparavit ad abtinentiam futuram felicitatem, cælestem Patriam: omnia siquidem sua ad Dei gloriam ordinavit per vitam laboriosam, & arctam, implendo Dei præcepta, semperque ad æternam Patriam aspirando, ad quam nos adducere dignetur Dominus noster Jesus Christus, Dei, & Virginis Filius in secula seculorum; Amen.

## XXXVI.

Ex Epistola (1) R. P. D. Guilielmi Ofanna (2) ad R.  
D. Camillum Tutinum, (3)

Ad ann. 1581.

Illustre Signor mio Osservandissimo.

L'essere stata sempre la Religione Certosina spregiatrice delle lodi vmane ha cagionato in lei vna poco stima dell'eroiche azioni d' infiniti suoi Figlioli illustri chi per Santità, chi per dottrina, e chi per l'una, e per l'altra; e minor cura di mandarle alla memoria de' posterì. Per il che n' ha venuto, che appresso di noi sepolti li virtuosi fatti, e nomi di molti i quali senza dubbio *scripta sunt in libro vitæ*. Laonde speffe volte pensando io a questo, con vedere che altre, e moderne Religioni hanno dato alle stampe grossi volumi delle loro Istorie, mi crucciavo fra me stesso, che della nostra Religione si trovasse poco, o nulla, e questo ancora la maggior parte appresso de' stranieri. Massime parendomi quasi impossibile poter cavare cosa di buono dal sepolcro dell'obblivione di tanti secoli.

Quando eccomi felice nuova l'intendere che nostro Signore abbia eccitato il sublime intelletto di VS. Illustrissima ad accingersi a difficile, faticosa sì ma gloriosa, e fruttuosa impresa. Ma siccome ho di ciò sentita estrema allegrezza così sento altrettanto affizione per non poter soddisfare al suo, e mio desiderio. Poichè non trovandosi in questa Casa alcun M. S. istoriale, non posso, darle ragguaglio, se non della Fondazione e della Santità d'alcuni PP. quali ho conosciuto, e d'altri, dei quali è ancor fresca la memoria. Saprà dunque come essendo l'anno 1397. lo stato di Mantova &c.

Fra i PP. poi, dei quali si ha certa notizia, tiene il primo luogo la felice memoria del P. D. Cosmo Festini, il quale sebben fu professò della Certosa di Pavia, per essere non di meno vissuto in questa di Mantova lo spazio di 12, anni in circa, e per avervi finalmente ricevuto il premio delle sue fatiche, facendo passaggio di questa alla Padria celeste l'anno 1501. con ragione si deve annoverare fra Padri di questa Casa. Questi fu del Castello di S. Angelo, distretto del Milanese, e di non mediocri Parenti nato quanto al Secolo, e beni di fortuna, ma molto più nobili, e ricchi di pietà Cristiana, e Religiosa virtù; poichè sì belli, e fruttuosi rami non possono esser prodotti, se non da radice santa. Furono sei Fratelli ed una Sorella, tutti Religiosi, tutti eminenti in scienze, ed ammirandi nelle virtù morali, e politiche; due furono Benedittini, due Domenicani, e due Certosini, e la Sorella Monica: de' quali il primo, e maggiore di età era il Priore D. Cosmo, il quale consagrato a Dio gli altri Fratelli, come piante novelle, e più facili a ricevere i divini istinti, finalmente consummato Teologo si ritirò nella Religione Certosina a godere anagogicamente, e praticamente quello, che nelle scuole avea teologicamente imparato. E perchè tarde advenerat, dedit operam ut citius se expediret. Cominciò in tal maniera a dispreggiar se stesso, ed a domar la carne rubelle allo spirito, sottomettendola alla ragione, che in breve divenne splendissima lucerna non solamente dentro al Chiostro Certosino, ma a' secolari ancora, ed a' Principi. Fu norma, e specchio di ogni virtù, e da quelli in somma venerazione tenuto. Mai dormiva in letto, ma sempre affiso sopra una seggiola: mai mangiava piantanza, e parcissimo era ancora nel resto; digiunava tre volte la settimana in pane, ed acqua, ed in somma era esattissimo offer-

Tom. X.

m m m

offer-

(1) Extat in Biblioth. publ. S. Angel. ad Nidum Civit. Neap.

(2) Prior Carrus. Mantuz hic erat.

(3) Eruditiss. Sacerdos Neapolit.

osservatore dell' antiche consuetudini, vero, e perfetto Certosino. L' anno 1557. fu Priore, e Procuratore Generale in Roma, ma tosto renunziollo l' anno seguente; quindi in Val di Pefio l' anno 1563. al 1565. Quanto poi egli fosse in dispreggio a se stesso, e di quanta umiltà, di che fervor di spirito, e quanto assorto, e trasformato nella passione di N. S. si può ben conoscere dalli suoi non men dotti, che pii Poemi latini stampati in Mantova l' anno 1579. Il Priore Donf. Mondì Franciscano nella sua Istoria Ecclesiastica di Mantova fa menzione onorata di questo Priore, chiamandolo Santo, ed asserendo esser opinione di molti, che dal Signore sia stato illustrato di miracoli nella sua morte.

In questi tempi la Certosa di Mantova era veramente più del solito emulatrice dell' antico fervor de' primi Santi suoi Progenitori, poiche in essa vi era una scuola di infervorati spiriti sotto la disciplina, e magistero del Priore D. Damiano Festino Fratello del detto Procuratore, e Priore di questa Casa, Uomo di singolar dottrina, e bontà, e nelle contemplazioni, ed estasi non inferiore al Fratello. Colla scorta dunque, ed esempio di questi due lumi si andava ognuno avanzando nella semplicità Religiosa, nell' umiltà, e nella purità; non si dava a Religiosi oltre il pane, ed il vino ( ne giorni però concessi ) altro che la sola minestra di legumi, e la Domenica, ed il Giovedì un poco di cacio. Vi era un esattissimo silenzio, un' umile, e cieca ubbidienza, un continuo esercizio di annegazione, e mortificazione, facendo questo Procuratore, e spezial Maestro pruove stravaganti, e straordinarie in ogni virtù, e disciplina monastica ne' suoi Monaci, e veri Discepoli, i quali con spontanea volontà corrispondendo all' infiammato zelo del Superiore aveano piuttosto bisogno di freno, che di sprone, sic dilatato corde currebant viam mandatorum Dei. Onde n' è avvenuto che a ver essi siano stati posti tanquam pretiosi lapides in capite Sanctuarii, & lucernæ ardentes super candelabrum, i quali collo splendore del buon esempio di un' infiammata carità, e di un' ardentissimo zelo della Disciplina Cartusiana anno con somma prudenza governato, ed ampliati in unoque statu altri Monasterj. Essendo che de' sudetti Padri, e Professi di questa casa sono stati cinque Priori in un istesso tempo, tra quali il Procuratore D. Gregorio Paoli è stato ammirando, per aver sempre ne' grandi maneggi ancor della Religione conservato in se stesso il fervor dello spirito, mortificazione, e povertà ( nella quale particolarmente è stato insigne ), e maturo zelo verso gli altri; E' stato dottissimo, e sacondissimo, come si vede da suoi scritti, ne' quali l' infiammato zelo, e fervor di spirito, l' eleganza, e l' energia, e la sodezza della dottrina vanno del pari. Fiorì nell' istesso tempo il Padre D. Antonio Zimbramenti, il quale dopo aver stato con somma lode Priore della Certosa di Mantova, di Milano, e di . . . . è morto Priore di S. Stefano di Calabria con grande opinione di Santità: a cui non fu inferiore il Padre D. Paolo Fanchinesi, che ancor è stato esso Priore di diverse Certose, uomo di grande austerità, e di somma integrità di vita. Vien appresso questi un altro Padre D. Cosmo Stomi Religioso di tanta bontà, e semplicità, che N. S. ha dimostrato in diverse maniere quanto gli fosse accetto; Fu sopra modo povero, ed amante della povertà, sicchè si privava dell' uso di quelle cose, che pajono onninamente necessarie. Abborriva l' ozio, ed era diligentissimo a' divini ufficj diurni, e notturni, sebben era vecchio, e pativa di mal di pietra, nè in 40. anni, che ha vivuto in questa casa, quasi mai è mancato, se non nella sua ultima infermità, dalla quale è passato a ricevere il premio dalla sue fatiche l' anno 1623. ; Pochi mesi avanti a lui era uscito da questa valle di miserie il Padre D. Antelmo suo Nipote, Religioso di grande aspettazione, come quello, ch' era di vita esemplare, e dotato di buoni talenti, ma in particolare di una dolce, ed elegante vena di poesie, di che fanno fede diversi suoi Poemi spirituali. Nè deve esser lasciato addietro il P. D. Ugo Mirloni non men dotto, e sottile, che facendo Teologo, il quale dopo aver sostenuto diversi ufficj, e cariche nella Religione compose ne' suoi ultimi anni sessanta sermoni sopra le principali Sollennità dell' anno, ne' quali la vetustà del dire gareggia colla novità de' concetti, e colla forza delle esortazioni. Era questo buon Padre benefattore de' morti, sicchè tutto il tempo, che pateva avanzar, lo spendea in recitare l' officio solito a dirsi per quell' anime, e quasi per ordinario ne recitava dieci al giorno. Passò al Signore nel mese di Marzo 1625. Ci restarebbe di toccare in parte almento le doti illustri del Priore D. Angelo Paninsani, essendo che sono già 25. anni, che con gran lodi persevera l' ufficio di Priorato; Egli oltre di aver due volte governata con gran prudenza, e vigilanza questa casa, ha ancora ristorato, può dirsi, quella di Val

Vas di Pifio nel Piemonte , la quale era ridotta a mal termine per l'insolenza , rapine , e barbarie de' Banditi , e Paesani vicini , avidi sopra modo de' beni de' Religiosi . Ma il Padre D. Angelo attentissimo e nella regular disciplina , e ne' politici , ed economici governi , l'hampliata di grosse rendite , illustrata di bellissime fabbriche , massime la Chiesa , ed accresciuta di buon numero di Religiosi , riprendendo in gran parte colla sua modestia , e dolcezza l'audacia , ed empierà de' sgherri , e fuorusciti , i quali mercè della virtù di lui , l'anno sempre temuto , e riverito insieme . Tralascio il beneficio , ch'egli ha portato alla Certosa di Milano , ove era ei Priore , avendola ridotta alla vera Cartusiana disciplina , dalla quale essa si era assai allontanata per colpa del suo Predecessore : e tralascio anche l'altre sue rare virtù , e Religiose qualità , poichè il Savio ci ammonisce , ante mortem ne laudes hominem quenquam . E qui faccio fine a questa mia breve informazione , non potendo dar ragguaglio a VS. Illustrissima di cose più antiche per le cagioni dette da principio , ma si può ben fermamente credere , che per l'addietro ancora vi sieno stati di molto buoni , ed esemplari Religiosi . Si degni VS. Illustrissima di aggradir il mio desiderio di servirla in opra così pia , alla quale acciò dia , presto , e perfetto compimento , le priego dal Signore la particolar assistenza dello Spirito Santo : e per fine le bacio umilmente le mani , e l'auguro ogni vero bene . Dalla Certosa di Mantova li 15. Gennaro 1627. Di VS. Illustrissima Umil servo nel Signore D. Guglielmo Osanna Priore = al di fuori : Al Signore D. Camillo Tutini , che Dio guardi -- Napoli : vi e il soggetto .

## XXXVII.

Charta Margaritæ de Bauge Dominæ de Mirabello pro  
Cartusia Claustrî Monialium Poletarum in Bressia  
apud Samuelem Guchienonum Par. 4. Hist.  
Bressiæ sive ad an. 1240. quo fundata ,  
sive quando Cartusiæ Lugdunensi  
incorporata est.

*Ad ann. 1584.*

**A**D laudem igitur , & honorem Dei , & Salvatoris Jesu Christi , & gloriosæ Virginis Matris ejus , & Beati Joannis Baptistæ , atque omnium Sanctorum de consilio , & consensu Generalis Capituli Ordinis Cartusienfis , fundo , & construo Monasterium , quod vocabitur Cella Beatæ Mariæ , pro salute , & remedio animæ meæ , & nobilis viri Humberti mariti mei Domini Bellioci , nec non & pro salute parentum , & Antecessorum meorum , & suorum vivorum , & defunctorum , & quia de Monasterio prati Baronis , quod Ordini Cartusienfi est subjectum , adduxi sanctimonialia , eas cum Dei adjutorio in dicto Monasterio pono , & induco . Et in primis in nomine Domini dono , & concedo in perpetuum elemosynam Deo , & dicto Ordini Cartusienfi , & Priorissæ , & Sanctimonialibus , quas ibidem introduco , nec non & earum Successoribus pleno jure locum fundationis ejusdem Monasterii , videlicet Territorium , & Tenimentum de Poletia , & nemus ibidem adjacens , & stagnum , quod ibidem fuit . Promitto etiam eis facere cum expensis meis Ecclesiam , & omnia alia ædificia eis necessaria , terram quoque ad agriculturam do eis quantum sufficiat ad excolendum octo jugis bovum , de anno in annum prata providebo eis sufficienter , vineas eis acquiram vel plantabo , pascua do eis , per totam terram circa Rodanum , & ultra ubicunque habeam silvas , & nemora concedo eis , ut accipiant pro ædificatione , & restauratione ædificiorum , dono etiam eis , & concedo plenam libertatem per totam Terram meam a leidis , & pedagiis , banno , & ab omni usagio quocunque nomine vocetur , & quidquid dono vel elemosina poterit acquirere de terris , & Feudis meis , habeant , & possideant plena libertate : simili modo concedo eis , ut homines , & mulieres de tota Terra mea possint recipere libere , & absolute ,

& quæcunque eis donaverint mobilia , habeant ea pacifice , & quiete , secundum situm , & commoditatem terræ : providebo eis de Molendino , in animalibus do eis sexdecim boves pro agricultura , pro nutrimento decem vaccas , decem tricenaria ovium , quindecim libras fortium in redditibus do eis , & assigno decem libras super piscatione de lesches , & centum solidos in veteri pedagio Rodani , necessaria vero victus providebo eis , donec & competenter possint habere de eis , quæ sibi largiuntur : Hactenus erat charta foundationis .

## XXXVIII.

## De Ereptione Cartusie Aræ Christi in Regno Valentie .

*Ad ann. 1585.*

**C**artusia Aræ Christi in Regno Valentie . Christophoro Roig Cantori Sacre Valentie Ecclesie , & Inquisitori Apostolico prædium erat in confiniis Villæ Puich dictæ , quarto ab Urbe lapide , quod futuram orationis domum , & Carnorita stationem a Petro Munnez Eremicola , & Fratre Jacobo Sanches Minorica nupide , viris morum probitate insignibus , cum didicisset , extremo fato interceptus de suis disposuit , & Helenam Roig Sororem suam divinam voluntatem implere voluit , Cartusie condendæ imposita ibi provincia . Helenæ , quo citius Christophori Fratris ultimam voluntatem expleret , accessere monita Confessarii sui Martini Alberti e Societate Jesu , cui Fratris iussa cum illa communicasset , religiosissimus Pater petiit Villæ sibi claves tradi , ad eam cum Socio perrexit , & dum tribus diebus totidemque noctibus orationem protrahit , tres in uno raptu visiones habuit . Primo conspexit miræ proceritatis pinum , quæ ramis late protensis , ipso conspiciente , spoljata , stipitem denudatum sublimius extulit , induitque formam cypressus . Mox vidit aliam cypressum speciosissimam domui adsitam , vidit & facellum , quod vili schemate molitum , suppellectili quoque lacera instructum , cum tribus sedibus contractis , repente splendidissimum in Templum conversum est , sanis indumentis murorumque aulæis auro intextis , tres sedes singulatim magnificentissime ornatas , nec non Solem aureo ab axe clarioribus præ ipsis enitere radiis . Vidit tandem tres frumenti campos , primum bonum , secundum melius , tertio adeo speciosum , ut gloriæ videretur imago : lumine postea superfusus divino visionis quoque interpretationem intellexit . Pinum nimirum ipsum Helenam esse spirituales suam filiam , quæ facultatibus olim vanitate absumptis , animum postea Cartusiensibus fovendis esset adjectura , seu excolendæ excelso perfectionis arbori , quæ velut cypressus in altitudinem se tollens , in Dei Ecclesia eminent . Cognovit aliam cypressum Domui attiguam Cartusienses significari alumnos , qui eandem Domum in Monasterio conversam brevi forent inhabitaturi . Sacellum squalore abjectum , Monachorum familiam ibi collocandam referre , aliqua tempore rerum victui necessariorum penuria laboraturum , tandemque hæreditatibus impinguandam . Rescivit denique tribus sedibus tres exprimi Monachos , qui pœnitentia , & ærumnis pro Christo exantlatis fracti , lucidas in Cælo sedes accepturi , & sancito Apostolico in Sanctorum albo forent adjecturi , tres vero campos frumento bono , meliori , & optimo exuberantes , tres Monachorum Ordines referre , qui in hac institutione Altissimo famulantur , oblatos videlicet Conversos , & Sacerdotes ,

Ex



## XXXIX.

Ex P. G. Suriano Belga Annotat. in Vit. S. Brunon.  
pag. 354. edit. Bruxell. an. 1639. De Miraculo  
S. P. Brun.

*Ad ann. 1586.*

**A**NNO 1586. Mense Octobris Dominus Fabricius Caraffa Marchio Castri Veteris Hieronymi filius, ac Joannis Baptistæ Caraffæ Nepos, cum majorum suorum contumacia in eo propagaretur in occupando, atque indebite retinendo territorio sæpe dicto de Ninso, & a Priore illius temporis V. P. Petro. Bono de Agrottaria in jus vocatus pro restitutione, contemneret, in febris incidit acutissimam, adeo ut a Medicis de illius vita conclamaretur. Familiares religiosissimam Matrem, adhuc superstitem in proximo Oppido commorantem accersierunt ad luctuosum sui nati funus desendum. At illa ex infortuniis, quæ Prædecessoribus suis ab prædicti Territorii usurpatione ovenerunt, edocta, nuntiis respondit: ego veniam, & curabo eum, Deo dante, & Sancto Brunone suffragante. Illico ad filium pergens, jam morti proximum sic allocuta est; Merito hæc pateris, quia Territorium de Ninso Sancti Brunonis injuste occupas, & nunc audi sermonem meum: accersi Priorem Sancti Stephani, & dictum locum ei restitue, & statim liberaberis, sciesque quia manus Domini super te est, affligens, & eruens te. Statim ille Matris monitis obtemperavit, ac coram multis adstantibus se ita facturum prostratus est, misericors autem Deus, qui non vult mortem peccatoris, sed ut convertatur, & vivat, statim febris imperavit, ac recessit, atque incolumis effectus, quod sponderat, opere adimplevit; publico confecto instrumento 18. Oct. 1586. Indiæ. XV. per manus Confalvi Ermocida de Terra Spatulæ, in quo sanitatem miraculose se recepisse confiteatur his verbis. Pro summa devotione prædicti Sancti Brunonis, & per merita, & beneficia recepta, & diversimode habita, & quæ a prædicto Sancto Brunone habere sperat, & in dies habet, & præsertim in sua magna infirmitate &c. & confirmavit cessionem Joannis Baptistæ sui avi factam 18. Novembris anni 1529, ut supra. Eodem die etiam litteras dedit ad Conventum, commendans se ejus precibus.

## XL.

Instrumentum restitutionis de Territorio Ninfi, & Joyo  
ab Illustri D. Fabritio Carafa Marchione Castri  
striveteris factæ Monasterio S. Steph.  
in Ulter. Calabr.

*Ad ann. 1586.*

**I**N nomine Domini nostri Jesu Christi. Amen. Anno Nativitatis ejusdem Domini millesimo quingentesimo octuagesimo sexto, Regnante Serenissimo, Invictissimo, & Catholico Domino nostro Philippo de Austria Dei gratia, Angliæ, Franciæ, ceterioris Siciliæ, & Sardinæ Rege, Fidei defensore Principe Hispaniarum, Archiduce Austriæ, Duce Burgundiæ, & Barbantæ, Comite Arburgi, Flandriæ, & Tirolis: Regnatus vero ejusdem Regis in hoc Siciliæ Regno anno trigesimo tertio feliciter. Amen. Die XIII. mensis Octobris quintadecimæ Indictionis in Terra Castri Veteris, & proprie in Castro dictæ Terræ. Nos Marcus

Tom. X.

□ □ □

Cor.

Corrado de Terra Regius ad contractus Judex ; Consalvus Hermocida Turris Spatulæ Regia auctoritate Notarius publicus , & testes subscripti ad hoc vocati specialiter & rogati , præfenti scripto publico declarando notum facimus , & testamur , quod eodem prædicto die ibidem in nostri , & subscriptorum testium præfentia personaliter constitutis Illustrissimo Domino D. Fabritio Caraffa Marchione dictæ Terræ Castriveteris agente , & interveniente ad omnia , & singula infra-scripta , pro se suisque hæredibus , & successoribus in perpetuum suo proprio , & principali nomine parte ex una , & Reverendo Patre D. Petro de Agropteria Professo , & ad præfens Priore in Monasterio S. Stephani de Nemore , & meo præfato Notario ratione mei officii ex auctoritate in meis privilegiis concessa agentibus , & intervenientibus ad omnia , & singula infra-scripta , nomine , & pro parte dicti Monasterii , ejusque Monachorum in perpetuum parte ex altera . Præfatus quidem Illustrissimus Dominus Marchio assertit , dixit , atque declaravit , coram nobis Judice , Notario , & testibus infra-scriptis , qualiter mensibus retroactis fuit mota his inter dictum Illustrissimum Dominum Marchionem ex una , & dictum R. D. Petrum Priorem nomine dicti Monasterii , & Monachorum ejusdem ex altera , super juribus pasculandi , & fidandi in Territorio de Nimfo , & Joyo ; Et præfens dictus Illustrissimus Marchio , volens sequi devotionem maximam , quam habuerunt sui prædecessores , & eam adimplere , & augmentare , prout ipse magnopere habet cum miraculoso Sancto Brunone Ordinis Cartusienfis , & etiam cum dicto Monasterio S. Stephani de Nemore , ubi reperiuntur Reliquiæ dicti S. Brunonis , & cum tota ejus Religione . Cum per bonam memoriam qu. Illustrissimi Domini D. Joannis Baptistæ ejus Avi olim Marchionis fuerit reservatum jus pasculandi , & fidandi in dictis territoriis de Nimfo , & Joyo : Facta assertione prædicta dictus Illustrissimus Dominus Marchio , non vi , dolo ; metu , suasionibus inductus seu quomodolibet circumventus , & non per errorem , ut dixit , sed de ipsius Illustrissimi Domini Marchionis mera , pura , libera , grata , & gratuita voluntate , sponte , palam , publice , & bona fide , jure proprio , & in perpetuum , & pro summa devotione dicti S. Brunonis , & merita , & beneficia recepta , & diversimode habita , & quæ ab eodem S. Brunone habere sperat , & in die habet , & præfertim in præfenti magna ejus infirmitate , & quia sic sibi beneplacuit , & placet , ratificat , affirmat , confirmat , emologat , & acceptat , cedit , relaxat , & renunciat prædicto Monasterio , & pro eo prædicto R. D. Petro Priori , & mihi prædicto Notario ratione mei officii solemniter , & legitime stipulanti , nomine omnium quorum interest , & interesse poterit , præfentibus , accipientibus ; & solemniter , & legitime stipulantibus , nomine , & pro parte prædicti Monasterii ejusque Monachorum , instrumentum cessionis , & donationis factæ per dictum Illustrissimum Dominum D. Joannem Baptistam ejus avum , & olim Marchionem , inde rogatum manu egregii Notarii Virgillii de Bulbito de Neapoli , sub die XVIII. mensis Novembris III. Indictionis millesimo quingentesimo vigesimo nono , & omnia in eo contenta , & descripta ; & quatenus opus est , ipse Illustrissimus Dominus Marchio de novo donat donationis titulo irrevocabiliter inter vivos , cedit , relaxat , & renunciat omnia prædicta jura , & actiones , contenta , donata , cessa , & renunciata in dicto instrumento . Et donat donationis titulo irrevocabiliter inter vivos , & cedit , & relaxat , & renunciat prædictum jus pasculandi , & fidandi , reservatum sibi , hæredibus , & successoribus suis in dicto Territorio de Nimfo , & Joyo per dictum Illustrissimum ejus avum . Volens expresse , quod super dicto Territorio de Nimfo , & Joyo limitato , & donato , ut in donatione , & cessione facta per Illustrissimum ejus avum , manu dicti Notarii Virgillii , ac etiam secundum concessionem , & transactionem inter ipsum Illustrissimum ejus avum , & dictum Monasterium , inde rogatum manu egregii Notarii Bartholomæi Levati Civitatis Tabernæ , Ipse Illustrissimus Dominus Marchio , suisque hæredes , & successores in perpetuum , nullum jus , nullamque actionem civilem , nec criminalem , tacitam sive expressam , realem , nec personalem habeat , nec unquam habeant ullo unquam tempore , nec habere possit , aut possint , etiam defectu assensus , & quavis causa , & jure quocumque & quomodocumque , & qualitercumque in futurum habere poterit , vel poterint , nihil juris , actionis , conditionis , commoditatis , possessionis , vel usus , sibi suisque hæredibus , & successoribus in perpetuum , aut alicui ab ejus nomine in modo aliquo dictus Illustrissimus Dominus Marchio reservans ; sed a præfenti die , hujus præfentis celebrati contractus donationis , & cessionis prædictæ , pleno jure , plenum , verum , utile , & directum dominium , ac corporalem , vacuum ,

&amp; ex-

& expeditam possessionem exinde tradidit dictus Illustrissimus Dominus Marchio dicto Monasterio, et pro eo dicto R. P. D. Petro Priori, et mihi prædicto Notario, ratione mei officii præsentibus, et recipientibus, ac solemniter, et legitime stipulantibus coram nobis Judice, Notario, et Testibus infrascriptis, et omnem actionem realem, et personalem, et omnia jura quomodocumque, et qualitercumque competentia, et competitura dicto Illustrissimo Domino Marchioni, hæredibus, et successoribus suis, et quam, et quæ habet, et quomodolibet habere poterit dictus Illustrissimus Dominus Marchio, ejusque hæredes, et successores, eam, et ea habeat dictum Monasterium, et ejus Monachi pro maxima ejus devotione; ponens, et inducens in possessionem dicti juris postulandi, et fidandæ dictum R. P. Priorem, et me prædictum Notarium, quo supra nomine præsentibus, et solemniter, et legitime stipulantes, nomine, et pro parte dicti Monasterii, ejusque Monachorum, per sustem ponens dictus Illustrissimus Dominus Marchio dictum Reverendum Priorem, et me præfatum Notarium, quo supra nomine ibidem præsentibus, recipientes solemniter, et legitime stipulantes, ut supra, in locum, vicem, dominium, et privilegium suum, constituens eos, quo supra nomine procuratores, et dominos, velut in rem propriam dicti Monasterii, constituens & successores suos dictus Illustrissimus Dominus Marchio, possidere, & tenere dictum jus pascuandi, & fidandæ per simplex constitutum, & nomine, & pro parte dicti Monasterii, ejusque Monachorum, donec, & quousque corporalem exinde apprehenderint possessionem, quam apprehendendi, & retinendi deinceps, atque continuando autoritate propria, & de facto, absque jussu, vel licentia judicis, Magistratus, seu Prætoris, absque Decreto Curie, vel mandato, manu etiam armata, & militari si expedierit, sed solum præsentis Instrumenti vigore dictus Illustrissimus Dominus Marchio coram nobis, judice Notario, & Testibus infrascriptis, eidem Reverendo P. Priori, & prædicto Notario quo supra nomine præsentibus, recipientibus, solemniter, & legitime stipulantibus, nomine, & pro parte dicti Monasterii, ejusque Monachorum, plenam concessit licentiam, potestatem, & facultatem. Volens, & mandans dictus Illustrissimus Dominus Marchio, quod dictum constitutum, & investitura per sustem, vim & robur, locum & effectum habeat, & obtineat veræ, realis, & corporalis traditionis assignationis, & possessionis, tam civilis, quam naturalis, quacumque lege, jure, usu, & consuetudine non obstantibus. Et promisit, & obligavit se heredes, & successores suos in perpetuum dictus Illustrissimus Dominus Marchio de supradictis juribus, & actionibus, ut supra cassis, & donatis, aut earum parte, solemniter stipulatione legitime præcedente, eidem Reverendo Priori, & mihi prædicto Notario quo supra nomine præsentibus, recipientibus, solemniter, & legitime stipulantibus, nomine, & pro parte dicti Monasterii, ejusque Monachorum, litem, quæstionem, & controversiam aliquam non inferre, nec inferenti modo aliquo consentire, sed dictum jus, seu jura, ut supra donata, & cessa legitime discalumniare, defendere, & antestare in omni loco, & foro, & ubicumque, & coram quocumque Judice ab omni contraveniente persona habente causam ab ipso Illustrissimo Domino Marchione pro se, suisque, hæredibus, & successoribus in perpetuum, quoties, & quando dicto Monasterio, ejusque Monachis, vel cui vel quibus ipsi quomodolibet alienaverint, fuerit opportunum, cum expensis propriis illius Illustrissimi Domini Marchionis, hæredum, & successorum suorum, dictamque donationem, & cessionem, & omnia, & singula in præsentis Instrumento contenta, firma, & rata habere, perpetuoque tenere, attendere, & inviolabiliter observare, & in nullo contrafacere vel venire, nec contravenienti exinde modo aliquo consentire per se vel per alium aliqua ratione, ingenio, modo, titulo, sive causa de jure, vel de facto, in toto exinde, vel in parte, in judicio, vel extra judicium, publice, vel occulte, sed ipsa jura, ut supra cessa, & donata, semper, & omni futuro tempore bona facere ab omnibus habentibus causam a seipso, suisque hæredibus, & successoribus in perpetuum, cassans, irritans, & annullans omnia acta facta super dicta lite, sub pœna, & ad pœnam unciarum mille, applicanda pro medietate videlicet dictæ pœnæ Regiæ Curie, vel illi competenti Curie, coram qua de præmissis quoquo modo reclamatio fieret, & pro reliqua dictæ pœnæ medietate dicto Monasterio, ejusque Monachis, me prædicto Notario ratione mei officii, nomine & pro parte dictarum Curiarum, & dicto R. Priore, una cum me etiam prædicto Notario, nomine, & pro parte dicti Monasterii, ejusque Monachorum, pœnam ipsam solemniter, & legitime stipulantibus, cum integra restauratione, & refactione omnium, & singulorum damnorum, & expensarum litis, & extra litem, quæ quoquo modo propterea fierent, quæ

pœna

poena soluta, & non soluta, aut gratiose remissa, omnia, & singula in hoc Instrumento contenta firma perdurent, & illibata maneant: & renunciavit dictus Illustrissimus Dominus Marchio, ex certa ejus scientia, ut dixit, super præmissis omnibus, & singulis, & quolibet præmissorum, exceptioni doli mali, vis, metus, & in factum actioni, conditioni, sive causa rei prædicto modo non gestæ, præsentis non sic celebrati contractus, non habitorum, & non receptorum beneficiorum seu Lionagj, idest meriti non præstiti, juri quo donationes per ingratitude vitium revocantur, & omnibus aliis juribus distantibus donationes posse revocari; Juri per quod generalis renunciatio impugnatur; Juri cui renunciari non potest, & omni alio juri, Canonico, & Civili, quo vel quibus præsens Instrumentum, et omnia in eo, et singula possint aliquo minui, vel quomodolibet turbari in toto, vel in parte, de jure; vel de facto, in judicio, sive extra. Pro quibus omnibus et singulis firmiter observandis, adimplendis, et de non contraveniendo in toto vel in parte de jure, vel de facto in judicio, sive extra judicium dictus Illustrissimus Dominus Marchio obligavit se, hæredes, et successores suos in perpetuum, et bona sua omnia mobilia, et stabilia, burgenfatica, et feudalia, ubique existentia, præsentia, et futura, acquisita et acquirenda, et illa quæ de speciali pacto non possunt obligari, reservato semper regio assensu in feudalibus prædicto R. P. Priori, et me prædicto Notario, nomine, et pro parte dicti Monasterii ejusque Monachorum poenam, et obligationem ipsam legitime stipulantibus, cum potestate capiendi autoritate propria dicta bona obligata, et retinendi deinceps absque Decreto, seu jussu Curie, sed solum præsentis Instrumenti vigore. Volens dictus Illustrissimus Dominus Marchio, quod de omnibus damnis, simpliciter, et firmiter credatur simplici assertioni, juramento tantum ipsius R. Prioris, et Monachorum dicti Monasterii, nulla alia quæsitâ probatione intrinseca, vel extrinseca; necnon pro observantia prædictorum omnium, et singulorum, prædictus Illustrissimus Dominus Marchio, coram nobis Judice, Notario, et testibus infra scriptis juravit corporaliter tactis scripturis ad Sancta Dei Evangelia, et voluit dictus Illustrissimus Dominus Marchio, quod poena perjurii per poenam pecuniariam, et e converso una per alteram non tollatur, nec differatur, sed de utraque agi, et accusatio fieri possit simul in uno, et in eodem consensu, sub poena, et juramento prædictis. Unde ad futuram rei memoriam nomine dicti Monasterii ejusque Monachorum cautelam de præmissis factum est inde publicum Instrumentum, scriptum per manus mei prædicti Notarii, signo meo consueto signatum, et nostri qui supra judicis, et testium subscriptionibus roboratum. Ego Marcus Corradus de Serra Regius ad contractus Judex præmissis omnibus rogatus interfui. Ego Clericus Bruno Bavarus de Serra interfui pro teste. Ego D. Joannes Dominicus Campisus de Serra interfui pro teste. Ego Julius Romanus de Gasparina interfui pro teste. Præsentibus Judice Marco Corrado de Serra pro Judice ad contractus. Diacono Joanne Dominico Campese. Diacono Bruno de Bava. Excellente Domino Felice Politi artis Medicinæ Doctore de Hieraci. Excellente D. Amato Martellino U. J. D. de Burello. Magnifico Joanne Dominico Spagnolo de Castel vetere. Magnifico Julio Romano de Gasparina pro testibus, et me prædicto Consalvo Hermogida Turris Spatulæ pro Notario. † Locus signi. . Ego Consalvus Hermogida Turris Spatulæ Regia Autoritate Notarius publicus præsens publicum Instrumentum manu propria scripsi, meque subscripsi, et meo solito signo signavi Rogatus, et Requisite &c. Et ubi legitur olim, et apparet aliquantulum abrasum emendavi Ego prædictus Notarius, nam fuit error in scribendo, et non vitio; ideo in omni sui parte poterit præsentari pro liquido.

Extracta est, et exemplata præsens copia Instrumenti, de verbo ad verbum ut jacet ab originali Instrumento, non vitiato, non cancellato, nec in aliqua sui parte suspecto, sed omni prorsus vitio, et suspitione carente per me Notarium Joannem Ferdinandum Malatacca Terræ Simbarii in præsentia U. J. D. Marci Antonii Ruffini Commissarii ad hoc specialiter Deputati per Sac. Reg. Consil. præcedente citatione facta sindicis, et electis Terræ Stili, cum quo originali Instrumento dicto Regio Commissario, et mihi exhibito per R. D. Bertrandum Priorem Sacri Monasterii Sanctorum Stephani, et Brunonis de Nemore, et eidem postmodo restituto, concordat, Et in fidem, scripsi, subscripsi, et meo solito signo signavi præcedente subscriptione, & sigillo dicti Regii Commissarii: datum in Archivio Sacri Monasterii S. Stephani de nemore die decima Januarii 1605. Marcus Antonius Ruffinus Commissarius. Adest Sigillum. Ego Notarius Joannus Ferdinandus Malatacca, qui supra præsentem scripsi, subscripsi, & signavi propria manu. Adest signum Notarii.

Extra-

Extracta est præsens copia ex libro Privilegiorum, & Instrumentorum sacre Regalis Cartusæ Sanctorum Stephani, & Brunonis de nemore, licet &c. cum quâ facta collatione, & etiam cum suo originali de verbo ad verbum existente in archivio ejusdem S. R. C. mihi exhibitio per archivarium bene concordat, salva semper &c. In quorum fidem &c. signavi Rogatus &c. Datum in Archivio dictæ S. R. Cartusæ sub die nono mensis Julii 1709. Ego sum Regius & publicus Notarius Joannes Dominicus Catharisanensis Daboliſ manu, signoque propriis &c. Adest signum.

## XLI.

De Fundatione Cartusæ Scalæ Cœli apud Eboram  
in Lusitania.

Ad ann. 1587.

**C**artusia Scalæ Cœli Eboræ in Lusitania. Cum Theutonium de Bragantia Gomez de Bragantia, et Joannæ de Mendoza Bragantiæ Ducum ex thoro genitus aliquot diebus in Catalauna Scalæ Dei Eremo hospitaretur, allectus sanctitate Monachorum illius Cœnobii, visa, humana sublimiori nunquam non viventium, & nimum adjecit propaganda per Lusitaniam proposito, cujus consuetudines torideat videbantur perfectionis gradus, Ascetas suos compendiosa in Cælum scalâ inducentes. Renunciatus igitur Eborensis Antistes ædificare aggressus est. Domum, amplitudine suâ opulentia consonam, et titulo Scalæ Cœli præferentem opinionem, quam de sanctitate hujus vivendi normæ conceperat. Pater Ludovicus Telm præmemorati Catalauni secessus moderator, regimine illius abdicato, transfretavit in Lusitaniam; Sociis secum delectis, quibus recenti in hac statione præfesset, D. Francisco Montoig, D. Hieronymo Aodio Sacerdotibus, et Fratibus Silvestro, et Joanne Velis Conversis, ac Joanne Juncoſa Oblato. Septima Novembris dies anni 1587, consurgere vidit fundamenta splendidissimi Clauſtri, cujus moles absumpsit scutorum centum, & octoginta millia. Anno 1588. Comitija generalia adjecere hanc propaginem Conventibus Provinciæ Cataloniæ, a qua postea distincta est, cum idem Patrum Senatus in eam sententiam abiit, ex ipsa, & altero sub nomine Vallis misericordiæ Collegio Ulyſſipone molito, de quo infra, una eligeretur Provincia Lusitania nuncupanda. Quatuor passuum millibus secus Eboram surgit, quæ tamen distantia piissimum Fundatorem nequaquam præpediebat, quin singulis fere diebus ad eam, invisendam pergeret, imo statione pro seipſo Monachorum Cellulis adjuncta, deponeret Primatus Lusitaniæ majestatem, humilisque Monachus inter Monachos degeret, Altaria cum Sacratii Præfecto ornans, Infirmorum cubicula everrens, aliaque præbens pietatis monumenta, de quibus, & de Scalæ Dei Monasterio Nicolaus Augustinus in ejus gestorum Commentario Ulyſſipone excuso, Georgius Cardosoſ Tom. 1. Agiologii Lusitani 25. Februarii annot. 58.

## XLII.

## De P. D. Sylvio Badolato.

Ad ann. 1588.

**S**ylvius Vadulatus Hipponensis tanti meriti, tam luminosi exempli, tamque præstantis virtutis vir est, ut unus de antiquis Patribus videatur. Fuit olim Prior Padulæ, cui officio amore solitudinis humiliter cedens, vitam arctam, & solitariam elegit. Postea præcipiente Capitulo Generali Prior Trisulti fuit electus,  
Tom. X. o o o

deinde Romæ, deinde S. Stephani, Padulæ, & Florentiæ, Visitator Tusciæ decem annos, Provinciæ vero nostræ octo, silentii, solitudinis, & caeremoniarum Ordinis diligentissimus observator, indumentis utitur de grosso, & rudi panno more antiquorum Patrum, seculari, & divina literatura abunde peritus: neminem vidi ante ipsum, nec post sacrificare devotius ac religiosius, cum sudores dum solemnia agit lacrimosos, & quidem copiosissimos effundat. Hic cum esset Prior Romæ anno Domini 1582. Prioratui abrenunciâs suæque Professionis Domum eligens, Neapolim venit, ubi hodie religiose vivens magnum omnibus bene vivendi præbet exemplum, Sacrarum literarum, & veterum Doctorum lectione semper est delectatus, Psalterium David singulis diebus religiose recitat, & scripserit in Epistolas Divi Pauli quædam clarissima, ac devotissima opuscula, quæ humilitatis causa secum habet, & publicare nequit, & quoniam nunc vivit adhuc, nec hominem in via salutare videremur. Rogo Deum meum jugiter, ut bonam, & fructuosam perseverantiam sibi prestare dignetur, ut possimus simul in illa Patria accedere, ubi etiam dies æternus, & unus omnium spiritus, ubi certa securitas, & secunda æternitas, & æterna tranquillitas, & tranquilla felicitas, & felix suavitas, & suavis jucunditas per infinita secula seculorum Amen. Obiit die 20. Februarii 1588.

## XLIII.

R. P. D. Christiani Noutz (1) Bruffellensis (2) Prioris,  
ac Teutoniæ Provinciæ (3) Visitatoris, de suæ  
aliarumve Cartusiarum statu flebilis  
Memoria.

Ad ann. 1591.

**O**ro posteros meos, quatenus considerare velint infelicissimum, ac ferreum Seculum, in quod reservavit me Deus, & quid sustinuerim toto tempore afflictati Prioratus mei. Vix expleto anno primo exorti sunt tumultus magni, bellaque gravissima, quæ etiamnum spirant, inter quæ sæpius coacti sumus excipere militares copias, equitatum, & peditatum, qui tantum uno die depascebantur, quantum Conventus per tres solidos Menses. Sæpe ad exactiones, & contributiones graves compulsi sumus. Interim pax Gandavensis non coaluit. Antuerpia his diebus diripitur. Eodem die Joannes ab Austria Lutzenburgum pervenit. Marchiæ pax firmatur, qua Hispani ex Belgio dimittuntur. Ordines Austriacum recipiunt, sed hæretici ipsi insidias tendunt; quare præsidio firmat arcem Namurgensem, & Hispanos revocat. Augescunt hæc mala, & bellum cruentissimum exarsit anno sesquimillesimo septuagesimo octavo, cum Ordines patriæ evocato impio Principe Arausicano hæreticorum duce, & antesignano, eundem Capitaneum suum Generalem constituunt. Cujus copiarum cum ad Gemblacum cessæ fuissent a Serenissimo Principe Domino Joanne Austriaco, exorta est turbatio magna, & rabies in Populo; unde Religiosi omnes utriusque sexus coacti sunt relinquere sua Monasteria, seque ad tutiora loca recipere. Et nos quoque cum fugientibus fugimus, alii intra Oppidum, alii ad viciniorem Cartusiam Angianam. Ac tandem hæretici semper deteriores facti, postquam nos, & nostra expilarunt, etiam proscripserunt. Tuncque lamentabilis casus accidit, dum Pater Prior noster cum nostro Francisco Cavenac Leodico Valentianos, & inde Augiam proficisci cogitat, incidunt in prædones hæreticos, qui captivos eos Bruxellos reducunt, unde prius expulerant, eosque multis injuriis adfligunt, nec non nisi lythro mille aureorum redimi potuerunt. Septennio

(1) Primo professor Dominus Liranz.

(2) Prior, ac Convisitator an. 1573.

(3) Visitator an. 1563.

nio toto in exilio fuimus. Post reductionem domum civitatis per arma Catholici potentissimi Regis Hispaniarum cum paucis ad propria regressi sumus, ubi desolationem, & vastitatem extremam invenimus, agros incultos, Villicos refractarios excussa horrea, cætera omnia diruta, stagna arfacta. Anno sesquimillesimo octogesimo octavo venit ad nos Pater Prior Valentianorum, qui videns extremam nostram desolationem auctor nobis esse cepit, ut intra moenia civitatis emeretur locus, in quo pro majori securitate, & quiete nostra Domus reedificaretur. Itaque auctoritate Reverendi Patris Generalis Hieronimi, bona distraximus immobilia, quibus divenditis emimus Domum, & fundum, cui & nunc insedimus. Anno sesquimillesimo nonagesimo primo venerabilis Pater Petrus de Leon ex Hispania veniens adhærere cepit nobis, & promovere fabricam Domino Gabriele de Sancto Stephano Pagadore Generali, magno favore ipsius, & Ordinis, & Domino Blasio Econe auctore Collectæ, quæ facta est inter gregarios Milites Hispanos, rem nostram impensus adjuvantibus.

## XLIV.

## Gregorii Pp. XIV. Bulla (1): Qua confirmantur omnia nostri sacri Ordinis Cartusienfis Privilegia.

*Ad ann. 1591.*

Gregorius Papa XVI. ad perpetuam rei memoriam.

**P**RO nostra propensa charitate, & paterno affectu erga Sacrum Cartusiensem Ordinem, quem virtus Altissimi ad laudem sui nominis jam supra quingentos annos in Ecclesia militanti constituit, volentes illius professores non minoribus favoribus Apostolicis prosequi, quam fecerunt alii Romani Pontifices Prædecessores nostri, humilibus supplicationibus dilecti filii Hieronymi Mercanti Prioris Cartusie Majoris, ac Generalis Ministri totius Ordinis; necnon Theophili Canucchi Domus Cartusie B. Mariæ, & omnium Angolorum, & Martyrum Dei de Urbe, Prioris, & ejusdem Ordinis Prioris Generalis, in hoc nobis porrectis benigne annuentes: Omnia, & singula privilegia, prærogativas, favores, dispensationes, facultates, concessionem, immunitates, libertates, exemptiones, conservatorias, peccatorum remissiones, etiam plenarias, gratias, cæteraque indulta spiritualia, & temporalia, ac litteras, & alia quæcumque documenta, etiam per solam signaturam, aut vivæ vocis oraculo desuper confecta Ordinis præfato Cartusienfi, illiusque tam virorum, quam mulierum Ecclesiis, Domibus, & locis; necnon Prioribus, Priorissis, & aliis Superioribus, Religiosis, Monachis, Conventibus, Monialibus, Donatis, Novitiis, servitoribus, familiaribus, agricolis, & personis quibuscumque, nunc, & pro tempore existentibus, illorumque bonis, & rebus, per quoscumque Romanos Pontifices prædecessores nostros, & Sedem Apostolicam, Motu proprio, seu alias quovis modo, sine causa, conjunctim, vel divisim, tam in specie cuivis Domui, vel Monasterio Ordinis Cartusienfis, quam in genere universo Ordini prædicto etiam per modum declarationis, communitatis, & extensionis, active, vel passive, inter se, aut cum aliis quibuscumque Ordinibus Regularibus, sub quavis verborum forma, & expressione, etiam iteratis vicibus concessa, approbata, & innovata, illorum omnium, & singulorum, etiamsi talia continerent, quæ non generali sermone comprehenderentur, sed specialem, & individuum mentionem requirerent, tenores, & effectus, ac si de verbo ad verbum infererentur, & specificè his enarrarentur, pro plene, & sufficienter expressis habentes, in his omnibus, in quibus Decretis Sacri Œcumenici Trident. Concilii non repugnant, Apostolica auctoritate ex certa scientia nostra ha-

FUM

(1) Extat in Archivo Cartusie Sanctorum scriptissimus, Stephani, & Brunonis de Nemore, e qua tran-

rum serie approbamus, & confirmamus, & presentis scripti patrocinio communi-  
 mus, ac illis perpetuæ firmitatis robur adjicimus, atque inviolabiliter observari;  
 Necnon omnibus, & singulis, quos concernunt, & concernere quomodolibet  
 possunt, perpetuo suffragari debere, eisque quod nullatenus per quascunque lit-  
 teras Apostolicas, seu constitutiones tam hæctenus emanatas, quam in futurum a  
 nobis, ac successoribus nostris emanandas derogatum in aliquo censeatur, nisi de  
 dictis Privilegiis, ac Ordine Cartusienſi prædicto specifica, & individua mentio  
 facta fuerit in eis: Supplentes omnes, & singulos juris, & facti, ac solemnita-  
 tum, etiam de juris necessitate, aut alias quomodolibet requisitarum, forſan o-  
 miſſarum, & alios quoscunque defectus, si qui forſan intervenerint in eisdem.  
 Sicque per quoscunque Judices & Commissarios, etiam S. R. E. Cardinales, ac  
 causarum Palatii Apostolici Auditores in quavis causa, & instantia, sublata eis, &  
 eorum cuilibet, quavis aliqua judicandi, & interpretandi facultate, judicari, ac  
 definiri debere, Et si secus super his a quoquam, quacunque auctoritate, scien-  
 ter, vel ignoranter attentare contingerit, irritum, & inane decernimus. Mandan-  
 tes hujus Ordinis S. Rom. Ecclesiæ apud nos, & Sedem Apostolicam Cardinali  
 Protectori, seu Vice-protectori pro tempore existenti, curiæque causarum Camere  
 Apostolicæ Auditori Generali, ac omnibus, & singulis, tam Metropolitanarum,  
 quam Cathedralium Ecclesiarum Episcopis, Canonicis, aliisque personis in digni-  
 tate Ecclesiastica, & ubique locorum constitutis, coram quibus prædictorum Privile-  
 giorum litteræ, vel illarum authenticum transumptum, præsentari contigerit, ut  
 ipsi duo, aut unus eorum, per se, vel alium, seu alios eidem Cartusienſium Or-  
 dini, illiusque Ecclesiis, Domibus, Ministri Generali, Prioribus, Priorissis, Mo-  
 nachis, Conversis, Monialibus, Donatis, Novitiis, Servitoribus, familiaribus, &  
 aliis personis, & utriusque sexus Religiosis, bonisque, & rebus eorum, tam in  
 genere, quam in specie, efficacis defensionis præsidio assistentes, faciant illos,  
 illas, ac illa, quos, quas, & quæ, ut præfertur, concernunt Privilegiis immuni-  
 tatis, indultis, cæterisque prædictis, ac illorum præsentis confirmatione, approba-  
 tione, Decreto, & aliis nostris hujusmodi, tacite, vel expresse contentis, pacifice  
 uti, frui, & gaudere. Non permittentes per quemquam quavis auctoritate fungen-  
 tem, temporali, vel spirituali desuper indebite molestari, sub quovis pretextu &  
 causa etiam defectu intentionis nostræ, contradictores, & rebelles quoscunque per  
 censuras Ecclesiasticas, & pecuniarias pœnas ac alia juris opportuna remedia, ap-  
 pellatione postposita compescendo, illasque incidisse declarando, ac legitimis super  
 his habendis, servatis processibus, censuras, & pœnas antedictas etiam iteratis vic-  
 ibus aggravando; invocando quoque ad id si opus fuerit auxilio brachii secularis  
 Non obstantibus præmissis, ac de duabus, non tamen tribus dietis Pii Pp. IV. de  
 registrandis gratiis in Camera Apostolica; ac Regula, de non tollendo jure quæ-  
 sito a nobis edita; nec non aliis tam Apostolicis, quam in quibusdam generalibus,  
 provincialibus, synodalibusque conciliis editis Constitutionibus, & ordinationibus,  
 statutis quoque, usibus, naturis, & consuetudinibus, etiam juramento, confirma-  
 tione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis; Privilegiis insuper, indultis,  
 & litteris Apostolicis a quibusvis Romanis Pontificibus Prædecessoribus nostris, &  
 Sede Apostolica, etiam in forma Brevis de plenitudine potestatis Apostolicæ, &  
 ex certa scientia, ac per modum legis, & statuti perpetui, similium, vel dissimi-  
 lium gratiarum, & privilegiorum, revocatoris, limitativis, declarativis, annulla-  
 tivis, mentis attestativis, derogatoriis, cum quibusvis, efficacissimis, & insolitis  
 clausulis, & decretis etiam irritantibus quomodolibet etiam iteratis vicibus conce-  
 sis, approbatis, & innovatis; ac omnibus, quæ ipsi Prædecessores nostri eorum  
 litteris, non obſtare voluerunt. Quibus omnibus, & singulis, etiam si de illis earum-  
 que totis tenoribus, specialis, specifica, & individua, non autem per clausulas  
 generales idem importantes mentio, seu quavis alia expressio habenda; aut forma  
 exquisita ad hoc servanda foret, etiam quod in eis caveatur expresse, quod illis  
 nullatenus, aut nisi sub certis modo, & forma derogari possit tenoris hujusmodi,  
 ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso, & forma in illis tradita, observa-  
 ta inserti forent, presentibus sufficienter expressis, & insertis habentes latissime,  
 motu, & scientia, & auctoritate similibus derogamus, & cæteris contrariis quibus-  
 cumque. Cæterum quia difficile esset has nostras ad singula loca deferri, volumus  
 pariter, & Apostolica auctoritate statuimus, quod illarum exemplis etiam impressis  
 sigillo dicti Gard. Protectoris vel alicujus Personæ Ecclesiasticæ, atque Notarii  
 Publici subscriptione munitis, eadem prorsus fides in judicio, & extra ubique  
 adhi-



adhibeatur, quæ hujusmodi Originalibus nostris litteris adhiberetur, si forent exhibitæ, vel offensæ. Datum Romæ apud S. Petrum sub annulo Piscatoris die XL Martii 1591. Pontificatus nostri anno I.

M. Vestrius Barbianus.

## XLV.

Gisleni Hammi Bruxellenfis Monachi ad laudem P.D.  
Petri de Leon Prioris, & Restauratoris  
ejusdem Domus Elogium.

*Ad ann. 1591.*

**F**orte tuos olim meliori carmine mores,  
Et quæcumque gravi gessisti digna cothurno  
Unguibus a teneris, primaque ætate, retexam  
Scilicet ut mundi fastu, charisque propinquis,  
Carnis & illicebri, & opum prædivite gaza  
Despectis, tiro Christi vexilla sequutus  
Egeris illustrem victo Plutone triumphum,  
Et morum gravitate puer trascenderis annos.  
Interea tenui salientia carmina vena  
Excipe, & oblatos non averferis honores.  
Prima suo socero Babylone Semiramis ædem  
Condidit, hinc Hecate Triviæ paricida Dianæ,  
Mox & lucifugo gens Philistæa Dagoni,  
Atque alii plures, alii statuere vel aras,  
Vel delubra Diis Erebi: Sed qui tamen omnes  
Præmia nulla suo retulerunt digna labore.  
At tu magne Leo melius ducentibus astris,  
Et meliore Deo cæli struis omniæ templa,  
Quæ prius in cineres, heu quid non improba tentat  
Hæresis, & Bellona furens! collapsa jacebant.  
Cur (equidem credo) nostras sarcire ruinas  
Te Deus Hesperia nobis accivit ab ora:  
Credo equidem nec fallor enim. Namque altera, quæ te  
Causa coegisset patriosque relinquere fines,  
Et perferre graves pelago, terraque labores,  
Et pro delicijs, quibus affluit optima tellus,  
Semirutas habitare casas, & paupere cultu  
Ducere tranquillam per amica silentia vitam?  
At quia sub tenebris virtus oppressa latere  
Vera nequit, tua te nolentem gloria Cælo  
Tollet, & æthereis clarum caput inferet astris:  
Maeste animo, fert hæc magnum tibi fabrica nomen.  
Aurea nam quamvis fuerint Carthagine Phœbi,  
Et quæ belligeræ Græci posuere Minervæ  
Phana, licet fulvo rutilarint eminus ære,  
Haud tamen his tua sunt ignobiliora, sed illa  
(Luna velut Stellas, & Lunam lumine Titan)  
Extulerant. Quia non tantum congesta metalli  
Pondera fulgentis ornant Altaria Divum,  
Quantum pura fides, nec non sincera voluntas,  
Hostiaque a casto Superis oblata Ministro,  
His equidem solum titulis Salomonis (opinor)  
Grata fuere Deo, quamvis pretiove, vel arte  
Nulla magis toto jactet se fabrica Mundo.  
Namque pavementum Pario de marmore sculptum

Tom. X.

P P P

Au-

Auratæque tråbes , auratæque janua , & aræ  
 Et paries claro fulgebat lucidus auro :  
 Ergo hoc ut late proles Davidica factò  
 Extendit celebrem nostra hæc ad tempora famam.  
 Sic tua ( prælagam nisi fallat opinio mentem )  
 In sublimi ferent feri monumenta nepotes.  
 Quin prius auroram , cum jam devexus in undas  
 Fertur , & obcuras oriens Sol adferet umbras ,  
 Et pecora in fluviiis , volitant in aere pisces ,  
 Quam lux ulla tuum memori decus eximat ævò.  
 Quid? tibi nunc etiam magnos largitur honores  
 Orbis , & in tot , consilio Cartusia patrum  
 Admirata tuos evexit ad astra labores ,  
 Perque tot Europæ spatit præconia gentes .  
 Sume animos , magis atque magis tua gloria gliscet .  
 Tu modo suscepto Leo nè desiste labori ;  
 Donec in antiquam Christo Duce , & auspice formam  
 Restitues quæcunque ferox delubra tuorum  
 Æquavitque solo Mars , in cineresque redegit .  
 Quod si perficias ingens opus , en erit olim  
 Illa dies tibi , cum sedes ingressus Olympi  
 Syderaue , & Solem pedibus substrata videbis ,  
 Obviaque hospitis cælestibus agmina Divum  
 Excipient strepitque hilari plausuque frequenti ,  
 Et formosa sui sistent te Regis ad ora .  
 Vos tamen interea , quos vexit ad æthera virtus  
 Inclyta , quos flagrans castis alit ignibus ardor ,  
 Cælicolæ , queis templa dicat Leo vester , & aras  
 Ferte pedem , celeresque adytis luceedite vestris .  
 Tuque adeo in primis nostri sacer Ordinis auctor  
 ( Si tua rite tui sequimur vestigia nati ,  
 Et tibi grata pio colimus solemnia ritu )  
 Bruno parens , tua dextèr adi pede testa secundo .  
 At tu Summe Parens , Petro post fata Leoni  
 Præmia perpetuam dona felicia vitam .

## XLVI.

Matthiæ Hovii Archidiaconi Melchliniensis Vicarii Ge-  
 neralis Sede vacante , ac paullo post Archiepiscopi  
 decretum , quo adientitur translationi Domus  
 Cartusie Bruxellensis e loco dicto Scheut  
 ab hæreticis diruto intra mœnia  
 ejusdem Urbis. (1)

Ad ann. 1592.

**M**atthias Hovius Presbyter , Sacræ Teologiæ Licentiatus , Metropolitanæ Ec-  
 clesiæ Beati Rumoldi Melchliniensis Archidiaconus , & Cantonicus , necnon  
 Archie-

(1) Recitatur apud Mirzum Tom. IV. fol. 476 Cap CXI. qui in Not. Ibidem: De Cartusia, inquit, Bruxellensi fundata olim in Scheut juxta Anderlechium An. 1454. dotata per Magistrum Bruxellensem 1456. approbata per Pium II. Pa-  
 pag. 153. 197. & 198.

Archiepiscopatus Melchliniensis Sede vacante in spiritualibus, & temporalibus Vicarius Generalis: Universis, & singulis presentes litteras visuris, lecturis, pariter, & legi auditoris salutem in Domino.

Iustis Subditorum nostrorum votis libenter intendimus, per quæ commoditatibus, & utilitatibus eorundem mature consulitur.

Pro parte Religiosorum Virorum nobis in Christo dilectorum Prioris, & Conventus Monasterii Cartusianorum olim siti extra portas Oppidi Bruxellensis Mechliniensis Diocesis in loco vulgariter dicto ten Scheut ad præsens ob ejusdem Monasterii totalem per hæc turbas eversionem, & ruinam in dicto Oppido Bruxellensi conventualiter degentium. Nobis cum querela extitit expositum, & significatum, qualiter ipsi, quam sit periculosum ruri conderè Monasteria sua jactura (proh! dolor) satis edocti, & ut ab ejusmodi periculo in posterum præservarentur, dictum eorum dirutum Monasterium infra muros dicti Oppidi Bruxellensis in locum ab ipsis ad hunc effectum de consensu tam Sacræ, & Catholicæ Regiæ Majestatis & Brabantia Ducis, quam Capituli Generalis sui Ordinis comparatum transferre, & ibidem ad Religionis augmentum, & dicti Oppidi ornamentum illud erigere, & extruere omnino statuerunt.

Verum cum translatio & erectio hujusmodi juxta Canonicas sanctiones, & Sacri Generalis Concilii Tridentini decreta, absque Ordinarii consensu & beneplacito fieri valide non possint; Nobis humiliter supplicarunt, quatenus ipsis licentiam & facultatem dictum Monasterium ad prædictum Oppidum Bruxellense transferendi, & ad gloriam Omnipotentis Dei ibidem erigendi auctoritate nostra concedere dignateretur, & vellemus.

Nos igitur de consensu prædicto per legitima documenta nobis exhibita ad plenum informati, & securitati dictorum Supplicantium in posterum consultum cupientes, eisdem supplicantibus, ut dictum eorum Monasterium ad hoc Oppidum Bruxellense transferre, & illud ibidem erigere, & divino cultui accommodare possint, & valeant, auctoritate Vicariali nobis Sede vacante concessa, & qua fungimur in hac parte, licentiam, & facultatem concessimus, & impartiti fuimus, prout concedimus, & impartimar præsentiam per tenorem, jure cujuslibet in præmissis semper salvo.

In quorum omnium, & singulorum fidem, & testimonium præsentis litteras exinde fieri, & per Secretarium Archiepiscopalis Curia Mechliniensis in districtu Bruxellensi infrascriptum subsignari, sigillique majoris Sedis vacantis jussimus, & fecimus impressione communiri.

Datum & actum Bruxellæ in Vicariatu nostro anno Domini millesimo quingentesimo nonagesimo secundo mensis Martii die decima.

Subsignatum: Matthias Hovius Vicarius Generalis.

## XLVII.

## De Fundatione Cartusiae Vallis Misericordiae in Lusitania (1).

Ad ann. 1593.

**C**artusia Vallis Misericordiae secunda Lusitaniae propago. Incepit anno 1592. habuitque Instauratorem D. Hieronymum de Ataide, Comitis de Castambeyra filium, Philippi secundi majorem in Portugalia Cappellanum, & in Episcopum Vissensem tandem adlectum. Pater Ludovicus Zelem, Scaez Del. Prioratu dimisso, onus suscepit regendi Monachos ex Catalonia ad fundandam hanc Poloniam transmissos, quemadmodum & religiosam aptandi in mansionem ædes, quas Hieronymus obtulerat in Vico vulgo dicto Pampulla.

Ab hac sede, utpote experientia magistra, Cartusianæ observantiæ incepta anno

(1) Apud Morot. Theatr. Chronolog. Ord. Cartus.

anno 1598. commigrarunt in prædium Simonæ Godinæ mulieris Æthiopissæ, quæ fortunæ bonis locuples nobili Lusitano in Insula P. Thomæ nupserat. Pia hæc mulier cum patrimonium suum sanctis operibus impendere apud se decrevisset, Xenodochium Misericordiæ Ulyssiponæ erexit, dotavitque. Post cæjus institutionem cum opes satis lautas sibi superesse cerneret, testamentum condidit, Administratores præfati sui Nosocomii ejusdem exequutores nuncupavit, eisque onus imposuit sacram deligendi Religionem, quam novo domicilio ex suis bonis auferent. Favit Cartusienibus Philippus Hispaniarum, & Lusitanæ Rex Catholicus, favit & Serenissimus Cardinalis, unaque Regni Optimates, & præterquamquod Ordinibus Regularium cæteris Cartusiani prælati, copiosior eis census adjectus, ut jure merito Confessus generalis inter decreta, Anno 1594. istud ediderit: Provisionem novæ plantationis Domus, quæ Ulyssiponensi in Urbe ex Catholicæ Majestatis, & Serenissimi, ac Regii Cardinalis, aliarumque personarum illustrium, liberali voluntate incipit erigi, laudamus, & approbamus. Surgit hæc Domus ad oram maris Oceani quatuor secus Urbem stadiis, amœnissimo in loco, ubi Godina Fundatrix Cœnobii Palatiolum sibi ad delicias construxerat.

## XLVIII.

De R. P. D. Ludovico Telm Expriore Scalæ Dei, & Priore Cartusiæ Vallis Misericordiæ in Lusitania ex P. Josepho de la Valle Bruxellenfi Monacho Abbas Joseph Morot. in suo Theatro Chronolog. Ord. Cartuf. pag. 133. n. 175. & pag. 318.

*Ad ann. 1598.*

**L**udovicus Telm Herdensis professionis eremiticæ Sacramentum *emisit in Cartusia*, quæ Scalæ Dei appellationem præfert, Joseph de Valle typis subjecit ejus acta, in quibus habetur charitatis, pudicitæ, humilitatis, orationisque charismatibus longe omnibus sui ævi consodalibus præcelluisset, extaticum passim repertum in Odæo, in Cellula ad aram, dum sacra mysteria perageret; Matrem pulcræ dilectionis eo coluisse tenero amore, ut frequentes illius apparitiones meruerit, & ad meditanda Christi probra codice, in quo passionis series continebatur, ab eadem sibi oblato, edoceri, tandemque dignus habitus sit, qui satis concederet de sua morte ab ipsa vitæ genetrice certior factus. Deposuit autem humanitatem in Monasterio Catahensi, quod suæ virtutis exemplo Visitator meritissimus decorabat, postquam aliis Ordinis Familiis præfuisset, & profuisset nimirum Scalæ Dei diu administratæ, Eborensi Ulyssiponensi sua potissimum solertia fundatis.

## XLIX.

Testimonium de Vita, & moribus B. P. D. Jo: Baptistæ Capponi Bononien. Prioris, ac Visitat. Provinciæ Tusciæ.

*Ad ann. 1599.*

**A**nno a nativitate Domini 1599. mensis vero Julii 26. Nos Fratres Nicolaus Domus Sylvæ Benedictæ Commissarius generalis a Reverendissimo Padre nostro

stro ad visitandas Domos totius Italiæ deputatus, & Frater Adam Prior Domus Allionis in Collegam assumptus in absentia Reverendi Patris Prioris Parmæ, ad formam Statutorum nostrorum Cartusiam Bononiæ visitantes invenimus V. P. D. Joannem Baptistam Priorem Domus, boni, pii, eruditi, & vigilantissimi Pastoris, Visitatoris typum gerentem, qui omnibus suæ devotionis, observantiæ regularis, sobrietatis, sollicitudinis, admiranda præbet exempla, cujus præcipue scopus est auream illam, & arctam primorum Patrum nostrorum devotionem, & observantiam regularem, tam in Domo sua, quam in tota Provincia perfectissime introducere, & introductam mordicus conservare, bonos mores tueri, pravos corrigere, sibi sub disciplina constitutos cohortationibus, & admonitionibus verbo, & exemplo ad pietatem, innocentiamque accendere, ut possit velut alter Joannes Baptista parare Domino plebem perfectam. In Domo sua quocumque incedant oculi, nil nisi religiosum, nil nisi pium, nil nisi devotum sanctumque redolet. Circa vitam suam inoffenso pede cucurrisse audivimus ab omnibus suis in Christo Filiis, quos secum habet, & quos omnes fere in Religione vestimento salutis induit, carum esse, & ab eis summopere diligi intelleximus, ac revereri, & suis mandatis, atque consiliis omnes illi promptissime, & quasi ad nutum obtemperare propriis vidimus oculis, cum omnibus in victu, vestitu, & aliis exercitiis se conformare, imo multo exactius quam alii, & studiosius difficillima quæque regularis observantiæ instituta servare.

## L.

## S. Patriarcha Bruno deflet excidium quarumdam suarum Cartusiarum.

Ad ann. 1600.

**D**Um maria, ac terras, & sublunaria cuncta,  
 Extremique sinus cæli dum spectat ab alto  
 Bruno sui primus Pater, & Dux Ordinis idem;  
 Constitit, & casus humanos mente volutans,  
 Cartusiasque suas cernens sub Marte ruentes,  
 Præcipue Herbipolin, Franconatumque propinquos;  
 Credibile est illum his tunc ingemuisse ruinis,  
 Supplicibusque Deum votis pulsasse precando,  
 Numen ut averfa tandem mitesceret ira:  
 Et qualis cum flens animas dum veste revulsa  
 Adstitit in somnis sub divite conopeo  
 Rogerio quondam: sic Christum suscitât hisce  
 Vocibus. Ecce, Deus, pereunt quas ipse creasti,  
 Quasque redemisti non auro, at sanguine fuso  
 Infantes animæ, sidunt cum moenibus urbes,  
 Polluiturque fides: cineres jactantur inanes,  
 Lipsanaque, & divum passim sacraria ferro  
 Contemerant hostes, nec pax est ulla sepultis,  
 Nec requies: quem das finem, Rex Christe, dolorum?  
 In templis stabulantur equi, sanctisque quiescunt  
 Porticibus; rapiunt alii denaria regum,  
 Excinduntque tholos, & depeculantur avara  
 Cuncta manu, sternuntque, abiguntque, feruntque  
 Immodici, nec jam quicquam est rationis in armis:  
 Itrumpunt adyta, & sacri penetralia templi,  
 Quæque nefas homini cuiquam est tetigisse profano  
 Contingunt, dicuntque; in sacro quid facit aurum?  
 Si lapides, aut ligna cadant, aut laxa fatiscant

Sola, parum est; facilis namque est jactura creatæ  
 Mortalis massæ, quam funerat ultima rerum  
 Linea mors, vel fors nullo discrimine sternit.  
 Sed perit his aliquid majus, Deus optime rerum:  
 Myriades pereunt animarum, & nocte perenni  
 Clauduntur, non argento sed morte repensæ,  
 Morte tua, Deus omnipotens, pretioque redemptæ  
 Sanguinis, & lytro, quo non pretiosius ullum.  
 Si mihi fas sit flere meos aliosque fugatos;  
 Flere velim: nec me pigeat ( nisi mortis ademptæ  
 Conditio, vel fata vetent ) occubere morti,  
 Ut liceat tantum salvis tot plebibus esse.  
 His Deus excitus singultibus, ocyus aurem  
 Blandior inclinat: tum majestate verendus  
 ( Sicut erat nixus folio ) virgæque cacumen  
 Protendens libare jubet dein oscula virgæ.  
 Tum placidus sic infit: Habes, o Bruno, quod optas;  
 Dic ut templa tuus *Vasseur* recidiua reponat.  
 Occidit, occideritque sinas Batavia tota,  
 Et tu desine velle preces effundere plures.

## LI.

Cartusie quæ sub R. P. D. Brunone d' Affringues, aut  
 reædificatæ, sive denuo inchoatæ, aut sub Succes-  
 sore immediato P. D. Jacobo Justo Perrot,  
 erectæ fuere,

*Ad ann. 1600.*

1602. **D**omus Tholosæ fundata prope Castras ex bonis Domus Bellivifus, a Cal-  
 vinistis solo æquatæ. Cujus Monachi Tholosam se recipientes, Colle-  
 gium de Moissac in Prov. Aquitanis emerunt, ibique novam Domum moliti sunt  
 an. 1605.

1605. Domus Burdegalenfis, seu B. Mariæ de Misericordia a nobili Ambro-  
 sio de Gaseque seu Gualco, Domino de Blaignat, & S. Suspitii Barone, Mona-  
 cho Cartus. S. Stephani de Nemore in ulteriori Calabria per testamentum ante pro-  
 fessionem suam an. 1605. fundata. In ead. Prov.

1623. Domus B. Marthæ juxta Aquas Sextias ( Aix ) in Montis Salerii ac  
 Provincia, a D. Jo: de Andrea Aymard Reg. Conf. per testam. instituta. Sed an.  
 1639. erecta. In Prov. Provincia.

1624. Domus Antverpiensis in Brabantia, ex bonis Domus S. Sophiæ prope  
 Buscoducum destructæ an. 1580. Antverpianam translata, & circa Castri planit. ræ-  
 dif. In Prov. Teuton.

1625. Domus de VII. Doloribus prope Insulas, urbem Flandriæ a D. Joa  
 Vasseuro, Domino de Pabodenguen ædificata.

1626. Et Domus Aurelinen. a Duce Aurelian. German. Reg. Fran. animo  
 concepta, sumptib. tamen Ordin. constructa.

1627. Domus S. Joseph apud Molinas Dioc. Eduen. ( Authun ) ex bonis  
 Domus Bonæ Fidei in loco Chanveau sibi a ser. Henrico Borbonio de Condè con-  
 cesso fund. In Pr. Aquit.

1627. Domus Castri B. Mariæ prope Gitschein in Regno Bohemiæ, Ducatu  
 Frislandiæ, ac Pragen. Dioc. ab Alberto Eusebio de Vualstian, Melckeburg. ac  
 Frislandiæ Duce, necnon R. I. Principe fundata, sed omnibus bonis ejus postea  
 Fisco devolutis, Ferdinandus Imperator Fundatoris nomen accepit. In Prov. Alem.  
 superior.

1628.

1628. Domus Brivæ seu de Anicio in Velaunia, Dioc. Podien, ex bonis Domus Bonæ Fidei erecta. In Prov. Aquit.

1633. Domus B. Mariæ Magdal. prope Massiliam, a Domo Avenionensi seu Villæ Novæ dotata, & erecta. In Provincia Provinciar.

1633. Domus S. Annæ prope Nacejum a Ser. Princ. Carolo Lotharingæ Duce fundata. In Prov. Cartusiar.

1634. Domus Conceptionis B. Mariæ in Aragonia, vers. orient. una leuca distans a Cæsaraug. ab Alphonso Vilalpando, ejusque Coniuge Hieronyma Caporta, prope Villam de Alcanitz fundata an. 1639. Ordini adscripta, sed in locum Turris dictum translata. In Prov. Cathaloniar.

1640. Domus Viæ Cæli, & S. Joseph in Regno Valentiar, & Oriolen. Diocesi in Pago S. Gines ab Ill. Milite Thoma Pedros erecta. In laud. Provincia Cathaloniar.

1632. Domus Duacens. initium agnoscit a Philippo Caverel S. Vedasti Attrebaten. Abb. quo morte prævento an. 1636. res infecta remansit. Sed Nicolaus Loys Tornacensis Canonic. intermissum opus absolvere conatus est. Verum etiam naturæ debitum persolvens an. 1654. per testamentum instituit, ut de suis bonis minime desisteret ædificium construere hæres sua, & Soror Maria, quæ cum pro tenuitate domestici census valde remisse procederet, Cartusiar. Valencenen. Tornacen. Gosnaren. & Insulen. manus porrexerit auxiliatrices ad summam 24. millia florenor. scilicet sex pro qualibet earum, & sic post varios casus, & post non pauca discrimina rerum an. 1659. feliciter erigitur.

1640. Domus Gidlensis in Polonia a D. Susanna Prziemska Jo: Oliescki Regis Poloniar Dapiferi Vidua, Regina Cameraria.

1649. Domus S. Crucis in Lithuania prope Berezam a D. Casimiro Leone Sapica Ducati illius Procancellario & a Christina Theodora ejus Coniuge fundata.

1664. Domus S. Juliani prope Rothomagum, quæ prius PP. Ord. S. Benedicti; sed ipsis ab Hæreticis expulsis & fugatis, ab Henrico IV. Franciar Regis concessa Cartusianis, qui cum Benedictinis compositionem fecerunt,

F I N I S A P P E N D. II





## M E M O R I A

Avanzata al R. P. D. Giuseppe Nacci Priore della  
 Certosa di Chiaromonte , e Convissatore della  
 Provincia de SS. Stefano, e Brunone , dal P.  
 D. Benedetto Tromby Monaco, e Procura-  
 tore della Casa di S. Stefano del Bosco  
 per lo permesso della stampa de' suoi  
 Annali Cartusiani.

**D** Benedetto Tromby Monaco, e Procuratore della Casa di S. Ste-  
 fano umilmente rappresenta a V. P. Reverendis. , come sia  
 da' suoi più teneri anni dentro la Religione abbia procurato di spen-  
 dere non malamente il tempo: per lo che in certi ritagli avanzati da'  
 consueti effercizj, gli occorse un giorno di leggere nella Pistola dedi-  
 catoria (1) della Cronaca di Pietro Dorlando quanto siegue: „ Habent  
 „ Cistercienses, habent Cluniacenses, habent & Divi Dominici, &  
 „ Francisci Ordines viros magna sanctitate conspicuos, & magnorum  
 „ Operum patratores. Sed nos ( ut pia fiducia loquar ) hac in parte  
 „ pauperiores non sumus, quod Tu, mi Pater, & quisquis hæc lege-  
 „ rit, facile comprobabit. Si de internis SS. virtutibus aliquid inqui-  
 „ ris, invenies hic, qui sublimi humilitate, qui ardentissima chari-  
 „ tate, qui & patientia, & paupertate altissima splenduerunt. Nec  
 „ puto ( si non videor temerarius ) ullos facile viros in aliis Ordini-  
 „ bus inveniri, qui hos nostros virtutibus ac gratiis superarint. „ Teo-  
 doro Petrejo poi nella Lettera premessa, a detta Opera, diretta a' PR.  
 D. Ercole Winckelso, e Teodoro Stumvichjo (2), Visitatori della Pro-  
 vincia, così diceva: „ Quantum laboris, ac operæ pretium fecerint  
 „ Venerandi suspiciendique PP. eximix aliquot pietatis, doctrinæque  
 „ Viri, qui in eo jam olim studium insumpserunt, ut res a suis præ-  
 „ clare gestas, litterarum monumentis ad omnem posteritatis memo-  
 „ riam consignarent, hinc liquido cuivis constare posse existimo, quod  
 „ etiamnum apud eruditos prudentiæque opinione præstantes, magno  
 „ in pretio eorum scripta habeantur, legantur, commendentur.

„ Etenim vix ulla reperitur tam vel vetustate incanescens, vel  
 „ novitate recens in Christiano orbe religiosorum hominum ( quantum  
 „ quidem reputanti subis ) familia, quæ non suos aliquando habue-  
 „ rit, aut etiamnum habeat Viros, omni litterarum genere excultos,  
 „ qui quidquid privatim publiceque in eorum Religione gestum est,  
 „ stylo excoluerint, bonaque cum fide, ad Ordinis sui decorem proxi-  
 „ morumque ædificationem in litteras retulerint.

„ Ita

(1) *Ad V. P. D. Joan. Delphium  
 Lovaniensis Domus Priorem,*

(2) *Prioribus, primo laudatæ Cartusie  
 Lovanien. & altero Domus Dieffensis.*

„ Ita enim Benedictini a Trithemio celebrantur ; Augustiniani a  
 „ Josepho Pamphilo Signinae Urbis Antistite commendantur : qui ab  
 „ ipso Augustini ortu, usque ad an. Domini 1575. elegans conscribens  
 „ opus, illos, quos aut vitae sanctimonia, aut litterarum gloria insi-  
 „ gnes isto in Ordine florere, percenset. Quin etiam Dominicani in  
 „ hac parte suos habent Leandros, Garzonios, Senenses, Antonios :  
 „ qui quidquid laude dignum a multis retro annis gestum est, publi-  
 „ ci juris effecerunt. Insuper & Petrus Lucius Bruxellensis Bibliothecam  
 „ edidit Carmelitanam. Similiter Henricus Villotius Franciscano-  
 „ rum Athenas non ita dudum Leodii in lucem protulit : necnon  
 „ & Petrus Rodolphus Tossianus Senogalliae Episcopus, Seraphicam  
 „ texuit Historiam : quibus fastigium inde satis magnificum imposuit  
 „ egregius hoc in genere architectus Franciscus Gonzaga . . .

„ At vero Bruniades ( quod dolenter refero ) etsi jam annos ul-  
 „ tra quingentos, celebre per orbem universum ob insignem vitae san-  
 „ ctimonia, quotidianumque edomandae carnis studium sibi compa-  
 „ raverint nomen, neminem tamen a tam longo temporis intervallo  
 „ adhuc habuere, qui illustres sui Ordinis viros in aliorum conspectum  
 „ produceret. Vel si quid hac super re desudatum est, id cellarum  
 „ angulis protinus abditum, blattarum, tinearumque moribus fuit ob-  
 „ noxium.

Nell'altra Pistola dedicatoria (1) poi a tutt' i PP. Visitatori, e  
 Priori della Provincia, premessa al suo Elucidario a detta Cronaca del  
 P. Dorlando di esso così parla : „ Qui nolens sine fructu concreditam  
 „ sibi temporis usuram deperire, talentumque a supremo illo Patrefa-  
 „ milias traditum, in terram desodere, hanc de Illustribus Cartusianae  
 „ Familiae Patribus coronam, veluti odoriferum quoddam, selectissi-  
 „ morum Florum studiose contexit.

„ Non quidem eo, ni fallor, animo, ut nostris dumtaxat Bi-  
 „ bliothecis, cellarumque angulis pius hic foetus, sine ulla suavitatis  
 „ fragrantia delitesceret, sed ut esset quasi bonus Christi odor in omni  
 „ loco. Non enim nobis solum nati sumus, inquit ille, verum ita  
 „ rerum nostrarum actiones a Christo Salvatore instituere praecipimur,  
 „ ut luceat lux nostra coram hominibus, quatenus alii bona nostra  
 „ conspicientes opera, glorificent Patrem, qui in caelis est,

„ Est quippe hoc humanis insitum pectoribus, ut nos, qui lu-  
 „ teas haec incolimus domos, atque altis vitiorum tenebris saepe im-  
 „ mergimur, quoties eximia maximarum virtutum exempla in illustri  
 „ posita loco conspiciamus, toties animis vehementer inflammati ad  
 „ illorum insistendum vestigiis summo conatu feramur . . . .

„ Sicuti enim ( verba sunt magni illius Basilii ad Gregorium  
 „ Theologum (2) ) pictores cum imaginem ex imagine pingunt exem-  
 „ plar identidem respectantes, lineamenta ejus transferre ingenti studio ad  
 „ suum opificium conantur; ita qui se meditantur omnibus numeris virtutis  
 „ absolutum exemplar reddere, veluti simulcra quaedam spirantia, &  
 „ actu-

(1) *Epist. Praelimir. ejusdem  
 Petreii in Not. ad Dorlandi Chronica.*

(2) *Epist. 1.*

» **actuosa. SS. vitas respicere oportet, probaque opera sua imitando**  
» **efficere.**

» E più abbasso dice: „ Verum enim vero videtur hic esse pro-  
» prius Sacri Cartusienſis Ordinis genus, ut ſicuti ſilentio, ac ſolitu-  
» dini præcipuam navat operam, ſic malit intra privatos cellæ parie-  
» tes bene præclareque vitam inſtituere, quam externis virtutum ex-  
» tolli præconiis. Illud namque eſt, quod non ſolum admirandæ pie-  
» tatis ac induſtriæ P. Theodorus a Loer in Vit. Dionyſii Rickelii cum  
» dolore conqueritur, ſed quod & Dorlando noſtro magnam non im-  
» merito admirationem excitat: quaſi noſtrum hoc ſummæ taciturni-  
» tatis ſtudium, ob perſonarum minus ſanctæ Cartuſiano in Ordine  
» degentium inopiam contingat; ſimulque hæc in parte cæteris Mona-  
» ſticæ vitæ cultoribus longe inferiores. Habent enim, inquit, Ci-  
» ſterciennes, habent Cluniacennes, habent & Divi Dominici, & Fran-  
» ciſci Ordines &c.

» E finalmente ſoggiunge: „ Si enim ſuos ipſi in medium proferunt,  
» Loyolas, Borgias, Gonzagas, Xaverios, Salmerones, Laigneſios, &c.  
» quid cauſæ quaſo eſt, mei optimi colendique PP., cur nos qui in-  
» tegro quatuor ſæculorum decurſu ( & quod excurrit ) præfatam  
» hæc Societatem antecēſimus, non omnium oculis, animiſque li-  
» bentes volentesque noſtros Sanctiſſimos Brunones, Hugones, Anthel-  
» mos, Lauduinos, Stephanos, Baſilios, Jancellinos, Dionyſios, Do-  
» minicos, & id genus alios objiciamus? quorum uti nonnulli jam  
» olim publico militantis Eccleſiæ præconio in triumphantem Divo-  
» rum omnium cœtum ſunt relati; ita cæterorum quoque nomen ac  
» res bene geſtæ digne merito cenſentur, quæ gentium omnium lin-  
» guis concelebratæ ad poſteros eant.

Or un ſiffatto avvertimento fu quello, che non ſapendo il Sup-  
plicante trovar altronde divertimento, ſe non a ſchicchèrar Carte, cam-  
biar gli faceſſe fatica, invogliandolo a ſcrivere delle coſe dimeltiche,  
Per quanto corto ſi foſſe il di lui ſentimento, non era così ſuperbo,  
che non diviſaſſe gli oſtacoli, che ſ'affacciavano. Oltre la ſcarſezza de'  
proprij talenti: ben riſetteva intorno agl'intoppi, che da dentro, e da  
fuori li conveniva durare, ma non ſempre le difficoltà che ſ'incontra-  
no, come ben ognuno ſperimenta in ſe ſteſſo, ſono un rimedio ſicuro  
a diſtoglierſi da certe violenti paſſioni, anzi talvolta ſervono per vie-  
più accreſcerle.

Affin adunque di trattar ſoltanto delle coſe noſtre, ſi poſe a far  
acquisto di quanti mai gli fu permeſſo raccogliere ed aver nelle mani,  
Libri, Scritture, Monumenti MSS., Carte, concernenti tal' aſſunto. E  
gli ſi facilitò con ſucceſſo l'imprefa l'eſſer lui andato oſpite nella Certofa  
di S. Martino ſopra Napoli. Quivi ſtava egli ammaſſando ſiffatto materia-  
le, quando ecco muoverſi una fiera tempeſta contro la Certofa di S.  
Stefano Caſa di ſua profeſſione. Alcuni buoni Criſtiani, moſſi, ſallo  
Dio, da quale ſpirito, rappresentarono alla Maeltà del Re Cattolico  
D. G. con una ben lunga denunzia, Che

San Bruno fondata aveſſe la ſua Religione Cartuſiana in Greno-  
ble l'anno 1086. Che dimorato ivi ſi foſſe ſei anni. Che l'anno 1092.  
chia-

chiamato da Urbano il Sommo Pontefice in Roma, s' intratteneffe presso del medesimo tre altri anni almeno, cioè fin alla Celebrazione del Concilio di Piacenza, la cui Epoca è ismovibile dall' anno 1095. E che per conseguenza pria di detto tempo il Patriarca Santissimo ancor neppur da lontano vedut' avesse la Calabria. Tuttavolta i Privilegj pretesi da' PP. di S. Stefano, co' quali si vennero ad usurpare quasi una mezza Provincia al Conte Ruggieri, tutti trovandosi colle date del 1091. 92. 95, ben chiaro si scorgeffe, che fossero fittizj, apocrifi, e falsi.

Soggiungevano di aggiungerfi peso alla Manovra il prodursi una supposta Bolla di detto Urbano II. in data di Salerno l'anno 1092. colla quale si vanta, che confirmasse ciò, che il Conte s'asserisse di aver donato al Santo l'anno 1093. Onde se questo si fu, dicevano, il primo Diploma vantato da quella Certosa, e posto in istampa dal Signor D. Vincenzo Quattromani Avvocato della medesima, non farebbe quanto a voler provare, che il figlio tenesse più anni di suo Padre? Oltre dell'altre incongruenze d'anni, Indizioni &c. specialmente il decantato miracolo dell' Apparizion del Santo al Conte sotto Capoa, che in conto veruno sembrava loro, che avesse potuto seguire nell'epoca, con cui si trova segnato. Anacronismo, che dimostra la sua invalidità. E pure, che a cagion del medesimo fin al giorno presente ne stasero i PP. del Monastero accennato nell'ingiusto possesso di molti paesi, feudi, ed altre appartenenze, che dovrebbero restituire una col mal'esatto a die, che formontarebbe a meglio d'un milione; E che i Monaci sieno in istato di poterlo pagare.

La Maestà del Monarca ne commise per l'informazione di simil ricorso al Signor D. Carlo Ruoti. Questi fece una relazione poco favorevole alla Certosa, e disse, che far se ne doveva il sequestro di tutt'i suoi beni; umiliando le sue suppliche, che restasse servita d'ordinare, che si procedesse non già per composizione, ma per liquidazione, come poco avanti erasi praticato coll' Ill. Marchese del Vasto sopra lo Stato di Troja, per altro motivo, senza neppur salvarci Serra Capriola, venduta per 75. mila ducati, che dar gli poteva pane.

Ciò divulgatosi per Napoli, riuscì di un sommo rincrescimento al P. D. Tommaso Prefinac Procurator ad lites nell'Incoronata per parte della Certosa di S. Stefano, di cui era Professo. Avutone sentore di questo il Sig. D. Vincenzo Quattromani Avvocato di detta Certosa, dava il caso per disperato, sempre, e quando non veniva assistito da lumi sufficienti, e capaci a cacciarlo da tai mali passi. Diceva di conoscer i raggiri, ma confessava di non saperne uscire con successo, per mancanza di notizie meglio appurate. Non trattavasi di qualche Articolo legale, di cui n'era Maestro; ma di fatti; e vi voleva altro, che conghietture per appurarli. Gl'indizj possibili sono assai rimoti, mentre se non ripugnano alla cosa ricercata, la dimostrano con presunzioni dubbie, ed equivoche, e perciò si reputano di niun valore.

Per anche allora nulla si sapeva di ciò, che quindi fecesi una materia conta, e trita. In Napoli non conoscevasi chi si fosse il Colombi, poca cognizion eravi del Pagi, nè più che tanto stava in credito  
il

it Mabillon. Non erano per verità libri, che passar potessero per mani degli Avvocati. Onde non fia maraviglia, se il Signor Quattromani affatto ignorasse tali Autori. Tanto maggiormente, che la Diplomatica ( che poi giunse un pò tardi ) affatto in tale Stagione non avea fatto quella luminosa comparsa, che oggigiorno s'osserva in detta Città. Nè la Certosa di S. Stefano, sebben impicciata in molti antecedenti litigj, era stata mai attaccata intorno alla validità delle sue Carte, e Diplomi.

Le difficoltà incontrate dallo stesso Avvocato Quattromani servivano d'uno sconforto indicibile al P. Procuratore Presinaci, uom dotto si- ma niente inteso di siffatte materie. Onde stringendosi l'un l'altro, nelle spalle, stavasi nella risoluzione di spedirsi Corriero di Volata, aggiustato per duc. 260. con patto che dovesse andare, e ritornare da Napoli in S. Stefano in 7. giorni. Mentre un tal Mariano Lombardi Avvocato de' Denunzianti fatte avea in una Ruota di quattordici Ministri più parlate, e dette cose dell'Indie Pastinache.

Ma avendo assicurato il P. Presinaci al Sign. Quattromani, che siccome era pronto a pagar il danaro per lo proposto Corriero, così non intendeva farsi Mallevadore di ciò, che portar potrebbe di buono: sapendo che nella Certosa di S. Stefano non vi eran nè Cronache, nè Storie, nè persone applicate in simili reputate da nulla materie, essendosi cresciuti quegli ottimi PP. in una santa semplicità, contenti dello studio della Teologia morale, e pochi ancor della Dogmatica. Quelchè replicasse il Quattromani all'Oratore intorno a tal condotta, non conviene di dirlo in questa congiuntura. Basta sapersi, che da lui malamente s'apprese, e ne disse senza alcun ritengo parole troppo avanzate nel crescerfi la Gioventù in una ignoranza somma in cose altronde necessarie in quell'almeno Santuario, che possiede non pochi, nè piccioli Feudi coll'una, ed altra Giurisdizione.

Volendo interromper l'esacerbazione, e pio dolore, e giusto risentimento, che proseguita a cantar quell' Uomo grande; disse il Presinaci, ritrovarsi Ospite nella Certosa di S. Martino un giovane, suo una volta Novizzo, Professo di S. Stefano, e che dilettavasi di andar raccogliendo de' Monumenti antichi speranti le cose nostre. Allora sorridendo rispose l'insigne Avversario: Oh Padre D. Tommaso! E punti son questi, che si quittionano, da rischiararsi da un Monacello Clausurale, come voi mi dite? Del resto chi altro non ha, veda d'accomodarsi come si può. Andate a tastare se sia polve, o farina.

Ecco dunque una mattina ben per tempo del mese di Giugno dell'anno 1741. poco dopo uscito da Matutino presentarsi in Camera del supplicante assieme coll'illustre, dotto, e Reverendo Sacerdote Gentiluomo d'Oppido, chiamato D. Saverio Sartiani, allora tutto di casa del Signor Principe di Cariati. All'insolita: rapporto all'ora, visita: Che novità è mai questa P. Maestro? Così, seguiva egli a chiamarlo. Nulla e' rispose. Ed il P. Tromby, com'è possibile? Cosa granda dee esserci. E formò il sospetto di qualche intrigo di Religione. Il P. Presinaci allora fil per filo raccontandogli quanto vertiva; nel meglio l'Oratore si pose a ridere. Ma e' con quella autorità di suo

Mae-

Maestro guardandolo colla faccia dell'armi, agramente rampognollo. Voi ridere? Sono queste cose da burla? Voi se avreste fior di senno, anzi dovrete amaramente piangere. Poichè se s' accenderà un tal fuoco, tutti, e voi cogli altri conseguentemente, andremo colla bifaccia in collo. Mio veneratissimo P. Maestro, rispose il P. D. Benedetto, tutt' umile, e mortificato, io non rido in quanto all' imbarazzo, in cui si trova la nostra Casa, ma rispetto alla cagione, per cui mi raccontate di trovarsi intrigata. E ben, e' ripigliò, e vi par poco? Sì, assai meno del poco; tornò a dire il Tromby, ed il P. Presnaci: E come?

Il supplicante allora principiò brevemente a narrare di non esser vero, che la fondazione dell'Ordine contasse per principio l'anno 1096, ma l'anno 1084. Che ciò si provava non solo coll'autorità di moltissimi classici Scrittori, ma colla stessa Carta di fondazione, segnata l'anno appunto 1084, e col chirografo inhibitorio alle donne di sua Diocesi, sottoscritto da S. Ugo Vescovo Grazianopolitano sotto gravi pene, e censure, di non oltrepassare certi limiti a loro medesimi prescritti da quei buoni Romiti, per non disturbare la loro quiete, dato lo stesso anno 1084. Che il S. Padre dimorò è vero negli alti gioghi di Grenoble sei anni; ma anni soltanto iniziati, ed incompleti, che vagliono per anni cinque, come avvertisce il P. Pagi. Onde chiamato da Urbano II. venne in Italia l'anno 1089. E ciò costare dalla Carta di restituzione dell'Eremito al B. Landuino il Lucchese costituito Priore, ossia Vicario nel ritorno fatto da Roma, da Seguino Abate di Casa Dei dell'Ordine Benedettino, cui era stato lasciato in deposito nella loro partenza: Stipulata detta Carta l'anno 1090. Che fu vero l'esser S. Bruno ritrovato l'anno 1095. con Urbano II. nel Concilio di Piacenza: ma egli esser più che vero, che andato l'anno 1090. col Pontefice in Sicilia, affin d'abboccarli con Ruggiero: Che l'anno 1091. ritrovato si fosse col Papa stesso in Melfi nella Puglia: Che Bruno dopo si ritirasse in Calabria l'anno stesso e da lì andava, e veniva nella Corte Pontificia secondo le urgenze. Più

Che il primo Diploma del Serenissimo Conte Ruggiero fatto a S. Bruno non era quello del 1093. posto in prima fronte dal Signor Quattromani nella stampa de' Diplomi della nostra Certosa, ma l'altro antecedente di donazione in data del 1091. Quando Teodoro Mesimerio ultimo Greco Vescovo di Squillace, concedè ancora tutto ciò, che a lui spettava di giurisdizione spirituale. Che questo confermò Urbano II. colla sua Bolla data da Salerno l'anno 1092. E che il suddetto privilegio del 1093. poichè in forma più ampla mandato al Signor Quattromani, conteneva la confinazione distinta de' limiti, che nel primo era stato tralasciato di fare. Che l'avvenimento miracoloso del Conte Ruggiero sotto Capoa salvato da' suoi traditori ad intercession di S. Bruno, non solo si leggeva nel Diploma del Conte; ma nelle Conferme de' suoi successori Ruggiero I. Re de' nostri Regni, Guglielmo il Malo, ed il Buono, Federico II. nelle Bolle d'Urbano II. Pasquale II. Callisto II. Onorio III. ed in somma, che tutte l'epoche d'anni, ed indizioni cadono a martello colla Storia, e colla Critica.

Parve allora, che il P. Presnaci risuscitasse da morte in vita; e tutto

tutto tremante, e quasi, e senza quasi piangente per l'allegrezza gli disse: Figliuol mio benedetto, potete voi di tutto questo racconto formarne un epilogo per farvi presente al Signor Quattromani, cui prima d'ogni altro bisogna informare, e capacitare? Padre sì, che posso benissimo in 24. ore di tempo gli rispose l'Oratore. Ed e': ma badate bene con qual personaggio si tratta. Ed e' di nuovo: Il so; e perchè lo so, il dimane sarete servito.

Infatti ritrovandosi nella Certosa di S. Martino il Molto Illustre Reverendo D. Giuseppe Castellani Sacerdote gentiluomo di Montelione, di cui potevasi fidare, il pregò se poteva fargli la finezza di perdere una nottata. Disse per sua gentilezza d'esser pronto di perderne cento. Onde dettosi il Completorio, e presa una buona chicchera di cioccolata, allora per allora il Tromby dettando, ed egli scrivendo, al far del giorno fu in istato di mandare tal riassunto al P. Prefinaci suddetto.

Questi non così appena l'ebbe in mano, che portossi a Casa del Signor D. Giuseppe Giovannelli Agente della Certosa di S. Stefano, ed ambedue si trasferirono dal Signor D. Vincenzo, che stava ancor in letto. Fattili entrare, disse: E ben P. D. Tommaso, che belle notizie mi portate da S. Martino? Ei disse: mi mandò il mio Compromesso certi fogli; non saprei però indovinare, se vi fosse cosa, che indovinasse il suo buon gusto. Fate accender una candela; e vediamo, ripigliò il Quattromani, in che sa illuminarci il nostro Monacello.

Confessò poi il P. Prefinaci, che furon per lui momenti di corda, e di eculeo, quei che impiegò il Quattromani a leggere l'epilogo accennato: temendo, che lacerandolo, il buttasse dietro alla cassetta. E perchè nulla fiatava il Signor Avvocato, il Giovannelli suo confidentissimo, e che ne conosceva l'umore, accortosi dell'ambascia del Prefinaci, fece segno, che stesse di buon animo, ed allegramente. Dopo un quarto d'ora in circa d'attentissima lettura disse queste formate parole: O Padre Prefinaci, se questo, che scrive il nostro Monacello arriva a provarlo, ti affermo, che per Dio non perderà la causa la Certosa di S. Stefano. Voi mi diceste, che costui sia un giovane: ed io vi rispondo, ch'egli è, o un gran Diavolo, od un Angelo Tutelare di vostra Casa.

Egli non soltanto qui cita Autori gravissimi, ma fa uso di Monumenti, che se si possono verificare, sarebbero incontrastabili. Parla di un Diploma del 1091. a me fin' ora ignoto; e ne riporta spezzone, il cui stile si scorge d'esser antico. Se così fosse, eccoci tolti da ogni inquietitudine su di tal particolare. Il Conte diede l'anno 1091. la lega a S. Brunone; Urbano II. la conferma l'anno 1092. Quindi

Ne' Prati di Squillace il Conte fa la confinazione l'anno 1093. E così di mano, in mano circa gli altri punti. Or via non si perda tempo; guadagnamoci una mangiata. Detto Padre essendo Claustrale, non vi è pericolo, che si potesse dispensare a venir egli quà. Facciamo il miracolo di Maometto; andiamo noi là; non già per questa mattina, che stò appuntato a dover io parlar una causa, ma il dimani. Avvisate celo.

Si

Si avvisò il P. Tromby, il quale ne parlò al P. Procuratore di Casa D. Benedetto Janfiti, ed al P. Priore D. Giustino Nervini, che con tutto il loro piacere accolsero le nostre preghiere professandone tutta la stima verso un'Avvocato di tanto grido.

Ma ecco appunto la vengente notte capitar da Roma Patente del Reverendiss. P. Generale, che a somme sue replicate istanze assolveva dal Priorato di S. Martino il P. Nervini, e vi costituiva il P. D. Gio: Vernucci. Per lo cui essequimento venne acchiusa dal P. D. Claudio Guinet Procurator Generale al suddetto P. Prefinaci, che dovendo trattare quest'ultimo affare, si pospose il primo appuntamento, differendosi ad altra giornata.

Frattanto seguì un andirivieni del Sig. Giovannelli, e del Cameriere del Sig. Quattromani, il quale ora cercava un libro, ora un altro. Ciò gli fu d'un imbarazzo indicibile. Mentre volendo osservar il fonte delle sue citazioni, e non avendo piena cognizione degli Scrittori, mandavagli a cercare V. P. il Mabillonio, senza spiegare qual Tomo, e se la Diplomatica, gli Annali, o Secoli Benedettini, che poi erano le Prefazioni ristampate separatamente in Venezia. E cose simili. Non eran libri, che passavan per le mani di un Avvocato di prima Classe. E la Diplomatica era ancora, sia lecito il dirlo, una provincia ignota nella Città di Napoli.

Dopo assicuratosi delle cose, protestossi il Sig. Quattromani, ch'egli non mai si sarebbe indotto, finendo il Lombardi, di principiare le sue parlate, se quello ch'il Tromby scrisse in accorcio, non l'avesse posto a disteso. Bisognò contentarlo; così incaricatogli non soltanto dal P. Prefinaci, ma dallo stesso P. Priore Vernucci, che dispensar il volca dal Coro, dall'ufficio, ed anche dalla Messa. Ma non vi fu duopo di tanto. Mentre il medesimo in 22. giorni, quanto furono le parlate consecutive dell'Avvocato de' Denunzianti Mariano Lombardi, procurò di formar la sua scrittura, che terminata, fu consegnata al Signor Quattromani MS. che ancor esiste.

